

ΠΑΜΦΙΛΙΑ
MVNDI
VNIVERSI
AMICITIA



ΠΑΜΦΙΛΙΑ.

MVNDI VNIVERSI AMICITIA,

cui dissidentes Philosophorum opiniones

CONCILIANTVR,

& parantur ex re medica amicitiæ, & præsertim

CONIVGIIS CONDVCENTIA

FORMOSITAS,

&

FOECVNDITAS.

Opus Philosophiæ, & Medicinæ Studiosis compositum

A MATTHIA NALDIO

SENENSE

IN PATRIA ACADEMIA

Natur. Philosoph. Profess.







SENIS, Apud Bonettos, Typis Publicis, 1647.

Superiorum permissu.



MAGNO AETRVRIAE DVCI SERENISSIMO FERDINANDO II.

Matthias Naldius Fel. P. P.





VI ab orbe terrarum vniuerſò magnus dicebatur, tanti cognominis dignitati malè retribuens eundem orbem paruum, alios quærendo, declarauit. Tu & cognomine, & geſtis profectò magnus Ami-



MAGNO
AETRVRIAE DVCI SERENISSIMO
FERDINANDO II.

Matthias Naldius Fel. P. P.






VI ab orbe terrarum vniuersó magnus dicebatur, tanti cognominis dignitati malè retribuens eundem orbem paruum, alios quærendo, declarauit. Tu & cognomine, & gestis profectò magnus Ami-

citià, qua paruæ res creſcunt, & quam à te vniuerſi paratam intelligunt, orbem terrarum, & vnà Mediceos tuos indies maiores & declaras, & facis: Immò per otium vitreo inſtrumento tibi famam adamantinam paraſti, pandendo etiam sydereos orbes, & Rege Macedonico gratior, Ægyptio magìs lynceus, potuiſti ſine ſagarum ſuperſtitione Lunam ex Cœli penetralibus deducere, & eius olim incertam ſpeciem in hominum conſpectum prodere. Optico illi tubo ſimillimam ego fortunam ducens, vt quæ etiam rerum ſpecies vertere promptiſſima eſt, & ex anguſto proſpicienti maximas, ex amplo minimas oſtendit, ac pariter, vt ille eſt, ipſa vitrea dicitur, magnæ fortunæ, & magni ingenij tui patrocinium flagitaui, vt mundi huius vniuerſi anguſtam, & vix oculos mo-

uentem ſpeciem panderem ; dum Medicei orbis , & tui nominis maieſtate ſuffuſam luci exponerem , qua intuentium aciem aut tanto ſplendore obtuſam , aut ſpecie magni eluſam redderet : quod præſtabis pulcherrimè , ſi vultus hilaritate syderea , qua me , mea quoque proſpexeris . Vale.



INDEX CAPITVM LIBRI PRIMI



1 MICITIAM esse in omnibus. fac. 5
2 Opposita. 6
3 Conciliatio. 7
4 Solam amicitiam esse inter homines. 9
5 Opposita. 11
6 Conciliatio. 14
7 Xenophanes, & Leucippus. 15
8 Melissus, & Diogenes 16


Par-

††

9	Parmenides, & Anaximander.	17
10	Clinias, & Heraclitus.	18
11	Hippocrates, & Hesiodus.	19
12	Thales, & Hippasus.	20
13	Empedocles, & Euripides.	21
14	Pythagoras, & Alcibiades.	23
15	Anaximenes, & Hesiodus.	24
16	Aristoteles, & Anaxagoras.	24
17	Democritus, & Dicæarchus.	25
18	Cratyllus, & Lycophron.	27
19	Protagoras, & Gorgias.	29
20	Simonides, & Homerus.	29
21	Herillus, & Philebus:	30
22	Bias, & Eriphile.	32
23	Democritus, & Heraclitus.	33
24	Zeno, & Selomo.	34
25	Eudoxus, & Plato.	36
26	Anacharsis, & Epicurus.	38
27	Polignotus, & Pauson.	36
28	Sophocles & Hægemon.	36
29	Solon, & Aristippus	38
30	Seneca, & Anaxagoras.	42




Lib-




LIBRI SECVNDI.

1 Quid sit amicitia fac. 46
2 De Propagatione. 47
3 An genus humanum sit vuem. 47
4 De Centauris. 48
5 De Pigmęis, & Gigantibus. 48
6 De AEtiope. 49
7 De Fæmina. 55
8 An in genaratione fæmina opus fuerit. 56
9 De Mula. 57
10 Quid sit semen. 59
11 An semen sit necessarium. 62
12 An sit necessarium semen vtiusque. 64
31 Notæ boni seminis. 65
14 Semen generans marem 66
15 De Parentium similitudine. 67
16 De Natorum maculis. 71
17 De Mostroso hominis partu. 73
18 An vis generandi sit a toto. 75




†† 2 Lib.



LIBRI SECVNDI
PARTIS SECVNDAE.


1	Quæ bonum semen faciunt, fac.	78
2	De Aere.	79
3	De Cibo.	79
4	De Somno.	80
5	De Exercitatione.	81
6	De Excretione.	82
7	De Animi accidentibus.	82
8	De Amore connubiali.	83
9	De Fidelitate.	84
10	De Prudentia.	85
11	De Comitate.	86
12	De Gratiæ notis.	87
13	De Forma.	89





LIBRI TERTII.

	Cur de decoratione agatur,	97
1	De Opimo	98
2	De Gracili.	101
3	De Pomilione,	104




LIBRI TERTII,

PARTIS SECVNDÆ.


1	De Pilorum crassitudine,	105
2	De Pilorum tenuitate,	108
3	De Capillorum breuitate.	109
4	De Capillorum rectitudine,	111
5	De Pilis importunis,	114
6	De Caluicio.	115
7	De Alopecia.	119
8	De Ophiasi,	123
9	De Canicie,	124

Par-



PARTIS TERTIAE.


1	De Cutis pallore.	338
2	De Maculis.	340
3	De Cutis graueolentia.	151
4	De Vocis aspritudine.	158
5	De Cutis duritie, aspritudine, & crassitie.	161
6	De Furfure, seu Porrigine	164
7	De Pediculis.	167
8	De Scissuris.	170



PARTIS QVARTÆ.


1	De Scabie.	172
2	De Papulis.	179
3	De Igne sacro.	186
4	De Impetigine.	190
5	De Lepra.	194

Par-




PARTIS QUINTAE.

1	De Vlceribus	205
2	De Fistulis	227



PARTIS SEXTAE.

1	De Strumis.	239
2	De Cachoere.	253.
3	De Verruca.	262
4	De Clauo.	266
5	De Varice.	270




PARTIS SEPTIMÆ.

1	De Cornu.	276
2	De Parotide.	277
3	De Oculi magnitudine.	281

De

4	De Proptosi	283
5	De Lippitudine.	286
6	De Vngue oculorum.	307
7	De Suffusione.	311
8	De Vesfica palpebræ, Crithe, & Chalaxijs.	320
9	De Enchanti.	328
10	De Staphilomate.	329
11	De Polypo.	330
12	De Dentium vitijs.	343
13	De Brochocele.	357
14	De Gibbo.	361
15	De Vmbilici prominentia	370
16	De Interiori parte abdominis rupta.	376
17	De Elephanto.	377

FINIS.



PROEMIVM.

EMPEDOCLES auctor à laudato aucto-
re Aristotele laudatus omnium rerũ 1. Cæli T.88.
originem esse litem, & amicitiam
tradidit. Quæ sententia bonos ha- 1. Phys. T.48.
buit fautores Hesiodum, Parmeni- Arist. 2. Rhet. C.30.
dem, & etiam Aristotelem, qui nomi-
ne defectus, seu priuationis litem habet, nomine ratio-
nis, seu formæ amicitiam. Verùm Pamphili, & Callippi
amicum obsequium, quo ijsdem argumentis accusare
soliti erant, quibus defendebant, & quo Protagoras Ar. 4. Metaph. T.15.
de omni re in vtramque partem disputari posse affir-
mabat, permittit sine defectione à peripateticis in-
stitutionibus, quibus omnia semper ad pauciora Arist. 1. Phys. T.41.
contrahuntur, posse ostendi nullam litem in natura
esse, & in inuariabili continuatione ordinis sempiter-
ni solam amicitiam stabilem conseruari, & ex ea cun-
cta procedere, & rationem compleri omnium, quæ
natura, & secundum naturam sunt, ab eaq; ne qui- Plato in Theet. & in Crat. & Arist. 11. Metaph. Cap. 4.
dem sententiam Heracliti oppugnari, qui solam litem
rerum omnium originem posuit. Quoniam verò
homo omnium rerum mensura dicitur, & Vniuersi
compendium: humanunq; genus cognatum naturâ Arist. 8. Phys. T. 15.
est: &, si est, quod congregat homines, nempe ami-

Arist. 2. Mag. Mor. C. 14. citia, hoc idem in toto esse supponitur: ieccirco præcipuè de hominis amicitia dicam: de ea præsertim, quæ per cognationes ex patre in filium descendens omnium, quæ ex supereminentia sunt, validissima celebratur. Arist. 7. Mor. Eud. C. 11. Ea excitat omnium animatium communem coniunctionis appetitum generandi causà, & curam quandam eorum, quæ procreata sunt. Cic. 1. de Off. qua nullum arbitrabatur Plato aut maius, aut melius datum homini munus a natura, dum voluptatum tenerrimam accersit; & valet angustiam æui apud omnes nationes, & in omni seculo deploratam producere, & fugacia ætatum momenta intexere. Arist. 1. Mag. Mor. Cap. 9. vt, si fælices spe dicuntur, quacumque compleri possit naturali voluptate animus, ea in spe posteritatis sit, quæ sine fine est; per quam nos ipsos reficimus, & prolis continuata serie perpetuamus. Hoc communissimum bonum etiam imperitissimæ gentes sentiunt, & omne aliud ducunt truncum, & debile: atque labores quoscunque perferunt, præterquam a coniuge abripi, aut a liberis abstrahi. Se ipsum propagandi desiderium adeò insitum rebus omnibus est, vt in homine pateat euidentissimè; dum, id solum vt expleat, sui partem libenter effundit, & defectionem morti simillimam suauiter patitur. Ac, si nemo vnquam adeò efferatus est, aut ea immanitate naturæ præditus, qui amici gemitus inconcussus audiat; tamen pater editi infantis lachrymas exultans aspicit. Qua ergò animi suauitate ejus risum excepturus credendus, qui tam gratos etiam habuit eiulatus? Ieccirco, post probatam

tam

tam Vniuersi amicitiam, latiùs de his loquar, quæ arctissimis amicitiarum, idest coniugijs infesta esse possunt adeò, vt spem prolis aut prorsus adimere valeant, aut infirmare, aut malè vertere, ne multi, ne masculi, ne robusti; ne benè valentes liberi producantur; præsertim ea vitia referendo, quibus possit medicina succurrere. In quibus pandendis auctores sequar probatos, & nobiles, eorumq; sententias ferè solidas referam, tùm quia semper defectio a magnis viris magna est, etiam si leuis videatur; tùm etiam quia plerunque euenit, quæ magna per se sunt, minora fieri, si limentur politiùs. De sanitate tuenda, morbisq; pellendis plurima indies volumina, innumeriq; sermones iactantur. Tractationem verò de hominis propagatione non adeò communem accepi. Et, vtcunque sit, maius opus arbitror aliquid sempiternum parare humano generi assidua innouatione, qua quisque possit per secula se ipsum traducere; quàm paucos dies singulis addere expulsione morborum. Siquidem, quod album diù fuit, nihilo propterea albius ex mora est. ità, etiam si viuere aliquam beatitatem dicatur præleferre, nihilò tamen beatior erit, qui diutiùs vixerit. Imò vitæ suauitatem tandiù intermittere videtur homo; quandiu sollicitus de ea proroganda cogitat; & sui corporis curæ intentus sua quidem, sed non se ipsum curat. Longioris enim æui cupiditas ex natura bono corporis habitu expletur; & parùm ei potest consilium addere; aut, si addit, parem numerum dierum

1. Mag. Mor. C. 4.

addit, atq; noctium; tàm lucis, quàm tenebrarum; plus molestiæ, quàm gaudij. Præterquam quòd morbos pellere sarcire est, non reficere; maioráq; audet, qui æuum in nepotes, pronepotésq; disponit. Qui morbos curat, Sisiphi supplicium subire videtur; nam, quoties euehet, toties recidet lapis, quo tandem tegendus, & premendus homo totus est, nisi in filios traductus, & à se diuisus inuadentem eluserit, atque euitauerit. Tunc enim homo non perit, sed exuitur: neque ea via laborantis, sed acquirentis est. Summa igitur Platonicæ philosophię hæc sit, qua in coniugijs ex crebris, & minoribus defectionibus intercidentibus maximam mortis metiamur, & contemplemur.


Macr. de som. Scip. lib. 1.



Amici-



Amicitiam esse in omnibus.



IN omnibus, quæ rerum natura consistunt, & per omnia tàm humana, quàm diuina latissimè diffundit se amicitia; propterea vniuerso contrarium nihil est; sic enim exæquat natura, quæ tantùm mixtio, & fædus mixtorum est. In vnoquoque genere prius est vnum multis, & simplex composito: quod igitur prius est, vnum est; &, si quid posterius est, non est principium; sequitur ergò, aut non esse principium, aut non habere contrarium: neque lis vlla sine contrarietate esse potest. Si principia plura vno sunt, coniunguntur: at, contraria quæ sunt, eadem coniungi nequeunt, & omnia ex omnibus generantur. Quare amicitia est, quæ omnia vnit, & etiam contraria connectit, & naturæ opus facit fornicario simile, videlicet casurum, nisi, quo inuicem inimicitias parere creduntur, eodem mutuò firmarentur. sic omnia momentum requirunt contrarium, quo mediocritatem consequantur; in hoc enim ratio consistit, non in alterutro extremo seorsim posito: & æqualitas amicitia dicitur. neque simili magis conuenire creditur, vt a simili generetur, quàm vt similem procreet; neque dissimile ex dissimili posse existere, in quo lis est. Omnia vnum esse ait Parmenides ex Platone, & omnia esse in omnibus: rerumq; diuersitatem ex concursu, non ex natura esse: quæq; nobis diuersa apparent, esse partes totius. Si itaque consensus, & amor in rerum primordijs est, qua ratione dissidere poterunt; quæ ex concordibus constant. Tradere sapientes, asseruit Plato, cælum, & terram, Deosq;, & homines societate quadam, &

Arist. 1 Cæli T. 87.

Arist. 2 Cæli T. 22.

amicitia

amicitia contineri: propterea vniuersum ornatum dici: nec solùm amorem ad pulchrum conuerti, sed etiam alia quàm plurima. Non proper imbecillitatem, atque inopiam, sed à natura amicitia est. Natura locuples, & generosa noluit ab vtilitate amicitiam nasci; sed ab amicitia vtilitatem sequi. Splendida hæc negotiatio est, cuius commodum non mouet artificem; & tamen sequitur ab opere. Itaque principium ei, cuius est principium, causa cum eo, quod efficitur, elementum cum eo, quod existit, quodam fœdere, & ordinis reciprocatione copulatur.

Opposita.

DE principijs vulgatus est Arist. sensus, & consensus omnium veterum philosophantium, quo concludit principia esse contraria. siquidem, cum neque inuicem, neque ex alijs fieri debeant, ex eo, quo sunt principia, concludit non fieri ex alijs; ex eo, quo sunt contraria, non fieri inuicem. Porrò omnem generationem esse in contraria, & ex contrarijs in omni penè sermone defendit Arist. Et saltem litem in rebus ex parte esse suadetur, quia amicitia congregationis tantùm causa est, lis verò segregationis. immò eius motus, qui à natura est, lis causa potior esse videtur, vt rerum seruetur ea, quam manifestè intuemur, diuersitas. nisi enim esset in rebus contentio, vnum omnia essent: hæc verò lite segregantur. quod si est, vt certè est, lis in omnibus est, & amicitia est præter naturæ ordinem: quoniam, quæ mouentur, omnia segregantur: &, dum mixtum fit, pars elementi à toto elemento segregatur; &, dum ea pars ad totum redit, lis est, quæ segregat à mixto. nec bene dicitur congregari elementa, & inire inuicem fœdus, quando mixtum constituunt: quia in mixto elementa perpetuò pugnant, nec cessant inuicem contra agere, nisi cum lis, vires suas exercendo, illa disiunxerit.

Con-

Conciliatio.

NVlla euidenti ratione concludit Aristoteles principiorum contrarietatem: sed ex aliorum opinione deducit, non vt approbet, sed vt refellat: si quidem eandem statuit inimicitiam inter rerum rationem, quam formam vocat, & earundem negationem, quam priuationem dicit, quæ est inter viuentes, & nascituros: qua ergò ratione contrariari ea possunt, quæ simul esse non possunt? Priuationem Arist. è rerum numero tollit, & ostendit eam nomen esse inane, & figmentum ad rerum constitutionem superuacuum; cum ne quidem aliquid sit ex ijs, quæ rebus præbere dicuntur aut materiam, aut rationem, aut impulsum: sed fingi tantùm, vt mens alicuius termini cupida habeat, vnde moueat res, quæ nouiter fiunt, & in Vniuersi theatrum exeunt. Hesiodus priuationem chaos appellabat, nec sine amicitia ponit. 1. Phys. T. 75. & 79. & 80. Arist. 8 Phys. T. 16.

Primùm ante omne aliud chaos extitit, inde patenti
Pectore cunctorum sedes firmissima tellus,
Atque amor his cunctis species mortalibus anteit.

Nanque, etiamsi inter hanc rerum negationem, & res ipsas vlla contrarietas intercedat, non propterea hæc necessariò litem inducit, neque amicitiam tollit; quoniam etiam ex contrarijs amicitiam esse testatur Arist. neque rerum vicissitudines lis promouet, sed amicitia, ex qua semper in amicitiā transitus est. Etenim, si ex toto elemento pars seiungitur ad constituendum fœdus mixti alicuius, non propterea ea elementi pars priorem exuit amicitiam, sed propensionem quandam seruat ad vniuersum elementum, vnde discesserat, ad quod semper prioris motus inclinatione cietur: &, quæ rixa in mixto dicitur, est Vniuersi fœderis pignus; dum in eo, quæ contraria dicuntur, concurrunt, vt patefaciant hoc triste nomen litis temerè esse rebus impositū, & omnia consociari. 8. Mor. Nich. C. 8.

Cælum ex Platone se ipsum amicitia concordi complectitur, atque ita aptè coëret, vt nullo modo dissolui possit, nisi eius vi, à quo fuit colligatum. Hic amor est, a quo res vinciri, & dissolui possunt: qui vnum totum ex omnibus totis, & perfectis perfe-

ctum mundum constituit, morbi, & senectutis expertem, cuncta complectentem. A cælo sensus vim suam recipiunt, nec credi potest ea vi carere, quam cæteris tribuit. Amicitia cietur, sed non ad viliora: ideò non mouetur, vt terræ misceatur; sed totum in se ipsum rotatur.

Elementa litem non admittere ostendit ratus cuiuscumq; locus, quem seruant singula. Immensum mare minimæ telluris parti, etiam per proprium corpus, aditum præbet, vt, iuxtà pactum fædus, in sedem suam liberè descendat, datos sibi in littore terminos seruat; aut, si præterit, in cælum priùs fertur, vt inde sodalitium terræ auspicetur adiumentum. Terra, cauato amplè corpore, prospicit vndarum fluori, & proprijs artubus amicum sustinet elementum. &, si quandò reiectus è nostris sedibus in sua secreta pelletur oceanus, nulla lis succedet, sed antiquus ordo renouabitur. Quibus pugnare videntur qualitatibus elementa, grauitas, & leuitas sunt officia mutua, quibus singula, quò ducit amor, perueniant. Aer circumfluus naues agit, vt merces, non vt classes ferant: imbres mouet, vt segetes nascentes alant, non vt perdant. Ignis nihil consumit, sed vincta soluit, & reddit antiquo fæderi. Si fulmina Deus ira percitus iaceret, non in sua templa conuerteret. Aestus terram exercet, vt bians cælestes excipiat irradiationes. Quæ diuersæ naturæ sunt, segregat ignis quasi amicitiæ præses, ne tandem dissentiant; at quorum natura est conuenire, coniungit.

In mixtis summa vis amicitiæ est, qua elementa etiam e propria sede euehuntur, & deducuntur.

Principio cælum, & terras, camposq; liquentes
Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; astra
Spiritus intus alit, totosq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Hinc hominum, pecudumq; genus, &c.

In his amicitiæ summa ratio apparet, videlicet omnium diuinarum, humanarumq; rerum cum beneuolentia, & caritate summa consensio. quòdq; fædus in homine ex electione est, in mixtis ex natura est: quorum solutio non est fœdus rumpere, sed mutare. nam

cuncta

cuncta bono successu commiscentur. Calidum, & frigidum placidum teporem faciunt; ex dulci, & amaro suauitas oritur; ex arido & humido corpus tractabile fit; ex acuto, & graui harmonia percipitur; ex tardo & veloci rhithmus. Latissima animus sentit, quibus horrida præfuere; colores oculis grati ex albo, & nigro constantur. neque integra lux oculos delectat; nec aer tenebris prorsus obrutus; asperum leni, acidum pingui suauiter ad palatum miscentur. pariq; ratione melos auribus; & odor naribus componuntur.

Solam amicitiam esse inter homines.

HOminem esse inter animantia societatis studiosissimum ratum est apud omnes: nihil aliorum amantius, & in adiutorium mutuum generatus dicitur. Voluntatum, studiorum, sententiarum summa consensio secundas res splendidiores facit, aduersas leuiores, quarè potissimum inter ciuilia officia est amicitias hominum conciliare: quo sequitur humanum genus conseruari, & reddi firmius. Diligendi sensus, & beneuolentia charitas bonum singulis partiens, communicansq; felicitatem parit. A Deo generosum ortum habet amicitia, sine qua viuere eligeret nemo, & licet bona quamplurima ex natura suppetant, nihil tamen homini quidquam potest iucundius contingere communione bonorum: nihil remuneratione beneuolentiæ gratius: vicissitudine officiorum, studiorumq; nihil suauius. Hominis vita numerosa quadam consonantia sustinetur: & conciues natura potiùs, quàm lex, & firmiùs iungit. Plebs cum his, qui extra plebem sunt, amicitiæ ope meliùs, quàm constitutionum copulatur; eâ enim maximè oritur inter omnes consensio; charitate verò, beneuolentiaq; sublata, nec respublica, nec cætus hominum vllus, nec domus constabit. Id maximè proficuum arbitrabatur Plato, quo homines optimo pacis bono fruerentur; quos non vnguium vis, non dentium; sed societatis præstantia munit. Humanitas,

manitas, sensus communis, congregatio cæteris terribiles facit; hoc natura, hoc consuetudo, hoc lex, hoc philosophia promittit; & nullius boni sine socio possessionem commendat; nec sibi quidem amicum esse eum ostendit, qui non omnibus amicus est; nec posse quenquam beatè degere, qui se tantùm intueatur; qui omnia ad vtilitates suas singulariter conuertit; & oportere alteri viuat, qui vult sibi viuere; eamq; societatem diligenter, & sanctè obseruandam esse, quæ nos omnes omnibus miscet, & iudicat esse aliquod commune ius generis humani, quo amor vndequaque perfusus homines edit, crescentes nutrit, valentes exercet, ægros reficit, imbecilles roborat, deficientes munit, truncos sarcit, nutantes firmat; animi tranquillitatem, & constantiam auget; eiusdem perturbationes, & commotiones sedat; quæ cum ratione desiderantur explet, gaudia, & quoscumque animi motus placidos, & constantes facit: cautos reddit: animi ægritudines pellit: metus, & quancunque aliam impendentis mali opinionem intercipit: inuidentiam soluit: æmulationem, si ad laudem est, euehit, si ad vitium conuertit: obtrectationem mulcet: misericordes roborat: angores extrimit: luctus solatur: mærores sistit: ærumnis auxiliatur: dolores lenit: lamentationes reuocat: sollicitudines remouet: molestias tollit: afflictationes coercet: desperatis meliora promittit; pigros excitat, eisq; metum laboris subripit: ad terribilia reddit homines inconcussos, ad pudorem inuariabiles, ad timorem constantes: pauidis mentem firmat: exanimationes cauet: in conturbatione cogitata restituit: formidinem permanere non sinit: maleuolentiam ex hominum animis absterget: contra delectationes, tenerasq; voluptates moribus generosis perfundit animos: iactationes compescit: iras frenat: excandescentiam extinguit: hospitij odium comitate retractat: inimici ne sint, nocēdi oportunitatem obtruncat: discordias mitescere facit: indigentiæ prospicit: omniq; desiderio male conuerso præsto est oratione, consilio, lege; quibus amicus animus indulget etiā libidini propriæ opinionis, vsque ad peruicaciā: pecuniæ, vsque ad auaritiam: gloriæ, vsque ad ambitionē: fœminarum, vsq; ad mulierositatē: gulæ, vsq: ad ligurionem, cupediam, & vinolentiam. Totum corpus, animum

vniuersum, actiones, effectiones dirigit, atque gubernat amicitia: homines in diuina trahit: diuina ad homines deducit: quo totum vinciendo compleat, nec partem vllam relinquat expertem sui.

Opposita.

QVicquid aduersum, & inimicum in vniuerso apparet in hominem conuersum, inter homines persistens, ab hominibus erumpere videtur. Homo non matrem habuisse naturam, sed nouercam narratur: nudum, & inermem, sine ope, sine consilio ærumnis exposuisse: vitamq; dedisse lachrymis auspicatam, morbis obnoxiam frequentissimis, & verè, vt aiunt, non volare, non nare, non incedere illi ex natura est; neque etiam flere, quia aliquod est in lachrymis oblectamentum; sed tantùm illi naturale est ridere, & mori. Puer inutilis: adolescens proteruus: vir audax: senex miserabilis. Homo mortis cruciatibus vexatur non postrema die tantùm, vt cætera animantia; sed ab hora assiduò, qua rerum suarum gnarus potuit interitum suspicari, & comprehendere; vt mentis peregrinatione distractus spe pariter, ac metu augatur, cupiens remotissima, panens longinqua; vt cogitet de futuris, sit anxiè de sepulchro sollicitus, saxa in cælum ferat ædificans, iaciat furens, eiusq; inclementiam accersat, dum euitare, aut accusare intendit. Atq; si nihil perniciosiùs ciuitati quàm quod eam diuidit, & ex vna plures facit: nullum animal inimicitias exercet acerbiùs. Bestiæ ferocissimæ quæque conueniunt; belluæ etiam comitatem habere narrantur, vt elephas. solus homo homini infensissimus: bella in regionibus: in ciuitatibus seditiones: contentiones in populis: in familijs discordia: in vicis contumeliæ: in domibus iurgia: in cubilibus rixæ: in omnibus inimicitiæ sunt. Solus homo differentias nutrit serui, & domini, pauperis, & diuitis: colonos, artifices, mercatores, milites, magistratus, præstandi vexat cupiditas, &, si amicitiæ terminus constitutus est, vsque ad aram, nullus terminus datus est inimicitijs, & est inter homines. Plato 5. de Republ.

Natum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras.

Sed hæc insanientium fortasse commotiones sequuntur: eaq; diligentia adhibenda est in amicitijs comparandis, ne amare incipiamus eum, quem aliquando odisse possimus; quæ regula vt omnibus prospicit, sic nullam amicitiam admittit; quia propter animi humani obscuritatem, & inconstantiam amare debemus tanquam osuri, & odisse tanquam amaturi. Videamus ergo quanta sit inter sapientiæ amatores consensio. Xenophanes omnia esse vnum asseruit; Leucippus infinita rerum principia, & nihil vnum. Melissus id ipsum immobile; Diogenes mobile prodidit. Parmenides terminatum; Anaximander sine termino. Clinias omnia stare; Heraclitus omnia fluere, & stare nihil. Hippocrates nihil generari; Hesiodus nihil esse ingenerabile. Thales ex aqua dixit constare omnia; Hippasus ex igne. Empedocles simile appetere sibi simile; Euripides contrarium sibi contrarium malle. Pythagoras animalia cæsa iniuriam pati; Alcibiades euehi arbitrabatur. Anaximenes tenuissimum aerem a prima origine concreuisse; Hesiodus firmissimam terram primò rarefactam. Aristoteles aerem, aquam, terram, ignem omnium simplicissima elementa esse, & hæc in alia misceri; Anaxagoras, os, neruum, lignum, lapides, metalla omnium maxime simplicia esse corpora: aerem verò, aquam, ignem, & terram ex his componi. Democritus omnia animum esse; Dicearchus, ne esse quidem vllum animum, opinabatur. Cratyllus nihil sciri; Lycophron nihil ignotum esse. Hermotimus intellectum esse causam vniuersi; Phædo vniuersum esse causam intellectus. Protagoras sensibilia esse in sensibus, & animum sensa facere, quibus remotis nihil sit sensibile; Gorgias esse in rebus, & animum sensa fieri, quibus remotis nullus sit sensus. Simonides solum Deum sciendi dignitatem habere; Homerus etiam insanos sapere. Herillus in scientia felicitatem posuit; Philebus in ignorantia. Bias nihil possidere dixit felicem facere; Heriphyle in rerum possessione posuit beatitatem. Democritus ridendum semper homini esse; Heraclitus plorandum credidit. Zeno inconcussum hominem nec lætari vnquam, nec tristari debere; Selomos & ridendum, & plorandum per tempora, & vices. Eudoxus voluptate-

luptatem esse bonum; Plato non esse bonum retulit. Anacharsis ludendum nobis esse, vt seria agamus; Epicurus seria agenda, vt ludamus. Polygnotus in poesi deterrimos esse imitandos; Pauson optimos. Sophocles, & Homerus præstantes; Nicocaris, & Hægemon viles. Solon, & Mocrobius felicitatem nos manere post mortem; Aristippus, Cicero vel solam mortis imaginem nobis omnem felicitatem adimere. Et, quod vix credere dignum est, etiam de sui ipsius præstantia dissentit homo, &, quem Seneca Dei opus perfectissimum dixit, Anaxagoras dixerat naturæ ludibrium imprudentissimum. Nulla est pax, nulla est inter sapientiæ professores consensio; & etiam a viris claris inter pacatissimas animi cupiditates seditiones excitantur, & rixandi præbetur occasio; cum alterum profecto fieri possit in tam varijs opinionibus, vt earum nulla, alterum certè non potest, vt plus vna vera sit. Qui semper emergere veritatem dicunt eam inter leuia posuisse videntur; qui latebris mergi inter grauia. Socrates vera à falsis nullo separat discrimine; Anaxagoras id cuiq; verũ putat, quod cuiq; videatur. Plato omne iudicium veritatis, veritatemq; ipsam abductã ab opinionibus, & a sensibus cogitationis ipsius, & mentis esse voluit. Heraclitus omnia esse, & non esse vera. Hippias idem esse verax, & mendax. Et hi, qui omnia vera dicunt, approbant etiam eorum opinionem, qui omnia falsa esse asserunt: qui dicunt omnia esse falsa, suam quoque includunt, & reprobant opinionem. Macrobius latere omne verum; Cratylus semper elucescere. Cicero veri esse aliquid non negat, sed negat id posse percipi, quod Euripides sensu non posse occultari. Persius mordacem; Tibullus iucundam veritatem dixit. ex alijs est in vino veritas, ex alijs in puteo est sub vndas abstrusa. Nulla est pax, nulla est inter sapientiæ professores consensio: & de verò tantùm vera apparet Arist. sententia, qui asseruit, veritatem quærere aues persequi esse. Homo hominis mentem, sensa, studia, consilia, fidem euertit. solus se ipsum cruciare, & occidere potest. Ipse amor libido priùs, & furor est, qui, vbi aut satietate, aut desperatione remiserit se, in odium degenerat.

Militatat omnis amans, & habet sua castra cupido.

Pul-

Pulchra amor expetit, & si nihil expetitur, quod possidetur, amor pulchrũ non habet, quod idẽ est, ac bonum: quarè bono caret amor. Neque, qui amans dicitur, quicquam distat ab inimico; dummodo quenquam amatæ formæ plaudere, aut bene facere ferre non potest: dummodo consilia semper in sui commodum vertit. Nihil est amante perniciosius, aut importunius, cui sola quies amati insensa est; is semper auidè amat, sed vt lupus agnum. quicquid delinquunt homines, is, qui amor dicitur, causa est: cæcos efficit, & petulantes, inconstantes, insanos, & quæ Nocturnus aliquando dormientibus, hic vigilantibus semper offert ludibria, & falsas imagines.

Conciliatio.

NAtura cunctis quidem animantibus, verùm peculiari quadam cura homini parens facta est, & quæ cornu, quæ dente, quæ vngue terribilia sunt, aut hominis aspectum fugiunt, aut illi seruiunt; pro dente, pro spina, pro testa, pro ala illi cum decore maiestas est. hoc diuinum habet, quod nudus, & inermis vincit cætera; & diù sine cortice, sine penna, sine consilio infantem tuetur vis sublimior. Verè in vniuersi theatrum, tanquam in scenam exit homo lacbrymans; sed hoc etiam animaduertere oportet, elatam poetarum mentem ne fingere quidem ausam esse suauiores voluptates, nisi quas conflictationes præcesserint; & si verè dolet infans, aliquo debebat emi tanta felicitas, ad quam nascitur. Hæc ærumnarum omnium precium satis amplum, & splendidum est. Humanus animus mala sibi adiuncti corporis valetudine, laboribus, egestatibus non rumpitur, sed debiscit, vt cœlestes irradiationes promptior excipiat; tale imposuit Deus cupiditatibus frænum; vt sit teneræ voluptatis, non impedimentum, sed absolutio. Quò nulla vnquam auis deuenit, sine penna fertur humanus animus; hic homo immensa transmeat maria, ardua scandit montium cacumina; hic circumspicit cadendi occasio-

casiones, & cauet; hoc se æternum comprehendit, & omnem mortis formidinem deponit; ipsaq; cogitatio de sepulchro, quia à natura est, indicat esse aliquid post obitum superstes, nec totum hominem mori; &, si quis pauor concutit morituros, supplicium hoc est ignaui, & male dolati animi, non naturæ inclementia. Bonus legum conditor non nisi gratia pacis de bello leges conscripsit, propterea homini procliuitas anceps est ad societatem, & solitudinem. Summa hominis consensio, & conspiratio tàm in bello, & contentionibus, quàm in pace, & concursu relucet, si quidem præcipua lex inter amicos est idem velle, hoc etiam seditionum omnium causa est idem velle. Specimen diuinitatis est naturæ aliquam vim inferre, & eius ratos ordines non peruertere, sed arbitrio suo disponere; si satis naturæ obsequiosa quieuere saxa, homini quoque seruiant ædificanti necesse est, & sibi nouo iure impositum ordinem seruent. Consociatio, & comitas, mansuetudo, & alia humanitatis indicia in feris miranda sunt, quia noua, & præter naturæ ordinem sūt, ita psittacum, & picā admiramur, quia humanum imitantur sermonem. Præterea ad concordiam humani generis, nihil æquè conducit, atque disparitas personarum, neque enim agricola sibi aratrum conficiet, nec eadem manus calamo, quæ ligoni apta est. Seruus, & dominus vnà eòdem tendunt, & olim miscendi sunt, quod bellè ostendit mos seruis impositus insequendi dominos, eadem enim est vtriusque via, non res eos, sed ordo distinguit. Aequore, & lenitate corporis corpora corporibus appropinquarè possunt, asperitate inferi, quare disparia quæ sunt, firmiùs connectuntur.

Xenophanes, & Leucippus.

CONtra Xenophanis sexentiam, qui vnum omnia esse asserebat, videtur opponi posse Leucippi, & Democriti opinio, qui nihil verè vnum esse arbitrabantur, quia hi in rebus esse magnitudines multitudine infinitas, sed indiuisibiles dicebant, ita

neque

neque ex vno multa fieri posse, cum diuidi nequeat, nec ex multis vnũ, quia eadẽ simillima inter se semper permanerent; horum tamen cõplexione, & amplexu omnia generari asserebant; verùm inter has opiniones habẽdum nihil dissonum est, si Xenophani concedatur, omnia amore vinciri, & corpusculorũ, quæ Leucippus atomos appellat, non esse fortuitam concursionem, sed amoris impulsu, & consilio intentam. Victoria pugnantis est; amor omnibus obsequiosus est, & cum nemine pugnat, dum igitur omnia vincit amor, omnia vincire intelligendus est, non superare; sic partes innumeras quasi catena quadam connectit, & vnum facit, & ea ratione vnus est singularis homo, quamquam tam varijs partibus, & ijsdem inter se diffidentibus sit compositus, & nos quoque membra sumus corporis magni, ex quibus vnum est vniuersum, & omnia vnum.

Melissus, & Diogenes.

PRincipium apprehendi potest & pro eo quod facit, & pro eo quod fit; quod facit est impellens, & est eius aliud impellens, adeo vt si quærendo ducimur ad impellens primum, id Deus est, quem bene arbitrabatur Melissus esse immobile; id quod fit ei, qui facit, opponitur, & quia hic purus actus est, quod fit est pura potentia, & dicitur materia, quæ ex Diogene mobilis est; si verò vnà comprehendere velimus & quod facit, & quod fit, semouere oportet, & excludere simplicitatem primi impellentis, & primi impulsi, nempe materiæ; & omnia vnà miscere dicendo, id & immobile esse, & mobile, immobile, quia id omne totum est, nec spatium quidem extra se admittit quò ferri, & moueri possit, mobile videlicet in se ipso, vt aqua, quæ contenta, & conclusa non mouetur, nisi in se ipsam. Quando Anaxagoras mundum ex immobilibus facere intendit, rectè facere, inquit Aristoteles, quia ex Deo immobili omne mobile pendet. Immobile est ex Melisso, quod omnino non potest moueri, sed mentis coniecturam addit

Arist.

Arist. etiam, quod multo tempore vix mouetur, Melissus itaque respicit id, quod omnia facit: & recta ratione appellat immobile, Diogenes ad id, quod fit, & recte concludit.

Parmenides, & Anaximander.

HOrum controuersiam componit Plinius dicens, vniuersum esse finitum, & infinito simile. Itaque Parmenides rei veritatis studiosus terminatum dixit: Anaximander intuens quod apparet, asseruit esse sine termino. Terminatum est, quod conclusum, & perfectum est, & hoc est finitum: sine termino est, quod inconclusum, & vagum est, & hoc est infinitum. Infinitum antiqui philosophantes appellabant id, quo nihil maius potest accipi; Aristoteles verò definit infinitum id, quo accepto semper est aliquid, quod vltro accipiamus: finitum verò accipit tanquam perfectum, & terminatum; quo modo Parmenidem vniuersum comprehendisse credere possumus; non quod aliquid excludat, nec spatium quidem, sed quod omnia includat. Quoniam verò est omnium rerum certum, & simile incerto; ideo Anaximandro videbatur sine termino, & infinito simile; si enim detur ab intellectu in spatio terminus, semper aliùs dandus remanet; & quantuncumque extendatur mentis acies, quia hæc finita est, aut saltem est forma corporis terminati, tandem attenuata deperditur, nec potest in molem tanto spatio disparem terminari; iccirco tanquam incōprehensibile dixit Anaximander, nec tanta eius liberalitas in spatij immensitate quicquam addit vniuerso, sed demit terminos a Parmenide additos. Itaque Parmenides perfectionem respicit, qua necessariò totum concluditur: si totum demum est, quo nihil excludat. Anaximander sequitur intellectus cupiditatem inexplebilem, semperq; progredientem desiderio finis alicuius.

Clinias, & Heraclitus,

EX *Platone Clinias omnia ſtare: Heraclitus omnia fluere. Athenienſis meliori ſententia aliqua ſtare, aliqua fluere arbitrabatur; quorum omnium ſententiæ, vt appareat, quomodo conueniant, animaduertendum eſt, non potuiſſe Cliniam abſolutè dicere omnia ſtare, quia nulla eſſet concluſi argumenti fides, nullum rerum iudicium, dummodo adeò certa, & clara paſſio oculis negaretur, qualis eſt motus: patere enim, ait Ariſt. ex inductione, ſaltem aliqua moueri: a qua maximè abhorret eorum opinio, iure olim deperdita, ac nuperrimè quibuſdam philoſophis reddita, qui vertigine quadam laborantes aiunt nos eſſe, quos rerum natura neſcientes ferat, nec cœli motu fieri ortus, & occaſus, ſed ipſos, & oriri, & occidere; quare ab Heracliti ſententia ſunt opinantes omnia fluere; quæ ſententia æquè a ſenſu, & a ratione aliena eſt, quoniam eodem motu, quo totum fertur, partes quoque ferri neceſſe eſſet, dummodo omnia pariter, & eadem velocitate fluerent; nanque in idem recidit curſus omnium æqualiſſimus, atque ſtatio omnium, ſiquidem concurſu permanente quæ fluere dicerentur, non differrent a ſtantibus: vt animaduertitur, vbi duæ naues ſimul, & eodem vento agantur, adeò vt æqualiſſimo motu moueantur. Neque recipienda etiam eſſet Athenienſis opinio, qui aliqua ſtare, aliqua fluere dixit; ſi de motu recto loqueretur, nanque fluentia tam longo temporis ſpatio acta, & tanta velocitate iam longiſſimè abeſſent a ſtantibus, adeo vt acie comprehēdi nullo modo poſſent: & ſic temere nos diceremus alia eſſe, præter ea, inter quæ nos eſſemus, ſiuè inter ſtantia, ſiue inter fluentia eſſe contigerit, aut ſtantes, aut fluentes. Dicendū itaq; omnium verā eſſe ſententiā ſi recta ratione comprehendatur. dum enim ait Clinias, omnia ſtare, vera dicit, ſi omnia includit, nec ſpatium quidem excludit, per quod hæc omnia moueri poſſint. Dum profert Heraclitus, omnia fluere, intelligit, vt aqua in ſe ipſa circulari, & vago motu; redeundo vnde diſceſſerint: ita explicat Athenienſis aliqua ſtare, vt terrà, quæ omnium cen-*

trum

trum est, aliqua fluere circa centrum, hoc est circa terram; ex quibus patet, neque Cliniam tetano, neque Heraclitum vertigine, neque Ateniensem inconstantia teneri.

Hippocrates, & Hesiodus.

H*Ippocrates vnà cum Empedocle, Democrito, & alijs non mediocris famæ viris nullius rei generationem esse asserebat, sed solam mixtionem, & fædus rerum iam existentium.*

sunt quædam corpora, quorum
Concursus, motus, ordo, positura, figuræ
Efficiunt ignes, mutatoq; ordine mutant
Naturam &c.

Hesiodus verò opinabatur nihil esse ingenerabile, non tamen suam sententiam bene explicauit, an videlicet crederet, ex his, quæ extant, nihil esse, quod olim factum non fuerit, & tandem aliquando sit periturum, & sic cælum olim factum, & corrumpendum esse, an potiùs mentem latissimè pandendo arbitraretur, nullam vnquam imaginabilem esse rei naturam, quæ non fuerit quandoque, sit, & futura sit,

Qua propter quo nunc in motu principiorum
Corpora sunt, in eodem anteacta ætate fuere,
Et posthàc semper simili ratione futura,
Et quę consuerunt gigni, gignentur eadem
Conditione, & crescent inq; valebunt
Quantum cuique datum est per fædera naturãi

quocumque modo apprehenderit Hesiodus, concurrit cum Hipp: sententia, quia id, ex quo omnia fiunt, quod Arist. appellat materiam, nunquam generatur, vt Hipp: sensit: ex his verò, quæ fiunt, quæ Arist: vocat composita, quæ distinguantur noua concursione, quam Arist. formam, Cicero quasi qualitatem appellat, nihil est ingenerabile, & Hesiodo credendum est, & quanquàm cælestia corpora videantur conflata ex natura rei quadam sempiterna, & inuariabili, sensit Plato, hoc de illis asseri, quia effugit aciem humanæ mentis coniectura tam magnæ mutationis, es-

set enim inestimabili æuo mensuranda, quæ cum sensum, & captum mentis non moueant, conclusit Arist. ea esse æterna, quasi diceret eorum corruptionem esse nobis inconspicuam, qui ne quidem adamãtis exitum possumus imaginari; neque vnquam ortum esse mundum dixit Arist. Tamen non prorsus est alienus Arist. ab horum opinionibus, dum ait, si quid in nobis accidit, hoc etiam supponere nos debere in toto esse.

Nanque eadem cælum, mare, terras, flumina, Solem
Constituunt, eadem fruges, arbusta, animantes,
Verùm alijs, alioq; modo commixta mouentur

sed quemadmodum nobis non apparere, ait Arist. quidquam in cœlis tanto æuo commutatum, ita si terram ex cœlo aspicere nobis daretur, nullam possemus in ea animaduertere mutationem; corruptibilis ergò nobis apparet, quia se comminus spectanda præbet; nulla acies ingenij humani crassis hebes, & circumfusa tenebris tanta est, quæ penetrare in cœlum possit; neque Aristoteles æterni nomen statuit his, quæ vllo modo neqæant corrumpi, sed etiam vocat incorruptibile quod non facile corrumpitur, tamen impium arbitramur æterno, & immenso Deo imaginari quicquam, nisi ipsum ipse Deus manuteneat, ne quidem duratione æquale, vt aperte Plato cælum, quia corporeum est, etiam mutationi obnoxium arbitrabatur; quam transmutationem patitur quidem materia, dum in omne compositum vehitur cum Hesiodo; summa tamen materiæ semper manet, vt Hippocrates arbitratur.

Thales, & Hippasus.

Fertur dixisse Thales ex aqua constare omnia; Hippasus, & Heraclitus ex igne; nulla videtur sententia sententiæ magis opponi posse: sed repetendo memoria ordinis sempiterni continuatas vicissitudines, quibus inuariabili serię concreta dissoluuntur, & dissoluta concrescunt, fortasse etiam tam dissidentes sententiæ poterunt conciliari. Aqua in aerem late dissoluitur, aer in ignem latius, ignis rursus in aerem, aer in aquam; hæc æterna

series

series rerum est, & circulari continuatione procedit, & cum in circulo cuique liceat vndique principium sumere, & finem vbique ponere, quia statutum principium, neque finem circulus habet, potuit Thales a concretis ordiri, & ab illis accipiendo dicere, omnia ex illis constare, Hippasus verò principium sumere a solutis, & asserere, ex his omnia fieri. Iccirco dicamus Thaletem dixisse ex aqua omnia fieri, quia hanc posuit rerum omnium materiã, vtpote quæ facillime patitur, & prõptissimè transmutatur. Hippasus verò ex igne, quia in eo sit suprema agendi vis, vt est in aqua patiendi: sic omnia ex his constant, quia aqua omnia fiat, ignis omnia faciat.

Empedocles, & Euripides.

Nihil est, quod ad se rem vllam æquè alliciat, & suaui quadam violentia attrahat quàm similitudo; cuique post se protinus est exemplar sui, & nihil in amico maiori obseruantia colimus, quàm quod nostri refert imaginem; in hoc est natura rapax, & inexplebilis. in nullo solitario quiescit, semperq; ad aliquid fertur, & adnititur: neque Empedoclis sententia concuti posse videtur, qua refert simile sibi simile appetere. Non ideo tamen Euripidis opinio, qua asserit cõtraria inuicem expeti, aut sine teste, aut sine fautore, aut sine ratione est; & primò inductione id probat Euripides

Humentem amare pluuiam, cum terra est arida,
Cœlumq; sacrum cum grauatum est imbribus
Telluris arentis cadere in sinum appetere.

& Plato quanquam in Lysi sentiat cum Empedocle, aliàs ab Euripidis mente est, sed hanc quasi naturæ supereminentiam amicitiæ tribuit, cuius vinculo dissimilia cõuenire, ait, inopem diuiti vniri, imbecillem forti, & contrarium contrario esse amicissimum, iuxtà quam sententiam Heraclitus dixit ex differentibus coaptationem fieri pulcherrimam, & Aristoteles dissonantium copulationem, quod antiphonum nominat, suauiorem esse asseruit, quàm quod consonum est. Quare necesse est vtriusque sententiam probare tam Empedoclis, quàm Euripidis: & est in solo verbo dissentio,

sentio; & oportet vt nos priùs distinguamus inter id, quod simile est, & id quod idem est: simile est quod in pluribus cum alio conuenit, in aliquo tamen dissentit: idem est, quod omni ex parte conuenit, quare nihil sibi ipsi simile est, & nihil se ipsum appetit, sed se ipso fruitur; id enim appetitur, quod abest, nihil autem abest a se ipso, nec est aliquid, quod aliud maius quicquam se ipso capere possit, ideo omne se ipso fruitur se repletus, & appetit quod vel ipsum augere, vel reparare potest: nihil autem interest, si quod augere, aut reparare potest adiunctum habeat aliquid augendo, aut reparando aliqua ex parte contrarium. Itaque inops homo non amat diuitem qua parte illi contrarius est, sed qua illi adiumento esse potest, & primus amor non est ad diuitias, sed ad se reparandum, & hoc modo ex Heraclito, quæ diuersa sunt, aptari possunt bellissimè: nanque vbi terra ex ariditate dehiscit, & quando humani corporis membra siti molestantur, vndam non appetunt vt contrariam ariditati, sed vt quæ tenuis, & facilis quasi interiecta mediatrix potest disiunctas partes redunire, & aduersam intemperiem, & excedentem repellere, & reducere: & hæc est ea amicitia, quæ dicitur ab Arist. esse propter commodum, qua nunquam cadit inter ea, quæ perfecta sunt, sed inter ea, quibus aliquid deest; quare Empedocles ideam perfectæ amicitiæ concipiens dixit simile appetere sibi simile; quid enim Lælius indigens mei, aut ego illius, ait Scipio, vt amicitiæ sinceritatem simplicitatemq; ostenderet, si quidem proborum amicitia perfecta est, quia per similitudinem est, in qua commodum non prorsus desideratur, sed inconspicuum est; diximus pro similitudine nos non debere identitatem intelligere, quoniam, quorum prorsus eadem ratio est, non possunt inuicem expeti, quia non habent, quo sibi mutuo sint auxilio, & quod prorsus sibi simile est, hoc est

Mor. Eud. C. 6 *vndequaque respondens id inutile est, ait Arist. Et magis expetuntur quorum proxima ratio est, quia pauca mutanda sunt, &*

In Lysi. *leui negocio possunt adiumento esse. Ita Plato, qua parte crudum quid est, contrarium contrario ali: qua parte concoctum est, simile simili, nanque id concoctum dicitur, quod diuersitatem minus conspicuam habet. Magnes magnetem non trahit, sed magnes ferrum,*

rum; quia magnetis ratio eadem est cum magnete, cum ferro proxima: ac pariter ferrum non trahit ferrum, nisi inconspicuam qualitatem a magnete receperit ferreæ diuersam; & quia non eadem prorsus est ratio chalybis, & ferri, ideo chalybs ferrum trahit. Cum igitur nihil vndequaque perfectum in rerum natura sit, omnia sui perfectionem expetant necesse est; at quæ parum a perfecto distant modica indigent reparatione, ideoq; similia appetunt, in quibus modicam diuersitatem inueniri diximus, & hæc est Empedoclis sententia; quæ verò maximè distant a perfectione, vt assuosa quæ sunt, diuersissima appetere videntur, in quibus aut inconspicuum inest, aut subsequenter comprehenditur simile.

Pythagoras, & Alcibiades.

Pythagoras arbitrabatur naturam lædi, quotiescunque animal ab accepto vitæ ordine diuerteret: ita virentes herbas secare, & sensu prædita animalia nefas credebat occidere: Alcibiades verò nihil melius opinabatur esse in animantibus, quàm si ab incepto vitæ cursu distraherentur, dummodo raperentur in præstantius: quod fieri dicebat, dum herbæ ab animantibus ex terra discerperentur, quasi in ventre pecudis meliorem vitam acciperent ea, qua fruerentur in terra, & saltem sensum fænerarentur. pariq; ratione, dum pecudes pro hominum cibo cæderentur, vitam acciperent & durabiliorem, & magis perspicacem; non igitur obstaret Alcibiades, aut opponeretur Pythagoræ, si sermo sit de eo, quod demitur in cæso animali. Neq; fortasse Pythagoras damnaret Alcibiadis sensum, si de eo, quod additur loquamur: neque eorum sententiæ dispares sunt, sed aliò singulæ tendunt, & iniuriam pati vterque diceret, si cui, quod suum est, demitur: euehi pariter vterque assereret, si cui melius additur; patitur quidem, & herba, & animal aliquid, dum cæditur, neque hoc Alcibiades negaret, sed eam eandem rationem habere, quam habet in saltu depressio, diceret, quæ, quò pronior est, eò vehementius res prosilit depressa, & citius euehitur.

Anaxi-

Anaximenes, & Hesiodus.

AD Hippasi opinionem accedit ea, quæ Anaximenis dicitur, & Hesiodus consentire videtur Thaleti: Rebatur Anaximenes omnium rerum primum fuisse aerem, quia nil tenuius sensu comprehenditur, & si quid tenuius est (vt de igne opinio vulgata est) nomine aeris inclusit; & aerem primò concreuisse in aquam, aquam in terram, inde ex his permixtis omnia alia componi: propterea aerem dicebat in omnibus tàm simplicibus, quàm compositis materiam prebere corporibus: Hesiodus verò hoc idem tribuebat terræ: hanc primo extitisse: hanc in aquam solutam esse, aquam in aerem, & si quid tenuius corpus est, & ex his cuncta fieri. Neque hi duo auctores aliam aliquam dissentionis causam habent, præter diuitis naturæ liberalitatem, quæ liberum cuiuscunque animum reliquerit in immenso rerum spatio, & perpetua circulationum vicißitudine incipiendi vnde libeat, siue a concreto, siue a rarefacto, vt profectò ex aliquo incipiendum est: si a concreto cæperimus, verè scripsit Hesiodus: si a rarefacto Anaximenes; dummodo tamen nouerimus ex natura nullum primum esse, aut comprehendi posse: & veluti terra solui dicitur in aquam, aqua in aerem, ita priùs aer in aquam, & aqua in terram, à qua orditur Hesiodus; vt rursus hæc in aquam soluatur, & redeat in elementum ab Anaximene præpositum.

Aristoteles, & Anaxagoras.

CVm Aristotele penè omnium philosophorum sensus est, qui ignem, aerem, aquam, terram simplicia rerum elementa appellant, cætera verò omnia, quæ ex his componuntur, appellant mixta. Verùm Anaxagoras apertè, & Hipp: non admodum obscurè videntur habere opinionem huic aduersam, & credere terram, aquam, aerem, & ignem esse corpora mixta ex osse, carne, ligno, humore, lapide, metallo, & alijs corporibus, quæ homogenea seu similaria dicuntur. In terra est, ait Hippocrates, omnigenum

nigenum corpus os, caro &c. quare hæc erũt maximè simplicia corpora, elementa verò hæc omnia continere credi possunt: vti adumbratum est etiam apud peripateticos concedentes purum elementum, & maximè simplex non dari: sed hoc negaret quidem eorum, quæ vocantur elementa, simplicitatem, non tamen traderet similaribus corporibus, vt facit Anaxagoras: quare ab eodem Aristotele petenda est harum opinionum conciliatio, qui id simplex vocat, quod maxime rationem vnius habet, & elementum 7. Metaph. T. 60. *dicit, in quod existens dissoluitur: si igitur terra existens dissoluitur in os, lignũ &c. vt certe dissoluitur in partẽ eius, os, lignum, &c. aut pars eorum elementa dicentur etiam ex peripateticorum sententia: si caro, os, neruus, sanguis, &c. dissoluuntur in aerẽ, aquam, ignem, & terram: terra, ignis, aqua, & aer erunt eorum elementa; sic pro vt variũ est, quod dissoluitur, & in quod dissoluitur, ita varijs corporibus elemẽti nomen tribui potest. Quia verò Aristoteles a notioribus nobis procedit, & quantum fieri potest sensibus mentẽ alligat, ideo aerem, ignem, aquam, & terram, antonomasticè vocat elementa, vt pote in quibus plerumque, & manifestius naturæ simplicitas recognoscitur, & in qua omnia existentia resolui apparent: nec similarium natura, & ratio in his vocatis elementis recognoscitur, veluti recognoscitur in similaribus aeris, ignis, terræ, & aquæ ratio.*

Democritus, & Dicearchus.

OMnia animum esse cum Democrito sentire videtur Aristoteles, quando affirmat omnia esse quodãmodo plena animæ: 3. De gen. an. C. 11. *vbique autẽ est id, quod replet, in eo, quod repletũ est. Eiusdem sensus esse apparet Arist. dum quærens an pertineat ad naturalẽ philosophiam tractare de omni anima, an de aliqua vna; vbi infert si naturalis loqueretur de omni, nullam aliam scientiam relinqui, præter naturalem philosophiam, quia animus omnia fit. Magis* 1. De part. an. Cap. 1. *aduersa est omnium opinioni sententia Dicearchi, dum dicit non esse vllum animum. Verùm quemadmodum qui in eodem circulo*

neque ex vno multa fieri posse, cum diuidi nequeat, nec ex multis vnũ, quia eadẽ simillima inter se semper permanerent; horum tamen cõplexione, & amplexu omnia generari asserebant; verùm inter has opiniones habẽdum nihil dissonum est, si Xenophani concedatur, omnia amore vinciri, & corpusculorũ, quæ Leucippus atomos appellat, non esse fortuitam concursionem, sed amoris impulsu, & consilio intentam. Victoria pugnantis est; amor omnibus obsequiosus est, & cum nemine pugnat, dum igitur omnia vincit amor, omnia vincire intelligendus est, non superare; sic partes innumeras quasi catena quadam connectit, & vnum facit, & ea ratione vnus est singularis homo, quamquam tam varijs partibus, & ijsdem inter se diffidentibus sit compositus, & nos quoque membra sumus corporis magni, ex quibus vnum est vniuersum, & omnia vnum.

Melissus, & Diogenes.

PRincipium apprehendi potest & pro eo quod facit, & pro eo quod fit; quod facit est impellens, & est eius aliud impellens, adeo vt si quærendo ducimur ad impellens primum, id Deus est, quem bene arbitrabatur Melissus esse immobile; id quod fit ei, qui facit, opponitur, & quia hic purus actus est, quod fit est pura potentia, & dicitur materia, quæ ex Diogene mobilis est; si verò vnà comprehendere velimus & quod facit, & quod fit, semouere oportet, & excludere simplicitatem primi impellentis, & primi impulsi, nempe materiæ; & omnia vnà miscere dicendo, id & immobile esse, & mobile, immobile, quia id omne totum est, nec spatium quidem extra se admittit quò ferri, & moueri possit, mobile videlicet in se ipso, vt aqua, quæ contenta, & conclusa non mouetur, nisi in se ipsam. Quando Anaxagoras mundum ex immobilibus facere intendit, rectè facere, inquit Aristoteles, quia ex Deo immobili omne mobile pendet. Immobile est ex Melisso, quod omnino non potest moueri, sed mentis coniecturam addit

Arist.

Arist. etiam, quod multo tempore vix mouetur, Melissus itaque respicit id, quod omnia facit: & recta ratione appellat immobile, Diogenes ad id, quod fit, & recte concludit.

Parmenides, & Anaximander.

HOrum controuersiam componit Plinius dicens, vniuersum esse finitum, & infinito simile. Itaque Parmenides rei veritatis studiosus terminatum dixit: Anaximander intuens quod apparet, asseruit esse sine termino. Terminatum est, quod conclusum, & perfectum est, & hoc est finitum: sine termino est, quod inconclusum, & vagum est, & hoc est infinitum. Infinitum antiqui philosophantes appellabant id, quo nihil maius potest accipi; Aristoteles verò definit infinitum id, quo accepto semper est aliquid, quod vltro accipiamus: finitum verò accipit tanquam perfectum, & terminatum; quo modo Parmenidem vniuersum comprehendisse credere possumus; non quod aliquid excludat, nec spatium quidem, sed quod omnia includat. Quoniam verò est omnium rerum certum, & simile incerto; ideo Anaximandro videbatur sine termino, & infinito simile; si enim detur ab intellectu in spatio terminus, semper aliùs dandus remanet; & quantumcumque extendatur mentis acies, quia hæc finita est, aut saltem est forma corporis terminati, tandem attenuata deperditur, nec potest in molem tanto spatio disparem terminari; icirco tanquam incõprehensibile dixit Anaximander, nec tanta eius liberalitas in spatij immensitate quicquam addit vniuerso, sed demit terminos a Parmenide additos. Itaque Parmenides perfectionem respicit, qua necessariò totum concluditur: si totum demum est, quo nihil excludat. Anaximander sequitur intellectus cupiditatem inexplebilem, semperq; progredientem desiderio finis alicuius.

Clinias, & Heraclitus,

EX *Platone Clinias omnia stare: Heraclitus omnia fluere. Atheniensis meliori sententia aliqua stare, aliqua fluere arbitrabatur; quorum omnium sententiæ, vt appareat, quomodo conueniant, animaduertendum est, non potuisse Cliniam absolutè dicere omnia stare, quia nulla esset conclusi argumenti fides, nullum rerum iudicium, dummodo adeò certa, & clara passio oculis negaretur, qualis est motus: patere enim, ait Arist. ex inductione, saltem aliqua moueri: a qua maximè abhorret eorum opinio, iure olim deperdita, ac nuperrimè quibusdam philosophis reddita, qui vertigine quadam laborantes aiunt nos esse, quos rerum natura nescientes ferat, nec cœli motu fieri ortus, & occasus, sed ipsos, & oriri, & occidere; quare ab Heracliti sententia sunt opinantes omnia fluere; quæ sententia æquè a sensu, & a ratione aliena est, quoniam eodem motu, quo totum fertur, partes quoque ferri necesse esset, dummodo omnia pariter, & eadem velocitate fluerent; nanque in idem recidit cursus omnium æqualissimus, atque statio omnium, siquidem concursu permanente quæ fluere dicerentur, non differrent a stantibus: vt animaduertitur, vbi duæ naues simul, & eodem vento agantur, adeò vt æqualissimo motu moueantur. Neque recipienda etiam esset Atheniensis opinio, qui aliqua stare, aliqua fluere dixit; si de motu recto loqueretur, nanque fluentia tam longo temporis spatio acta, & tanta velocitate iam longissimè abessent a stantibus, adeo vt acie comprehēdi nullo modo possent: & sic temere nos diceremus alia esse, præter ea, inter quæ nos essemus siuè inter stantia, siue inter fluentia esse contigerit, aut stantes, aut fluentes. Dicendū itaq; omnium verā esse sententiā si recta ratione comprehendatur. dum enim ait Clinias, omnia stare, vera dicit, si omnia includit, nec spatium quidem excludit, per quod hæc omnia moueri possint. Dum profert Heraclitus, omnia fluere, intelligit, vt aqua in se ipsa circulari, & vago motu; redeundo vnde discesserint: ita explicat Ateniensis aliqua stare, vt terrā, quæ omnium cen-*

trum

trum est, aliqua fluere circa centrum, hoc est circa terram; ex quibus patet, neque Cliniam tetano, neque Heraclitum vertigine, neque Ateniensem inconstantia teneri.

Hippocrates, & Hesiodus.

Hippocrates vnà cum Empedocle, Democrito, & alijs non mediocris famæ viris nullius rei generationem esse asserebat, sed solam mixtionem, & fædus rerum iam existentium.

sunt quædam corpora, quorum
Concursus, motus, ordo, positura, figuræ
Efficiunt ignes, mutatoq; ordine mutant
Naturam &c.

Hesiodus verò opinabatur nihil esse ingenerabile, non tamen suam sententiam bene explicauit, än videlicet crederet, ex his, quæ extant, nihil esse, quod olim factum non fuerit, & tandem aliquando sit periturum, & sic cœlum olim factum, & corrumpendum esse, an potiùs mentem latissimè pandendo arbitraretur, nullam vnquam imaginabilem esse rei naturam, quæ non fuerit quandoque, sit, & futura sit,

Qua propter quo nunc in motu principiorum
Corpora sunt, in eodem anteacta ætate fuere,
Et posthàc semper simili ratione futura,
Et quę consuerunt gigni, gignentur eadem
Conditione, & crescent inq; valebunt
Quantum cuique datum est per fædera naturāi

quocumque modo apprehenderit Hesiodus, concurrit cum Hipp: sententia, quia id, ex quo omnia fiunt, quod Arist. appellat materiam, nunquam generatur, vt Hipp: sensit: ex his verò, quæ fiunt, quæ Arist: vocat composita, quæ distinguantur noua concursione, quam Arist. formam, Cicero quasi qualitatem appellat, nihil est ingenerabile; & Hesiodo credendum est, & quanquàm cælestia corpora videantur conflata ex natura rei quadam sempiterna, & inuariabili, sensit Plato, hoc de illis asseri, quia effugit aciem humanæ mentis coniectura tam magnæ mutationis, es-

set enim inestimabili æuo mensuranda, quæ cum sensum, & captum mentis non moueant, conclusit Arist. ea esse æterna, quasi diceret eorum corruptionem esse nobis inconspicuam, qui ne quidem adamãtis exitum possumus imaginari; neque vnquam ortum esse mundum dixit Arist. Tamen non prorsus est alienus Arist. ab horum opinionibus, dum ait, si quid in nobis accidit, hoc etiam supponere nos debere in toto esse.

Nanque eadem cælum, mare, terras, flumina, Solem
Constituunt, eadem fruges, arbusta, animantes,
Verùm alijs, alioq; modo commixta mouentur

sed quemadmodum nobis non apparere, ait Arist. quidquam in cœlis tanto æuo commutatum, ita si terram ex cœlo aspicere nobis daretur, nullam possemus in ea animaduertere mutationem; corruptibilis ergò nobis apparet, quia se comminus spectanda præbet; nulla acies ingenij humani crassis hebes, & circumfusa tenebris tanta est, quæ penetrare in cœlum possit; neque Aristoteles æterni nomen statuit his, quæ vllo modo neque ant corrumpi, sed etiam vocat incorruptibile quod non facile corrumpitur, tamen impium arbitramur æterno, & immenso Deo imaginari quicquam, nisi ipsum ipse Deus manuteneat, ne quidem duratione æquale, vt aperte Plato cælum, quia corporeum est, etiam mutationi obnoxium arbitrabatur; quam transmutationem patitur quidem materia, dum in omne compositum vehitur cum Hesiodo; summa tamen materiæ semper manet, vt Hippocrates arbitratur.

Thales, & Hippasus.

Fertur dixisse Thales ex aqua constare omnia; Hippasus, & Heraclitus ex igne; nulla videtur sententia sententiæ magis opponi posse: sed repetendo memoria ordinis sempiterni continuatas vicissitudines, quibus inuariabili serie concreta dissoluuntur, & dissoluta concrescunt, fortasse etiam tam dissidentes sententiæ poterunt conciliari. Aqua in aerem late dissoluitur, aer in ignem latius, ignis rursus in aerem, aer in aquam; hæc æterna

series rerum est, & circulari continuatione procedit, & cum in circulo cuique liceat vndique principium sumere, & finem vbique ponere, quia statutum principium, neque finem circulus habet, potuit Thales a concretis ordiri, & ab illis accipiendo dicere, omnia ex illis constare, Hippasus verò principium sumere a solutis, & asserere, ex his omnia fieri. Iccirco dicamus Thaletem dixisse ex aqua omnia fieri, quia hanc posuit rerum omnium materiã, vtpote quæ facillime patitur, & prõptissimè transmutatur. Hippasus verò ex igne, quia in eo sit suprema agendi vis, vt est in aqua patiendi: sic omnia ex his cõstant, quia aqua omnia fiat, ignis omnia faciat.

Empedocles, & Euripides.

N*Ihil est, quod ad se rem vllam æquè alliciat, & suaui quadam violentia attrabat quàm similitudo; cuique post se protinus est exemplar sui, & nihil in amico maiori obseruantia colimus, quàm quod nostri refert imaginem; in hoc est natura rapax, & inexplebilis. in nullo solitario quiescit, semperq; ad aliquid fertur, & adnititur: neque Empedoclis sententia concuti posse videtur, qua refert simile sibi simile appetere. Non ideo tamen Euripidis opinio, qua asserit cõtraria inuicem expeti, aut sine teste, aut sine sautore, aut sine ratione est; & primò inductione id probat Euripides*

Humentem amare pluuiam, cum terra est arida,
Cœlumq; sacrum cum grauatum est imbribus
Telluris ârentis cadere in sinum appetere.

& Plato quanquam in Lysi sentiat cum Empedocle, aliàs ab Euripidis mente est, sed hanc quasi naturæ supereminentiam amicitiæ tribuit, cuius vinculo dissimilia cõuenire, ait, inopem diuiti vniri, imbecillem forti, & contrarium contrario esse amicissimum, iuxtà quam sententiam Heraclitus dixit ex differentibus coaptationem fieri pulcherrimam, & Aristoteles dissonantium copulationem, quod antiphonum nominat, suauiorem esse asseruit, quàm quod consonum est. Quare necesse est vtriusque sententiam probare tam Empedoclis, quàm Euripidis: & est in solo verbo dissentio,

sentio; & oportet vt nos priùs distinguamus inter id, quod simile est, & id quod idem est: simile est quod in pluribus cum alio conuenit, in aliquo tamen dissentit: idem est, quod omni ex parte conuenit, quare nihil sibi ipsi simile est, & nihil se ipsum appetit, sed se ipso fruitur; id enim appetitur, quod abest, nihil autem abest a se ipso, nec est aliquid, quod aliud maius quicquam se ipso capere possit, ideo omne se ipso fruitur se repletus, & appetit quod vel ipsum augere, vel reparare potest: nihil autem interest, si quod augere, aut reparare potest adiunctum habeat aliquid augendo, aut reparando aliqua ex parte contrarium. Itaque inops homo non amat diuitem qua parte illi contrarius est, sed qua illi adiumento esse potest, & primus amor non est ad diuitias, sed ad se reparandum, & hoc modo ex Heraclito, quæ diuersa sunt, aptari possunt bellissimè: nanque vbi terra ex ariditate debiscit, & quando humani corporis membra siti molestantur, vndam non appetunt vt contrariam ariditati, sed vt quæ tenuis, & facilis quasi interiecta mediatrix potest disiuntas partes redunire, & aduersam intemperiem, & excedentem repellere, & reducere: & hæc est ea amicitia, quæ dicitur ab Arist. esse propter commodum, quæ nunquam cadit inter ea, quæ perfecta sunt, sed inter ea, quibus aliquid deest; quare Empedocles ideam perfectæ amicitiæ concipiens dixit simile appetere sibi simile; quid enim Lælius indigens mei, aut ego illius, ait Scipio, vt amicitiæ sinceritatem simplicitatemq; ostenderet, si quidem proborum amicitia perfecta est, quia per similitudinem est, in qua commodum non prorsus desideratur, sed inconspicuum est; diximus pro similitudine nos non debere identitatem intelligere, quoniam, quorum prorsus eadem ratio est, non possunt inuicem expeti, quia non habent, quo sibi mutuo sint auxilio, & quod prorsus sibi simile est, hoc est
Mor. Eud. C. 6 *vndequaque respondens id inutile est, ait Arist. Et magis expetuntur quorum proxima ratio est, quia pauca mutanda sunt, &*
In Lysi. *leui negocio possunt adiumento esse. Ita Plato, qua parte crudum quid est, contrarium contrario ali: qua parte concoctum est, simile simili, nanque id concoctum dicitur, quod diuersitatem minus conspicuam habet. Magnes magnetem non trahit, sed magnes ferrum,*

rum,

rum; quia magnetis ratio eadem est cum magnete, cum ferro proxima: ac pariter ferrum non trahit ferrum, nisi inconspicuam qualitatem a magnete receperit ferreæ diuersam; & quia non eadem prorsus est ratio chalybis, & ferri, ideo chalybs ferrum trahit. Cum igitur nihil vndequaque perfectum in rerum natura sit, omnia sui perfectionem expetant necesse est; at quæ parum a perfecto distant modica indigent reparatione, ideoq; similia appetunt, in quibus modicam diuersitatem inueniri diximus, & hæc est Empedoclis sententia; quæ verò maximè distant a perfectione, vt assuosa quæ sunt, diuersissima appetere videntur, in quibus aut inconspicuum inest, aut subsequenter comprehenditur simile.

Pythagoras, & Alcibiades.

PYthagoras arbitrabatur naturam lædi, quotiescunque animal ab accepto vitæ ordine diuerteret: ita virentes herbas secare, & sensu prædita animalia nefas credebat occidere: Alcibiades verò nihil melius opinabatur esse in animantibus, quàm si ab incepto vitæ cursu distraherentur, dummodo raperentur in præstantius: quod fieri dicebat, dum herbæ ab animantibus ex terra discerperentur, quasi in ventre pecudis meliorem vitam acciperent ea, qua fruerentur in terra, & saltem sensum fænerarentur. pariq; ratione, dum pecudes pro hominum cibo cæderentur, vitam acciperent & durabiliorem, & magis perspicacem; non igitur obstaret Alcibiades, aut opponeretur Pythagoræ, si sermo sit de eo, quod demitur in cæso animali. Neq; fortasse Pythagoras damnaret Alcibiadis sensum, si de eo, quod additur loquatur: neque eorum sententiæ dispares sunt, sed aliò singulæ tendunt, & iniuriam pati vterque diceret, si cui, quod suum est, demitur: euehi pariter vterque assereret, si cui melius additur; patitur quidem, & herba, & animal aliquid, dum cæditur, neque hoc Alcibiades negaret, sed eam eadem eandem rationem habere, quam habet in saltu depressio, diceret, quæ, quò pronior est, eò vehementius res prosilit depressa, & citius euehitur.

Anaximenes, & Hesiodus.

AD Hippasi opinionem accedit ea, quæ Anaximenis dicitur, & Hesiodus consentire videtur Thaleti: Rebatur Anaximenes omnium rerum primum fuisse aerem, quia nil tenuius sensu comprehenditur, & si quid tenuius est (vt de igne opinio vulgata est) nomine aeris inclusit; & aerem primò concreuisse in aquam, aquam in terram, inde ex his permixtis omnia alia componi: propterea aerem dicebat in omnibus tàm simplicibus, quàm compositis materiam prebere corporibus: Hesiodus verò hoc idem tribuebat terræ: hanc primo extitisse: hanc in aquam solutam esse, aquam in aerem, & si quid tenuius corpus est, & ex his cuncta fieri. Neque hi duo auctores aliam aliquam dissentionis causam habent, præter diuitis naturæ liberalitatem, quæ liberum cuiuscunque animum reliquerit in immenso rerum spatio, & perpetua circulationum vicissitudine incipiendi vnde libeat, siue a concreto, siue a rarefacto, vt profectò ex aliquo incipiendum est: si a concreto cæperimus, verè scripsit Hesiodus: si a rarefacto Anaximenes; dummodo tamen nouerimus ex natura nullum primum esse, aut comprehendi posse: & veluti terra solui dicitur in aquam, aqua in aerem, ita priùs aer in aquam, & aqua in terram, à qua orditur Hesiodus; vt rursus hæc in aquam soluatur, & redeat in elementum ab Anaximene præpositum.

Aristoteles, & Anaxagoras.

CVm Aristotele penè omnium philosophorum sensus est, qui ignem, aerem, aquam, terram simplicia rerum elementa appellant, cætera verò omnia, quæ ex his componuntur, appellant mixta. Verùm Anaxagoras apertè, & Hipp: non admodum obscurè videntur habere opinionem huic aduersam, & credere terram, aquam, aerem, & ignem esse corpora mixta ex osse, carne, ligno, humore, lapide, metallo, & alijs corporibus, quæ homogenea seu similaria dicuntur. In terra est, ait Hippocrates, omnigenum

nigenum corpus os, caro &c. quare hæc erũt maximè simplicia corpora, elementa verò hæc omnia continere credi possunt: vti adumbratum est etiam apud peripateticos concedentes purum elementum, & maximè simplex non dari: sed hoc negaret quidem eorum, quæ vocantur elementa, simplicitatem, non tamen traderet similaribus corporibus, vt facit Anaxagoras: quare ab eodem Aristotele petenda est harum opinionum conciliatio, qui id simplex vocat, quod maxime rationem vnius habet, & elementum dicit, in quod existens dissoluitur: si igitur terra existens dissoluitur in os, lignũ &c. vt certe dissoluitur in partẽ eius, os, lignum, &c. aut pars eorum elementa dicentur etiam ex peripateticorum sententia: si caro, os, neruus, sanguis, &c. dissoluuntur in aerẽ, aquam, ignem, & terram: terra, ignis, aqua, & aer erunt eorum elementa; sic pro vt variũ est, quod dissoluitur, & in quod dissoluitur, ita varijs corporibus elemẽti nomen tribui potest. Quia verò Aristoteles a notioribus nobis procedit, & quantum fieri potest sensibus mentẽ alligat, ideo aerem, ignem, aquam, & terram, antonomasticè vocat elementa, vt pote in quibus plerumque, & manifestius naturæ simplicitas recognoscitur, & in quæ omnia existentia resolui apparent: nec similarium natura, & ratio in his vocatis elementis recognoscitur, veluti recognoscitur in similaribus aeris, ignis, terræ, & aquæ ratio. 7. Metaph. T. 60.

Democritus, & Dicearchus.

OMnia animum esse cum Democrito sentire videtur Aristoteles, quando affirmat omnia esse quodãmodo plena animæ: vbique autẽ est id, quod replet, in eo, quod repletũ est. Eiusdem sensus esse apparet Arist. dum quærens an pertineat ad naturalẽ philosophiam tractare de omni anima, an de aliqua vna, vbi infert si naturalis loqueretur de omni, nullam aliam scientiam relinqui, præter naturalem philosophiam, quia animus omnia fit. Magis aduersa est omnium opinioni sententia Dicearchi, dum dicit non esse vllum animum. Verùm quemadmodum qui in eodem circulo 3. De gen. an. C. 11. 1. De part. an. Cap. 1.

ambulant, si ambo eòdem tendant, & per eandem circuli partem ferantur, fieri potest, vt centies ambo circulum permeent, nec vnquam alter alterum pertingat: si verò motu prorsus aduerso proficiscuntur ambo, necesse est media circuli parte peragrata vterque conueniat, & alter alteri obuiam fiat; Ita Democritus, & Dicearchus adeò aduersam vtrinque sententiam profitentur, vt velint, nolint, cogantur conuenire, & idem vterque concludere, & diuerso nomine rem eandem appellare. Ait Democritus omnia esse animum, Dicearchus nullum animum esse; vterque quærit de omni re nihil excludendo, quare vterque quærit de eodem omni, non quid sit, sed quomodo appellandum sit; & eandem rem necesse est Democritus appellet animam, quam Dicearchus vocat corpus, quia omne idem esse credunt. Si dissentio vlla est, ea profectò est de motus principio, nanque Arist. videtur asserere animam esse motum, & opinabatur animam esse quid diuisum ab alio aliud mouens. Verùm Macrobius hanc astutiam Aristoteli imponit, quia insufficienti motuum numeratione probare tentauerit omne, quod mouetur, ab alio moueri, ad quod præstandum omnia alia genera motuum numerat, præter hoc, quo aliquid se ipsum mouet, vt animus ex eodem facit. Itaque quoniã omnia aliquo modo mouentur, si animus accipitur pro re mouente omnia animus sunt cum Democrito, quia omnia mouent circulari motu, & aliquo modo recto, aut alio motu ex his mixto, & dependente ab his. Atque ex aduerso cum pateat ex inductione omnia moueri, & cum hoc verbum omne nihil excludat, nec vim quidem mouentem, nullus erit animus, vt Dicearchus opinabatur, nisi quid vtrãque rationem habeat, & se ipsum moueat; quod omne ea ratione, qua mouet, sit anima totum, qua mouetur, totum sit sine anima. Hoc, quantùm natura captu possumus comprehendere, declarat Arist. dicendo arbitrari animum esse ignem simile esse, atque credere serram, & asciam esse fabrum: ignis enim est corpus, & eius vis, qua mouetur est eius animus, si igitur nulla pars eius sine vi est, nulla pariter erit sine corpore, & hac ratione asserebat Dicearchus nihil esse omnino animum, & esse nomen prorsus inane, quia opinabatur omnem vim, qua aliquid agimus, vel senti-

2. Rhet. Cap. 10.

2. De part. an. C. 7.

sentimus in omnibus corporibus viuentibus æquabiliter esse fusam, nec separabilem a corpore esse, quippe quæ nulla sit quicquam, nisi corpus vnum, & simplex ita figuratum, vt temperatione naturæ videat, & sentiat; quod neque etiam ab inanimatis corporibus omnes excludũt, nam Thales dixit lapides quoque animum habere, quo ferrum moueant, nec mirum animæ nõ posse liquere de cæteris rebus, quia se extra se quærit, & quanquam anima miseretur, tamen non dicendum est animam misereri, sed hominem anima, vt odisse, amare &c. non creduntur animæ passiones, sed habentis animam, eodemq; modo se habere rationem animæ, & figuræ, neque enim ibi figuram esse præter triangulum, neque hic animum præter potentias; quia verò anima omnia intelligit necessario esse immixtam, vt dominetur; sic omnia animum esse, quia vis animæ in omnibus sit, neque esse aliquid animum, quia ipsius nulla sit natura, nisi hæc, quod potest fieri, & etiam qui vocatur animæ intellectus, quo videlicet existimat, & intelligit anima nihil esse actu eorum, quæ sunt, antequam intelligat. Item si forma rei tota rei ratio est, & intellectus dicitur forma formarum, ad varia respiciendo, aut varia animæ apprehensione dixere Democritus, & Dicæarchus, omnia esse, & nihil esse animum: hoc est cum Platone animum se ipsum mouere, ex se crescere, se ipsum alere, se exercere, a semetipso intentionem habere, nunquam se deserere, & habere principium sine ortu, & curam sui ipsius sempiternam, dissolubilem esse, sed immortalem, quà agit, animam dici, quà agitur, corpus, quia visum etiam Aristoteli est animæ passiones omnes esse cum corpore, & Galenus omnia diuidit in corpus, & actionem. 1. Meth. C. 7.

Cratyllus, & Lycophron.

CRatillus nihil sciri, Lycophron nihil ignotum esse scripsit. *Cratilli sententiam roborat ex Socrate summorum virorum dissentio, naturæ obscuritas, & tot errores philosophorum. siquidem perceptæ veritatis nullum euidentius indicium haberi posse senfere Plato, & Arist. consensu auctorum; & patere ex discor-* Plato de Regn.

dia corũ, qui de rebus disputant veritatẽ non posse cõprehendi. Lycopbron eius rei causã tribuit viarum varietati, quã quisq; auctor apprehẽdit in inuestigatione veritatis, alij enim sensu duce progrediuntur, alij ratione magistra. Qui ratione ducuntur, res ab omni materia diuisas cõtemplantur; qui sequuntur sensum, diuidunt singularia, & quæcũque sub comuni ratione accipiant, in singularibus immersa comprehendunt, quarè necesse est, cum varia sit cognitionis origo, varia quoque sit rerum comprehensio, nec eodem modo potest promulgari, quod vario apprehenditur. tamen eam esse rerum omnium naturam, quæ mentem mouere possit, si quidem a natura sunt, quorum causa in ipsis constituta est, & ordinata, & mentes veritas cogit, aliàs nihil nos posse agere, si omnia essent ignota, quia non habet ille, quò conuertatur, qui nesciat aut vnde proficiscatur, aut quò illi sit perueniendũ, quia constitutio veri, & falsi, cogniti, & incogniti omnium regula est, quæ distingui possit, quid a quouis accipi debeat, & quid repudiari, secus enim appetitio, quæ ad agendum impellimur, moueri non potest, & scopo sublato agendi omnis vis tolleretur; immò rerum iudicia adeò certa, & clara creduntur, vt si detur humanæ menti optio, & ab ea Deus requirat, contenta ne sit suis integris, incorruptisq; sensibus, an postulet melius aliquid in natura. Quanuis cor nostrum inquietum est, tamen Dei liberalitate, & summo consilio ità demersũ est, vt non videatur quid quærat amplius; quare tàm ex parte rerum quærendarũ, quàm ex parte cognoscentis naturæ Lycopbron suam bene tuetur sententiam, quia nihil profectò est ex sui natura ignotum, hoc est omnia sunt apta cognosci, & remus inflexus, & collum columbæ, quod in omni ferè sermone in accusationem non merentis animæ adhibetur, ideò videtur nos decipere, quia rei id esse asserimus, quod imaginis est, non enim remus, aut penna nostram ingreditur aciem, sed lux vario reflexu percita aciem mouens; & qui Solem non splendescere, ignem non calefacere, & cum Anaxagora dicunt niuem esse nigram, non sunt credendi rerum naturæ ignorantes, sed varios esse in expositione sui sensus; ad quæ prospicientes Academici obsequiosum Socratis morem sequuntur, neque cum quoquam

Ar. 1. phys. T. 48.

Ar. 1. Rhet. C. 25.

quam certam imprendunt luctationem, & nihil affirmant, & quasi desperata cognitione certi id sequi volunt, quod cuique verisimile videatur; sic Lycophroni credendum, & Cratillo, dummodo Lycophron audiatur tanquam loquens vniuersis, Cratyllus singulis; ne credat singularis homo peculiarem habere se cogroscendi rationem, & male sentire alios, si diuersa sentire viderentur; sua enim cuique mens est, qua res comprehendat, sua rebus species, per quam comprehendantur. Lycophronis liberalis est, Cratylli modesta opinio: nec alter alteri aduersus est, sed amico animo alter alterius admittit opinionem, itanque Lycophron, dum nihil ignotum esse ait, non solum approbat Cratilli sententiam, sed ne quidem male sentire posse permittit: Cratillus pari respondens officio suam primo reprobat opinionem, dicendo nihil sciri, & hoc ipso declarat a nemine damnari posse Lycophronis sententiam; dum vera sit, nec ne, ignotum, vt cætera, declarat.

Prothagoras, & Gorgias.

EOdē modo conciliandi sunt Gorgias, & Prothagoras, quo Hermotimus, & Phedo quia eodē modo progreditur sensus in sua sēsatione, quo intellectus in sua intellectione, vt quemadmodum duplex ratio est intellectus, nempe & qua agit, & qua patitur, ita in sēsu est, & in his quoq; animus omnia fit, ac pariter omnia facit; res sensū excitat, & sensus perficit sēsibile, quare si res tollatur cū Gorgia nullus erit sēsus: si sensus aufertur, res quidē erit, sed nō sēsibilis.

Simonides, & Homerus.

SImonides soli Deo scientiam competere asserebat, & bene quidem intelligendo de absoluta scientia, & independente, quæq; maximè simplex ei, & vna sit; quoniā & si hæc scientia cōtineat eminenter omnes eas varietates scientiarū, quæ per sensus acquiruntur, non propterea hæ varietates faciunt in Deo scientiā multiplicem, neque etiam aliquod sciendi genus constituunt commune inter Deum, & homines, Solus Deus peculiari ratione summa ge-

ma genera, omnésq; specierum differentias, tàm quæ extant, quàm, quæ diuinæ potestatis sunt, vt fiant, & omnia proxima entis significata, & eiusdem partes essentiales, & rationes distinctas singulariter comprehendit, & solus habet distinctam entis rationem. Ab homine scientia per sensus acquiritur, quæ ferè oritur, vbi noua, aut nouiter suscitata imago alterius imagini memoria comprehensæ aptatur, quo vsque homo ex ea coaptatione argumentum componat; & hæc scientia suum terminum adepta dicitur, vbi certa est conclusi argumenti fides, & fixum rei iudicium, quod semper dependet ex preexistente notitia rei in memoria fixæ, cui noua imago concludenda aptatur, quæ aptatio sine voluntate non fit, nec bene sequitur nisi id, quod concludendum est aut minùs, aut æquè pateat, quàm pateret id, cui hoc aptatur; In somniantibus verò, & insanientibus vagæ, & sine voluntatis arbitrio succedentes imagines in intellectu formantur, quia sua vi non aliena mouetur animus, nec accidere potest, vt ipse vnquam a se deseratur; & si quæ cognita attulit in corpus, & quidquid in corpore inclusus agnoscit secum semper habet, actamen insanientes non ratione, aut coniectura obseruatis, ac notatis signis, sed concitatione quadam animi soluto, liberoq; motu efferuntur, quod enim animal est, id motu cietur interiore, & suo, nec alia ratione & insanos sapere ex Homero retulit Arist. quia ille & loquentes inducit, & discursu quodam, quamquam vago, & inconstanti procedentes. Iccirco scientiam absolutam & perfectam, quam supra retulimus soli Deo concedere oportet cum Simonide; eam, quæ discursu, & coordinatione regulata procedit sanis hominibus; vagam, & in constatem etiam insanientibus cum Homero.

Herillus, & Philebus.

HErillus in scientia fœlicitatem posuit, nullus enim præstandi modus aut tutior, aut quietior in humanis haberi potest, hac timorem omnem, qui solus homines agitat, & affligit depellimus; & quod nostri agnouimus caducum, ac mortale tanquam

exi-

exiguũ cõtemnimus, & humana despicimus, cogitantesq; supera, & cælestia, quorũ radius in nobis est, erigimur, pendimusq; quanta felicitas in eorum fruitione futura sit, si sola indagatio eorum etiã in obscuris positorũ tantã habet oblectationẽ: qua cum Herillo Eretriaci omne bonũ ex mente, & mentis acie petunt, qua verum cõprehẽdatur: nec aliud in tam exigua breuitate vitæ magnum sapienti videri posse credunt, dum ita acrem in omnes partes aciem intendit, vt semper pacatus videat sedem sibi paratam, & locum sine molestia, & sine angore viuendi apprehendendum. Scientia ex Socrate bonum est, quo nullum maius est datum mortalium generi, neque dabitur; nulla lex, nullus ordo scientia melior; nil præstantius, nisi Deus: cum enim naturæ ordini negatam sit, vt homo corporeis inuolutus in cœlum feratur, humanæ menti hoc concessum est, vt scientiæ beneficio etiam corpori immersa in cælestia eleuetur. Nec Philebus, aut Arcesilas, aut supremæ philosophiæ præses aliquis Herilli sententiam infirmare auderet, si verè perfecta rerum scientia haberi posset, sed quia ferè scientiarum cupidi prima rerum apprehensione. Ar. 7 mor. Eu. C. 13.

tolluntur in altum
Vt lapsu grauiore ruant.

ideo tutius præceptum, & latè salubrius existimauit Philebus, quo ignorantia hominibus suaderetur, non quod verè vllum bonum in ea sit, sed quia cætera omnia bona quæ in scientijs obruta, & immersa sunt, rectè opinionis ope emergunt, & etiam ignorantibus offeruntur; fere enim scientia, nisi eò processerit, vt felices faciat, quasi ruina quadam retrocedit, & impios facit.

Ergo viuida vis animi peruicit, & extra
Processit longe flammantia mœnia mundi,
Atque omne immensum peragrauit mente, animoq;
Vnde refert nobis victor, quid possit oriri,
Quid nequeat, finita potestas denique cuique
Qua nam sit ratione, atque alte terminus hærens:
Quare relligio pedibus subiecta vicissim
Obteritur

Herilli, & Philebi conciliator optimus est Plato, qui medium scien- In conuiuio.

scientiæ, & ignorantiæ ponit, recte opinari, veræ enim opinionis vir quilibet particeps esse potest, & nemo a fælicitate inde parta excluditur; tantumq; potest opinio præiudicata, vt etiam sine ratione valeat auctoritas: in ea est ignorantia, quia sine ratione nulla scientia est: in ea est scientia, quia ignorantia vocari non potest, vbi homo veri compos est. Recta opinio omnium maxime fidelis est, & in tam magna veri apprehendendi difficultate tutissima; semper enim ignorat homo, donec certa sit conclusi argumenti fides; vt enim, qui demersi sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt, si non longe absunt a summo, vt iam, iamq; possint emergere, quàm si etiam tum essent in profundo: neque catulus ille, qui iam appropinquat, vt videat, plus cernit, quàm is, qui modo est natus, ita qui processit aliquantulum in scientijs, nichilo minus est in miseria, quam ille, qui nihil processit; & quid profecit in scientijs, qui multa quidem nouit, non tamen ad summam veri comprehensionem peruenit? nisi se caducum, & mortalem noscere? à cuius notitiæ angore liberari paucis concessum est; vt multis datum in eam mergi.

Facilis descensus auerni,
Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras
Hoc opus, hic labor est, pauci, quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad ętera virtus:
Dijs geniti Potuere, &c.

Ideo Herillus sane admodum sensit summum bonum esse sapientiam, sed prudenter Philebus desperata cognitione certi in ignorantia fœlicitatem statuit, & Plato doctè admodum, & sanctè vtriusque sententiam amplexus rectam opinionem vti scientiæ, & ignorantiæ commodo participem mortalibus proposuit.

Bias, & Eriphile.

BIas solutum hominem, & nullius rei sollicitudine perturbatum fælicem esse asserebat. Eriphile eum beatum appellabat, qui nullius rei indigus multa possideret. Vtriusque sententia in idem recidit, & ambo eum fœlicem credunt, quem nec spes

auidum,

auidum, nec metus sollicitum reddit: hæc autem posse consequi non vterq; eodem modo existimabat. Bias summo bono frui securum illum, qui nihil cuperet, qui se ipso esset contentus; qui fortunæ bona sua non crederet, qui cætera omnia se viliora haberet, & cuncta alia libenter erogaret priùs, quàm se ipsum; qua ratione ipse incenso agro, & capta ciuitate nihil suæ fœlicitatis amisit, & satis sibi superfuisse credidit, dum sui ipsius dominus remanserat; nec boni sui fundamenta concussa fuerant, dum cætera omnia ruerant. Cæterùm non fortaße damnasset Eriphilæ sententiam Bias; si illa post satietatem fundos emeret, si cum maiestate ocium, quietamq; voluptatem cum dignitate, ex rerum possessione, sine animi perturbatione haberet; non ille rerum possessionem damnat, sed curam, inuidentiam, æmulationem, angorem, ærumnas, molestiam, afflictationem, inimicitias, discordiam, desiderium, quod ex rerum possessione, & ex eius cupiditate procedere consueuit. ex eo præ cæteris libertas est, quia fundus nos non sequitur peregrinantes, ideo tutius, quod in nobis est, & quòcunque eamus, nos sequitur, commendabat.

Democritus, & Eraclitus.

Tàm Democritus, quàm Heraclitus humani generis contemplatur insaniam, & mala omnia ex ea procedentia animaduertunt, quorum apprehensione vtriusque animus tanquam stimulo tangitur; quare vterque lædentes imagines, & acuta sensa naturali quadam propensione conatur expellere, & quanquàm varia ratione, idem vterque facit. Democritus quia aridiori corporis habitu erat præditus, & nerueas partes habebat multo calore suffusas, acutiores earum imaginum stimulos sentiebat, quas concussione expellebat, & risu; (in hoc enim consistere risum arbitror, dum rei fœdæ, aut aliàs ingratæ imago mente priùs recepta expellitur, & pro ea bona, & iucunda recipitur) Heraclitus quia corpore humidior, & densiori habitu præditus contractione læsi visceris, & partis stimulatæ humorem exprimebat, abluebatq; impressas imagines, quibus lædebatur. Tam

ridens homo, quàm lacrymans mixtàm habet cum aliquali dolore voluptatem; & eadem ratio est risus, & lacrymarum originis in anima, quæ pruritus, & titillationis in corpore, præter quàm quod risus, quia in aridiori accidit corpore, & calido scabiei, & prurituì similior videri potest, lacryma titillationi: & eo maiorem dolorem præseferre videtur lacryma, quia in humido habitu, & melancholico altiùs imprimuntur imagines, & maiori cum difficultate expelluntur, in arido verò statim, ac accedit, stimulat, & ex hoc ipso expellitur. Mixtam autem esse in lacrymis dolori aliquam voluptatem; & habere miseros in ipsis malis hoc bonum patet, quia aduersa fortuna semper habet in lacrymis leuamen, hinc est quod in magnis doloribus lacrymæ non sequuntur, & quicumque dolent, quando dolor aut communicatus partitur, aut solatio lenitur, aut quocumque modo remittitur, profusiùs lacrymantur; imò etiam ex gaudio lacrymantem vidimus, & ex dolore sardonicè ridentem. Quarè idem facit Heraclitus lacrymis, quod Democritus risu: nempè conatur expellere, quod lædit: & dum dissentire videntur, consensiunt manifestè: ità in vino ipsa nos amaritudo delectat, & poma sunt quadam suauiter aspera, & feram corporum scabiem delectat quicquid exasperat; ridentes cum quodam dolore delectari ostendunt, dum etiam versant se ridendo, si expellenda species, aut altius impressa, aut sæpius repetita fuerit.

Zeno, & Selemo.

M*Ale prorsus sentiretur de Zenone a sapientiæ professoribus, si ex eius sententia essent exuendi prorsus omnes affectus, ne sensum vllum boni, aut mali haberemus, si quidem insensatum faceret hominem, & a lapide non absimilem, præceptumq; videretur durum nimis, & philosophia indignum, qua mens, & sensus dirigendi sunt, non tollendi; his enim, qui parte aliqua dolentes dolores nõ sensiunt, mentem ægrotare anidmaduertit vetustissimus auctor Hippocrates: quare nõ hæc Zenonis fuit mens, sed præcipit hominibus, vt ab omni excessu tam doloris, quàm lætitiæ abstineant se.*

Aequam memento rebus in arduis
Seruare mentem, non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Lætitia.

Plato in Timæo ait dolorem sequi dum a naturali cursu res recedunt, lætitiam succedere dum redeunt. At quomodo redire vnquã possent, si semper eodem ordine fluerent, nec aliquando recederent? Vt potus gratior sit, sitis debet præcedere, & suauius vt sit alimentum, fames facit. Hoc est, quod præcipit Selemo, ne semper in eodem statu permanentes, quasi sine sensu efficiamur, aut saltẽ amittamus aduersæ sensationis suauitatem, totam enim sine animi perturbatione transire vitam, est dimidium viuere, & ignorare naturæ alteram partem, non enim totus viuit, qui nunquam dolet, ne medius quidem, qui nunquã lætatur. Ille felix est, inquit Plato, qui doloris, & voluptatis aurit vnde, quantum, & quando oportet: sæpe enim euenit temporum successione, vt voluptates repudiandæ sint, & molestiæ non recusandæ; Hic tantùm in officiorum oportunitate, & fortunæ necessitate tenendus est a sapiente delectus, vt quando voluptates reijcit, maiores alias consequatur, dum molestias perfert, repellat asperiores: qua ratione dolores non sunt semper in malis habendi, & etiã in tormentis seruatur vita beata sapiẽti, cuius magnus animus etiã capit molesta, & prudenter aduersam fortunam accersit, ne inania, & ex libidine orta sine fine crescant; & veluti segetes nimia vbertas, sic fœlicitas nimia perdat animos. Summa beatæ vitæ eadem est & Zenonis, & Selemi solida tranquillitas, & inconcussa fiducia: non quod illi credant incommoda esse optabilia, sed esse probandã virtutem, qua perferuntur incommoda. His interdum durandũ esse animum ne ab aduersis, quæ refugi nequeunt, superetur, & quod non potest arcere fortiter ferat. Incidunt enim per tempora, & vices bellum, & pax; dolor, & gaudium, & quoniam teneras, & delicatas mentes eneruat longa fœlicitas, molestiarum vicissitudine opus est, quibus vexati animi fortiores fiant, & hoc saltem proficiant in malis, vt miseri esse assuescant; hoc fœnerentur in bonis, vt intelligant voluptates in præcipiti esse,

&, nisi modus adhibeatur, ad dolorem vergere; qui enim voluptatibus se se immergunt, his in consuetudinem adductis carere non possunt; quapropter intermiscendi dolores sunt, vt sit remedio locus, & ne vitia mores fiant. Sunt tamen etiam admittenda gaudia, quia immanitas, non virtus est, nolle vnquam lætari; a voluptatibus cauendum, non fugiendum est; nulla res eadem semper suauis est, neque tristis, quia simplex natura nostra non est: mutatio omnium suauissima, nil diù pati, non assiduò lætari, & mutationibus tanquam remedijs vti, sæpe enim species quietis est laboris mutatio. hoc etiam Zeno laudabit si modus adhibetur.

Eudoxus, & Plato.

QVi Epicurum sectabantur corporis mollitie soluti, & effrenatis cupiditatibus abacti omne studium ad illud conuerterant, quod cibo, potione, aurium delectatione, & obscena voluptate capiatur, & Veneri eo carmine obligabantur.

Hec sine te quicquam dias in luminis oras
Exoritur, neque fit lætum, & amabile quicquam.

Qua ratione si voluptas intelligatur; summo iure asseruit Plato non esse bonum; neque conuenire eam in concilium virtutum adducere, veluti non conuenit in matronarum cætum vocare meretricem; ea enim sæpe fallit nos, semper eneruat, nunquam diù manet: sed prona euolat: sedem suam lacerat, ne sit futuris voluptatibus stabilis locus, & æquè animum affligit futurorum cupiditate, atque elapsi memoria, & vtriusque tempora occupat pœnitentia; ea robur soluitur, valetudo admitur, tollitur diligentia rei familiaris, administratio Reipublicæ cessat, ordo gerendorũ negociorum perturbatur, peruertuntur officia vitæ, libertas omnis perit; multisq; dominis, & his insanientibus seruire ait Sophocles, qui voluptatibus capitur. In omni sensu perfusa sedet imitatrix boni voluptas, malorum omnium origo, & genitrix, cuius blanditijs ferè etiam, quæ per se bona fuerant, corrumpuntur; & veluti interdum, qui in cute suffusus humor dulcedinem

quandam ferebat, cum includebatur, mox in scabiem feram erumpit eductus, ita male adacta voluptas efferatos efficit homines, & ad insaniam ducit, omnemq; eorum praestantiam obruit; &, quod ex Deo erat bonum, id pecoris efficitur; quo nulla pestis humano generi nocentior est, nullum venenum magis exitiale; quo non tantùm corpus, sed animus quoque corrumpitur, ac sana quoque, ac valida ingenia ad se rapit, & perdit molliendo ad ventura mala animum, & erumnis parando aditum. Verùm Eudoxus hanc voluptatem non auderet dicere, si bonum esse velit; sed eam voluptatem appellat, quae Zenonis honestatem admittit, quae non vergat in dolorem, quae futuris prospiciat, & palatum, aures, nares, oculos, & caeteras partes non alio vsu admittat, quàm quem naturae ordo, & hominis commodum postulat. Haec certè cum Eudoxo bonum est, siquidem appetendi, & refugiendi, & omnium gerendarum rerum initia a voluptate proficiscuntur: & omnia recta, & laudabilia eò referuntur, vt cum voluptate viuatur. Nisi enim virtus eximia voluptatem pareret, nemo eam aut laudabilem, aut expetendam arbitraretur; & veluti gratia bonae valetudinis expetitur medicina, sic probatur sapientia, quae conquirendae, & comparandae voluptatis inseruit; vita enim, quae nulli maerori subiacet, eligenda est & cum dignitate ocium expetendum: neque aliud simplex bonum videtur, nisi quod delectabile; quod vtile est, ad hoc comparandum est; quod honestum, ad hoc firmandum, & stabiliendum; vt tandem boni summa sit delectatio, & voluptas: nec felicitatem sine voluptate esse posse credidere, qui a χαίρειν, hoc est gaudere, μακάριον, hoc est beatum nominant, asseruntq; Deum vna semper, & simplici frui voluptate, scientiamq; voluptatis effectricem esse contendunt. Est igitur naturale bonum voluptas cum Eudoxo, & Platone; verùm Plato vulgata loquendi consuetudine, & quia hoc nomine populus ferè decipitur, non eam appellat voluptatem, quae boni rationem habet, sed illecebram turpitudinis, quae habet aliquid lenitatis, & suauitatis, sed indecorae, aut perniciosae; haec certe nomine suo infamis est, & arguenda; quae verò cum honestate bonum ortum habet, fidelis est,

&

& firma, nec hominem vnquam deserit, qui eam possederit. Hanc natura necessarijs rebus admiscuit, vt in ipso naturæ ordine prosequendo grata illius fruamur accessione, & singularis homo, & totum humanum genus iucunditate quadam vitæ seruetur: Aristoteles voluptatem dixit animi motum, & subitam sensibilemq; instaurationem ad explendam naturam. Plato verò non hanc appellat voluptatem, sed eam, quam necessario dolor subsequitur: quam voluptatem non diceret Eudoxus; ideò eorum dissentio non rei est, sed nominis.

Anacharsis, & Epicurus.

ANacharsis dum ludendum esse ait in eum finem, vt seria agamus, lusus appellat inanes quasdam voluptates, quarum exitus ambiguus est, & plerumque dolore finiuntur. Seria autem vocat actiones, & officia vitæ cum honestate, & dignitate coniuncta, & bonum virum decentia; quæ tamen non sine voluptate sint, sed eam stabilem, & non affluentem exhibeant. Ludendum itaque ait Anacharsis, hoc est multa probanda sunt, & plura etiam inaniter agenda, ante quam firmum actionum nostrarum fundamentum statuamus; ne incumbamus nisi ratis, & probatis bonis, quæ seria vocat; non igitur lusus præhabendos esse præcipit, vt vitæ spatium aliquod inaniter prætereamus, sed ad explorandum, quænam ex ambiguis fœlicem habeant exitum, & quæ perniciosum, vt sit electioni locus, & certis voluptatibus incumbamus. Quò tendit Anacharsis, eòdem fertur Epicurus, qui a serijs auspicandas esse humanas actiones mauult, quia seria pro laboriosis habet, & defatigationes sine iucunditate intelligit; lusus verò appellat voluptates ab omni cura, & sollicitudine alienas; quales haberi nequeunt, si labili sunt loco sitæ, si fluentes, si timori vllo intermixtæ, si breui perituræ; idem igitur Anacharsis, & Epicurus profitentur, si seriò eorum mens perpendatur.

Polignotus, & Pauſon.

Aut prodeſſe volunt, aut delectare poetæ,
Aut ſimul & iucunda, & idonea dicere vitæ;

HVnc in finem ſcæna inuenta eſt, vt aliqua animi delectatione homines alliciantur ad ea, quæ mores dirigant, apprehendenda; quæ directio tàm benè ſequitur, dùm praua quæque ex humanis mentibus profligantur, quàm dum proba inducuntur; hoc virtutis amor, illud vitij odium commodè efficit. Propterea Polygnotus deterrimos eſſe imitandos arbitrabatur, vt intuitu eorum turpitudinis, & deſpectus ex ea emergentis ſtimulo quodam ageretur humanus animus, a turpibus abſtineret, & animaduerſione deteſtatæ rei, ad virtutis apprehenſionem conuerteretur. Hoc idem proſequebatur Pauſon imitando optimos, vt laudi, & gloriæ inſignes proponens, ſpectatores ſimili bonæ opinionis cupiditate incenderet.

Sophocles, & Hægemon.

QVod in ſcæna Polignotus, idem in epica Nicocaris, & Hægemon præſtabant, & quod Pauſon ibidem, hic Sopholes, & homerus intendunt; eademq; ratione conuincitur omnes eundem ſcopum habere, ſiue præſtãtes imitandos, ſiue viles proponant.

Solon, & Ariſtippus.

ADeò certum eſt abſolutam fœlicitatem, æternoq; tempore duraturam nos manere poſt mortem, vt etiam naturæ lumine deprehendi poſſe clara Solonis ſententia oſtendat; ſi quidem vita functos nulla animi vexat elatio, nulla depreſſio, nulla perturbatio; & ne tandiù miſeri ſimus, quandiù viuere pergimus, proſpexit ſumma melioris philoſophyæ ex Platone, qua mortem contemplamur, & ante fata animum a corporis vinculis ſolutum eleuamus ad ſupera, & inde humana in-

intuentes despicimus; veriq; cognitione suffusi ab omni genere molestiæ liberamur, & futuræ vitæ dulcedinem percipimus suauiter immersi in æternitatem omnem, totiusq; mundi, & auctoris, eius magnitudinem, & sublimitatem. Quibus raptus Aristippus cum Solone sentiens dixit solam mortis vmbram, vnicamq; imaginem nobis omnem felicitatem adimere; quoniam, vt faciliùs obrepat mortis imago, sub ipso vitæ nomine latet, & nos nunc mortuos esse, nobisq; nostrum corpus sepulchrum esse Plato sensit, quando vigilantes animi vitæ necessitatibus seruiunt, disiunguntq; se à societate diuina; quare corporis coniunctio animo felicitatem surripit, solutio reddit. Et si a quoquam petamus, quot annos suæ vitæ habeat, ab ipsa veritate coactus respondendo eos numerat, quos non habet, & quos præteritæ vitæ tempus rapuit. Planè enim, & sincerè loquendo tantum vitæ habemus melioris, quantum præsentis transegimus, quantùm futuræ accessimus; tunc nostrorum crescit numerus annorum, quandò propiùs futuræ vitæ initiũ est; semper de morte querimur, donec in hac vita moramur, & nemo a mortis imagine cruciatur, nisi dum viuit. Viuenti mors tanquam saxum Tantali semper impendet, eum assiduo sollicitat; &, quod maxime plorabile in hac vita est, homo implacabili querela tandiù perdurat cœlum accusare, quandiù cœlestibus irradiationibus fruitur, quandiù sibi viuere videtur. Et non infimæ philosophiæ consilium est homini datum, vt vbi necessitatem humanæ conditionis scientia nouerit, assidua mortis comprehensione animum non leniat, sed induret ferendo; at insana est hæc sapientia, quæ malo præaccepto malum præsumit euitare; & beatitas imperfecta est, quæ depulsione mali imaginati, non adeptione veri boni acquiritur. Certè miseri sumus, qui viuimus, si moriendum nobis esse omnino arbitramur, nullaq; potest integra voluptas in hac vita contingere ei, qui cogitet postremam lucem aliquando fore, & omnia vitæ commoda perdenda esse, absque spe melioris. Quæ in hac philosophia promittitur, desperatio est, non tranquillitas, & in hoc decipimur, quo nomina peruertimus, & mortis imaginem vitam dicimus, & caducis æterna aptare præsumimus.

Scipiades belli fulmen, Chartaginis horror
Ossa dedit terræ proinde ac famul infimus esset,
Adde repertores doctrinarum, atque leporum,
Adde Heliconiadum comites, quorũ vnus Homerus
Sceptra potitus eadem alijs sõpitu quiete est.

viuos dicimus, qui vexantur, mortuos, qui placida fruuntur quiete, & quia mortuos miseros credimus, neminẽ impunè nasci arbitramur, & omnes in miseriam oriri sempiternam, si, quod oritur, fatale est, olim non esse. Bene igitur Aristippus hanc vitam mortis appellauit imaginem, & eam nobis omnem felicitatem adimere, quæ nos manet post eam ex Solone. Ex somno, qui est viuendi, & non viuendi interliminium, potest agnosci, cui felicitas contingat. Non alio differt a morte somnus, nisi quod ex somno in caducum, & tenebris suffusum diem redimus, in morte ad æternum trasmigramus. Mors non est lucis finis, sed transitus; mortis vmbra est in hac vita, quia ea quoque luci est contermina; nos quidem puluis, & vmbra sumus, sed vmbra nostri est pars potior. Vmbra est profectò lucis filia, nunquàm queritur, nunquam perit nisi in se maiorem mersa; & quanquàm in vmbra, & somno vmbrarum comiti mortis imago appareat: tamen animus etiam in dormientibus declarat diuinitatem suam, dum remissus, & liber multa prospicere dicitur: vt intelligatur, qualis futurus sit, quùm planè se a corporis vinculis relaxauerit. Scelerata, & inhumana est eorum doctrina, qui suadere contendunt, nihil bonum mortuis superesse. Qui vitæ bonum intelligunt, etiam eo fruuntur; mors non acrem mentis aciem, & quietam, sed hebetem, & perturbatam terret: Qui in tempestate sunt nihil æquè timent, atq; terram, ad quam feruntur; & dum portum nesciunt, ab omni vento male acti sibi videntur: ita qui fluctibus humanæ conditionis vexantur, quanquam agnoscant non posse nisi post mortem sperare felicitatem, tamen adeò incerta nutat mens perturbationibus corporis obligata, vt ab eo termino maximè terreatur, ad quem peruenire contendit.

Seneca, & Anaxagoras.

NE dum quæstio superuacua, sed etiam vix cogitabile videri debet, posse inter homines suscitari disputationem, an potior sit hominis mens imaginibus animalium irrationalium; & facile credi poterat, etiam si dubia res esset, auctores omnes pro suo genere iudicaturos, & tamen Anaxagoras imprudentissimum hominē Arist. iniustissimum dixere: & Democritus potiora esse opera animantiū ratione carentium decisit: cum homo sit animal sociabile, vbi naturam suam exuit, & solitarius factus est, aut Deum, aut belluā euadere retulit Arist. Qua sententia euidenti argumento concludit Dijs similes belluas fieri, cum a tertia natura hominis solitarij belluæ non distinguantur. Præterea propria humani generis affectio risus creditur; eundem risum stultitiæ indicium esse adagio fertur: & inter illustres viros grauissimus olim habitus est M. Crassus, eò quòd nunquam riserit. Nec Roma vrbium semper regina tam magna vnquam sua sensit incrementa, nisi sub auctore à fera alito. Porro animalia irrationalia inuicem suas imagines communicant solo nutu, quod homo longo studio, seduloq; mentis labore vix consequitur. Ager, ædificia, studium, consilia laborem addunt, ad quem homo nascitur. Quod necesse est, promptum est. Homo sudat ad superuacua. Homo omnium animantiū frequentissimè ægrotat; inter cætera non nisi canis, aut equus, aut aliud, quod humano regatur consilio; quo homo inutilia semper sectatur, est solus de sepulchro sollicitus, mauult condi, quàm negligi sub dio, vngi, quàm cremari, solus ante diem dolet; curam rerum suarum post diem postremam producit, sollicitudinem prorogat, cogitat de possessore post mortem, & ad custodiam superstitis, & sibi superfluæ substantiæ eorum, qui nascituri sunt, fidem implorat sempiternam; solus ambitione, auaritia, iactatione, conturbatione vexatur, solus pudore suffunditur, & luctu, angore, misericordia, inuidentia carpitur. Editus fame periret, nisi mater vbera admoueret; tardissimè omnium incedit; & diu, an in ignem feratur, an in præcipitia, nullo modo

animaduertit; solus animalium irrationalium fidem sequitur, & eorum dorso se credit; solus de colore velleris curam habet; solus ficta veris praeponit, & potiora habet artis opera, quàm naturae; ille vmbras emit; illi inanis labor in pracio est, quo secantur lapilli, quorum solam pendet duriciem, & lucis vomitum admiratur; homo solus incessanter laborat, & ruinas accersit effodiendo, aedificando: & quanuis omnium ineptissimus nandi ignarus sit, tamen in medio maris aequis ab vndis sustineretur, si ignarum saltem se agnosceret; sed consilij expers manibus, & pedibus suis se prodens, vndas etiam nolentes cogit, vt mergant, & suà se perdit imprudentià, seq; in profundum rapit non alio pondere, quàm animi inconsulti, & graui cupiditate viuendi: nanque exanimatus redit, & emergit. Pariq; ratione dormientem, & ab humanis consilijs alienum, nec leo in silua, nec lupus tangit: experrectus se perdit, & in dentes, & in vngues ruit; solus homo certa, & patentia despicit, occulti est anxius, & pro magnifico ignotum habet. Fabula est canem super amne ab vmbra carnis olim elusum fuisse, & elatae mentis iactatio est, quòndam aues à pictura deceptos esse, nanque solus homo decipitur, qui proprijs cupiditatibus seruiens, caeteris ambit praestare, cui solenma, cui superstitio cordi est, qui amat osurus, odit amaturus, cupita despicit postquam illis potitus est, & declarat parum distingui eius diligentiam ab insania; homo solus de aqua certat potatus, & satur de alimento; nullum aliud animal angitur si laeua, aut dextera inclinet coma; nullum sustinet sibi aures perforari, aut naturales necessitates impediri, & contendi decoris gratia; nullum inutilia ornamenta vsque ad sudorem sustinet, si potest excutere; nullum dolet se filios habere.

Ad haec praeclarè, & rectè retulit Seneca hominem non esse tumultuarium, & incogitatum opus, & naturam inter maxima rerum suarum nihil habere, quo magis glorietur; ex omnibus animantibus solum hominem vim habere cogitandi retulit Arist. eiusq; naturam diuinam esse; & si Democritus eius opera quorundam animalium ratione carentium inferiora diffamauit, id fortasse ità apprehendit, quia homo adeò multa, adeò magna mo-

litur, & sæpe sublimioris naturæ æmulus etiam noua, quo facile incidere potuit interdum superari, non quidem a brutis, & sine consilio actis, sed ab eorum duce natura, cuius opus homo quoque est; meritoq; Anaxagoras eum imprudentissimum appellauit, si de perfecto homine id assertum accipimus, & rectè prudentiæ rationem tenemus. Prudentiam aiunt consistere in his ferendis, quæ euitari non possunt: & perfectus homo prudentiæ legibus sese obligare minimè debet, ne indignus ea ratione videatur, qua præditus est; nihil enim est ineuitabile sapienti, qui suæ fortunæ faber est, & astris quoque dominari posse creditur; idemq; Arist. dum hominem iniustissimum appellat, eundem intellectioni destinatum declarat. Iniustitia est obstare legum decretis; his obstare non potest, nisi casu, qui ea non apprehendit, quarè nullum irrationale animal iniustum dici potest, quia legum decreta non potest apprehendere, vt illis obstet. Prudentissimus itaque Anaxagoras, dum suum accusare genus videtur, illius summam iustitiam, & integritatem detegit, quod non paueat semetipsum accusare, & de sui præstantia disputationem proponere, & rem adeò certam, atque claram opinionis temeritati credere; inculpati animi fiducia omnem accusationem admittit. Hominem, qui a cæterorum commerciò se alienaret, aut se totum contemplationi traditurum, aut sequuturum sensuum inclinationes arbitratus est Arist. &, si sensibus se dedat, bestiam fieri, si contemplationi incumbat, in Deum conuerti; quarè non idem est homo, qui sensibus ducitur, quàm qui ratione regitur. Risus porrò ex consilio est, ideòq; hominis peculiaris; fieri enim risum diximus, dum praua imago, & turpis iàm mente comprehensa subinde adhibita animaduersione discutitur, & statim bona, & pulchra imago eius loco succedit in mente: siquidem ridere maximè solemus, cum aliquid ignauum, aut turpe, aut indecorum anteà obiectum depellimus, honestæq; imagini aditum præbemus in animum; quamobrem qui frequenter ridet, sæpe quoque has prauas imagines in mentem ferat necesse est; vnde suspicio facile oritur ne istæ prauæ imagines diù, & sæpe admissæ tandem in habitum confirmentur: a qua suspicione omnino alienus fuit M. Crassus, qui ne

quidem


quidem admisisse has prauas imagines, nunquam ridendo, significauit, laudatusq; meritò ob id ipsum est, non vt qui irrationale animal, sed vt qui perfectum hominem referret: nanque homini quidem concessum est peculiari priuilegio successione bonæ imaginis prauas antea admissas excutere, tamen multo se decentiùs gerit vir, qui has prauas imagines nunquam risu excutit, non quia continere velit, sed quia non admisit. Alimentum à lupa exhibitum almæ Vrbis auctoribus non causa fuit, sed indicium futuri imperij: facile futurum fore demonstrando etiam barbaras, & remotas regiones eorum generi se se subiecturas, quibus insensissimum animal, & auidissimum vbera sua libens porrexerat. Item brutorum quasi consilia nutu inuicem relata ad animi angustiam referenda sunt, cuius termini non vltra ventris necessitates trahuntur; à morbis, à fortuna frequentiùs tangi hominum animos, hoc causatur Dei liberalitas in hominem, qua tot bona concedendo patentiorem scopum fortunæ ictibus fecit: quibus non adeò latè obnoxium est angustum pecudis bonum; ac pariter vasta, & latè attenuata hominis mens, non erat belluarum desiderijs coercenda, nec intra breue viuendi spatium concludenda; & hoc non leuius habet, sed maius, quo testamento futuris prospicit, ostendens non omne ius eius cum eo perire: ac temere accusatur si gemmas, si statuas emit, in his enim artificis veneratur, & metitur ingenium, ignauos verò homines despicit, quia verè hi saxo viliores sunt, quò plus alendo se consumunt: hi humanã naturã deprimunt, quã saxa efferunt, & sublimis artis ope motùm adepta incessanter prædicant; temeraria Democriti etiam accusatio est, & eius risu digna, quia non bene patet an ementi sint lapides præciosi, an potiùs vile argentum, & præcium, quod esset viro dignius. Perdit certè se ipsum homo in vndis, in siluis: non tamen imprudentia id facit, vt accusatur, quæ in repentinis nõ habet locum, sed mentis acredine euehitur, qua ab aquis, a bestijs nec terreri quidem sustinet, nec mortis tam propè admissæ aspectum ferre potest, & splendidè mauult a se victum, quàm a bestia neglectum dici, a qua se prorsùs distinctũ videri intendit si nõ aliàs, saltem ea quærendo, & pendendo, quæ inrationalium animũ non tangunt, vt est dignitas, & venustas.

LIBER



LIBER SECVNDVS

Cap. 1.



N omnibus amicitiam esse propositum est, modo quid ea sit, & quid praestet explicandum. Amicitia ab amore, & rationis naturam, & nominis deriuationem accepit; de ea dicendum nobis est, quae generis humani est, quanquàm similitudine quadam cohaerentiae inter caetera quoque animantia sit, & ad inanima quoque referatur; amor enim, vt res fiant, amicitia, vt conseruentur, causa est; amor est propensio ad amicitiam, amicitia verò consensus, & complicatio ex mutuo amore consurgens; amor res disiunctas sic mouet, vt iungantur; si ex rebus iungendis amor vnam tantùm mouet, perpetuus motus oritur, si vtramque mouet, res iunguntur, & oritur amicitia, quae est constans, & stabile fulcimentum postremae cohaerentiae rerum, & consensus complementum; sic amore, & amicitia omnis natura expletur, quae dicitur praeses motus, & quietis, nanque ex amore motus est, ex amicitia quies. Inter Peripateticos inuenio materiam, formam, priuationem, & rem compositam: pro quibus est inter Academicos, amor, pulchrum, desiderium, & amicitia; amor materiae respondet, in qua rerum omnium semina continentur, & habet communes quasdam, & singulares propensiones; desiderium priuationi; pulchrum formae; amicitia rei impositae. Amor a desiderio agitur, ante quàm per amicitiam res compleatur; non enim rem desideramus, qua fruimur, nec priuatio permanet re completa, quod complementum in caducis, & ex Platone in omni corporeo dicitur generatio; in anima, & aeternis felici-

felicitas; itaque amicitia est humanarum, diuinarumq; rerum conspiratio, qua nil contingere potest in natura aut optabilius, aut iucundius. Amor ὀτ αι *hoc est impellens dicitur, vnde* οὐσία *dicta est, quæ vel est rerum concursus, & conspiratio, vel aliquid ex concursu, & conspiratione emergens ad harmoniæ similitudinem, si hæc aliud est ab acuto, & graui distinctum; ita in scientia felicitas est quia scire est fœdus animæ initum cum re cognita, in quam transmutatur, dum in concluso argumento duorum terminorum coniugio noua notitia generatur.*

De propagatione. Cap. 2.

PRopagatio *est sarmentorum, seu palmitum immissio, & quæcunq; per traduces arborum multiplicatio: ex quo translatum est vocabulum ad significandum omne incrementum ex amicitia; quod incrementum videtur quidem in multis esse ad numerum, re vera tamen est ad molem, quoniam, & si tra dux ab arbore, aut vite disiunctus, & quasi emancipatus proprias radices agat, non desinit tamen esse arboris, aut vitis pars, vnde anteà decerptus est.*

An genus humanum sit vnum. Cap. 3.

TEmerè *prorsus videntur credere nonnulli varia hominum genera, & fuisse olim, & adhuc seruari, non moribus tantùm, & institutionibus viuendiq; ratione diuersa, sed natura; qua alios mole distingui, alios colore, alios figuræ alterius admixtione homines fertur. De mole fabulam esse negat Arist. & certè asserit genus pusillum tam hominum, quàm equorum fuisse, quos pigmæos appellant. Colore æthiopes: admixtione alterius naturæ centauri distinguntur a cæteris hominibus*

Esse alios alijs terrarum in partibus orbes,
Et varias hominum gentes, & secla ferarum

tamen tenendum est non solum ex decretis omnium certissimis, sed etiam iuxta doctrinam Arist: genus hominum vnum esse; eius

tamen initium fide, non naturæ ordine statuitur; quo genus hominum semper, & bestiarum, & plantarum esse retulit Arist: &
2. de gen. an. l. 1. *ex Platone hominum generatio nullum prorsus vnquam habuit initium, nec terminum habitura est; sed fuisse semper, & fore ipse arbitrabatur; aut, si incæpit, inextimabili æuo ante nos incepisse; non igitur a quoquam mentio fit nisi vnius generis humani.*

De Centauris. Cap.4.

SI vsquàm Centauri apparuere, non genus hominum, sed monstrum in humano, aut ferino genere credendum est.

Sed neque centauri fuerant,

ait Lucretius, & crederem potiùs, cum primùm homines equos ascenderent ea figura cæteris apparuisse, quasi promiscua, & coniuncta.

De Pigmæis, & Gigantibus. Cap.5.

DE hoc pusillo hominum genere dissensum omnimodum differt certa Arist. assertio, qui nunquam temerè quicquam videtur proponere. In hominum genere id obseruatum est proceroris staturæ homines ibi esse, vbi regio plurimo humore abundat, in aridis verò, & montanis breuioris esse: quod etiam in catulis probari potest, dum multo minores euadent, qui quàm paucissimo humore alatur, quàm si bibere ad satietatē illis permittatur. Ita fieri potest, vt regio aliqua in vniuerso reperiretur adeò arida, vt ibi homines ad notabilem corporis breuitatem contracti sint: verùm quia nulla videtur certa ratio, cur non modò etiam reperiantur, si olim fuere; ideò, si quæ est causa, quæ tale portentum ferre potuerit ad magnum, quem nonnulli effingunt, annum videtur referendum: de quo agendum nobis est in sequenti, quando de ætiope, &, si quæ ratio de pigmæis conuincit, opposita prorsus erit de gigantibus.

De

De AEtiopie. Cap. 2.

Ethiopes genus hominùm esse a nobis natura ipsa diuersum, non solum est prorsus a veritate alienum, sed ne quidem probabili aliqua ratione conuinci potest: præsertim quia quotidiano experimento nouimus eos, qui sub sole diu morantur, denigrari: vnde ex modica Solis actione facili coniectura possumus concludere, quos valida, & assidua Solis vis exerceat omnino denigrari, & cirrari, & eorum nares vncas fieri: neque profectò id videtur ambigendum a Sole factum; & quanquàm aliquo modo infirmare posset hanc experientiam coloris pertinacia in æthiope etiam extra calidas regiones, & in his, vbi homines albi indies generantur (ibi enim, si æthiops æthiopi misceatur, æthiopem generat, si albus albo, procreat album) hunc enim non ex Sole, sed ex natura esse comprehenditur: tamen hanc difficultatem dirimit Hipp: dum de oblongis capitibus loquitur, a principio longa capita ex consuetudine facta fuisse, posteà verò naturam cum consuetudine conspirasse; ita pariter potuisse fieri credi potest, longo æuo, assiduaq; generationis serie denigratos non statim loci mutatione dealbari. Acriùs mentem agit eorum obiectio, qui dicunt non vbique in toto circulo terrarum sub æquinoctiali posito æthiopes esse, quanquàm Solis vis in toto eadem sit, quarè nisi velimus nigredinis, saltem exustionis alia causa quærenda est, quæ aut peculiaris in aliqua regione fuerit; aut peculiari tempore in vniuerso. de aere aq. & l. T. 35.

Aristoteles quanquam mundi originem non nouerit, ait tamen necesse esse quondam totius fieri mutationem, non generationem, & corruptionem, quia totum manere ex necessitate credidit. Quam mutationem ita fore existimat, vt quemadmodum nostris temporibus hyemes & æstates, ita circuitu quodam magno magnas hyemes, & imbrium excessus esse, & si hyemes fuere, etiam æstates illis respondentes futuras esse, vt mutua redeat rerum vicissitudo, vt cum Arist: sensit Lucretius Meteor. S. 1. c. 4. meteor. S. 4. c. 2.

Cum semel in terra fuerit superantior ignis



Luc. Lib. 5. Et semel vt fama est humor regnauit in aruis,
Ignis enim superauit, & ambens multa perussit.

eluuiones igitur, & exarsiones in vniuerso & fuisse, & futuras esse, & modò arescere, modò mergi terram sensere magna ingenia Plato, Seneca, Macrobius, & alij non mediocris famæ auctores, quorum motuum nihil sentiri ab homine dixere, quia non sufficiat humanæ vitæ spatium ad breue saltem punctum adeo tardæ accessionis deprehendendum, & quanquàm Cicero asserat fore aliquando, vt omnis hic mundus deflagret, tamen intelligit de hac magna mutatione, non de omnimoda corruptione, non enim lumine naturæ percipere poterant Philosophi aut omnimodam generationem, aut totalem corruptionem, & ideò dixere nunquam, siue exarsio, siue exustio fuerit, omnes terras, & omne hominum genus, vel omnino opertas, vel penitus exustum fuisse; sed tantùm maximas mutationes passum, quas maximè suadent multarum, ac maximarum rerum nouus cultus, vt emendatio nauigationis, pulueris tormentarij inuentio, & aliarum rerum ratio recens ostendunt; porro terras diù sub vndis extitisse indicia ex sensu sunt, dum in montium parte maximè reposita anchora dicitur reperta, & vbique ob oculos patent montibus defossis ostrearum testæ, & vngues pigmentarij adeò crebri, & in altum demersi, ne videatur dubitandi locus ibi olim natos, non latos fuisse. Humana mens humilis, & angusta, cum non audeat vltra Iani, & Beli tempora extendi, non esse has imaginatur ostrearum testas, sed lapidum genus his non absimile; etiam si maris peculiaris soboles inueniantur pectines, conchæ, pinnæ, turbines, purpuræ, buccinæ non tantùm leues, vt lapides, sed etiam striatæ, & æchinatæ; ne qua euidentior notitia haberi posse videatur, vbi hæ sunt, aquas aliquando fuisse. Item alicubi contractum paululum esse mare, & non æque aliàs erupisse obseruatione longa, multarumq; regionum probant ex antiquis seculis; item iuga montium fluxa, totasq; desedisse regiones narrant. Hasq; magnas mutationes per vices naturales Philosophi fingunt, quia aliàs nullo modo possent mundi originem negare; quia si æterno tempore montes essent

In Timeo l. 3. q. n. c. 29. l. 2. in Som. Scip.

sent extenuati, æqua planicie iam totum comprehenderetur; In In Timæo.
AEgipto inquit Plato nunquam imbrium excessus, aut æstus nimius nocuit, quare & infinita annorum millia in solis ægiptiorum monimentis, librisq; ait, relegi; eluuionem præcessisse omnes fatentur; & Plato insuper asserit olim integram terram altissimos habuisse montes, tempora tamen parùm distinguunt; & cum Platonis tempora præcessisset eluuio annis tantùm 2040, ipse tamen annos fingit præteritos ab eluuione narrata 9000. Cicero etiam hunc magnum annum Arist: propositum a Scipione referri voluit: tamen fidèm nullam adhibet tam multiplici annorum numero ab AEgiptijs tradito dicens, condemnemus hos aut stultitiæ, aut vanitatis, aut imprudentiæ, qui CCCCLXX. millia annorum, vt ipsi dicunt, monumentis comprehensa continent, & mentiri iudicemus, nec seculorum reliquorum iudicium, quod de ipsis futurum sit, pertimescere. Quærendum itaque, cum mundi non ferantur vltra annos circiter 5600, quomodo alij 470000, alij innumera annorum millia monumentis effinxerint, & cur Mela, & Erodotus finxerint Solem bis iam occidisse, vnde nunc oritur, cum adeò ingentium mutationum nulla memoria extet apud nos, vt simul appareat, vnde æthiopum combustionem in vniuersi deflagratione fuisse collegerint.

Sensit igitur Arist. AEgiptijs, & Babilonijs multam fidem à nobis adhibendam, quandocunque de astris loquuntur, quia in AEgipti planicie astrorum exortus, & occasus commode obseruari possit: item illis astra quàm rarissimè a nubibus interdicantur, & ob aeris salubritatem omnes semper sub dio dormiant, vnde astrorum motus, & varietates animaduertere etiam ex ocio possint, cui pinguis regio multum etiam temporis tribuit ad perscrutanda inutilia, & superuacua, vt astrorum notitia creditur.

Ex his facile patet ægiptios attentissima adhibita obseruatione circa astra, ex minutissimis astrorum motibus, quibus de futuris temerè iudicabant, etiam temerarium, ac stultum iudicium pari ratione reuertisse ad transacta, & tanquam futuris effictis respondentia tempora ante acta numerasse, & monu-

mentis tradidisse; & quicquid futurum fore temere deprehenderent, etiam fuisse olim referrent, etiam si nihil de transactis haberent certum.

Inter acecrimas obseruationes eam adhibuisse videntur Erodotus, & Mela, quam a Ptolomei temporibus vsque ad nostra astronomi adhibuere, per quam recensent semper continenter correptam esse Solis declinationem, adeò vt annorum spatio circiter 1500. Solis circulus appulerit ad æquinoctiale min: 24. ita: credendum est eos sic stultè existimasse futurum deinceps annis labentibus vt continenter magis, ac magis ad eundem circulum appropinquans tandem Solis circulus per ipsam æquinoctialem iter teneat, æquinoctiumq; mortalibus per multum temporis apportet, quod fore supputant motu superius relato posthac a nostris temporibus annis 82800. cum annis 3600. gradum vnum superare animaduerterint. Hic fortasse est ille Solis motus, quem refert Arist: antiquos putasse per cœli iter fieri, quod, quia multa luce conspicuum est, lactei circuli dicitur; per quem circulũ primò eclipticæ punctũ, quod modò est in gradu 1 ♑ fertur, a stella videlicet supremæ flexionis arcus ♐ versus Antinoi pedem: inter cuius pedis stellam, & eam, quæ in cubito eiusdem Antinoi est, punctum eclipticæ esset, si opinatum æquinoctium fieret in vniuerso per immensum temporis spatium; & cum imbres oriantur præcipuè ex temporum varietate, & tunc temporis foret longæua, & vbique temperies, pluuiæ prorsus deficerent, & multo aridior vniuersa terra fieret, quàm modò sub æquinoctiali sit: quia modò sub æquinoctiali aliqua mutatio succedit cum Sol a ♑ fertur ad ♋ & e cõuerso. Hãc axarsionem opinati predixerant ægiptij, & quam futuram opinati sunt, proportione temporum data etiam olim fuisse crediderant; & hoc punctum eclipticæ, quod ità moueri animaduerterant; etiam anteà per innumera annorum millia motum esse stultè arbitrabantur: ita vt annis anteà 565200. fuerit paulo sub canicula in opposita parte æquinoctialis; & tunc ob id mundus exarserit, & humanum genus inde ambustum sit, & hoc modo cirratum, vt æthiopes sunt; imò & stultius aiunt multo maiorẽ combustionẽ tàm hominum, quàm rerũ

tunc

tunc fuisse; quia ea circuli pars, quæ modò suprà est, tunc infrà fuerit; & inde stultissimè imaginati sunt Mela, & Erodotus Solem diuersum tenere iter, & inde oriri, vnde nunc occidit, intelligendo de annuo motu, non de diurno; erat tamen etiam aliqua in diurno differentia, cum Sol non ferretur in oppositum ab eo motu, quo rapitur, sed eodem motu, quarè multo velocior diurno motu rueret, quo posset homines denigrare, & præcipua hominis alimenta, videlicet vuam, ficus, & mala granata, prunas, & alia, quæ in vtrumque seculum seruari possent; ac fortasse in hac, quam futuram autumant ariditatem, homines ex humoris defectu pusilli quidem orirentur, sed non nigri, quia non adeo velox esset Solis diurnus motus, dum contrà eum per se moueretur Sol, & paulo tardiorem faceret.

2. de gen. an. l. 1.

Eluuionem vero hoc modo futuram esse opinati sunt; videlicet continenter motũ suum esse prosequuturum hoc punctũ, quod modo in primo gradu capricorni est; ac pari motu alterum, quod est in cancro, hoc quidem per Antinoum ad Aquilam, & Cygnum non declinans a via lactea, illud verò inter canes versus Nauem; adeò vt hoc, si ab æquinoctiali discesseris, annis 82800, prope os cygni deueniret, hoc est ad tropicum cancri modò dictum; oppositum verò punctum ad tropicum capricorni accederet gr. circiter 14. prope velum Nauis, & tunc eadem ratio temporum esset, quæ modo est; saltem circa varietatem dierum, & noctium; terra verò eò aridior esset, quàm modò sit, quia æstus præcessisset, ea proportione, qua aridius anni tempus facere consueuit Sol, quandò leonem ingreditur, quàm quandò ingreditur geminos, licet eadem dierum longitudo sit, & Solis actio. Vnde etiam atque etiam procedendo ea puncta alterum ad Cassiopeã deueniret, alterum ad mediam Nauem; & tunc Sol per æquinoctia, & per vtrumque polum transiens anno vno omnes mundi partes circumiret, vnde maxima temporum incõstantia oriretur, & hæc esset ea magna hyems ab Arist. proposita, & excessus imbrium, quibus non tota sed plurima mundi pars operiretur, hominesq; multo humore madentes procerioris staturæ fierent, & sensim albidiores euaderent. Mox verò procedente eo motu

hinc

hinc ad Perseum, inde ad Centaurum, Solaris circuli partes permutarentur; & , quæ modò supra est, fieret infrà, &, quæ infrà est, fieret suprà; quare etiam Solis motus permutaretur, nec amplius Sol per se ferretur ab occasu ad ortum, sed ab ortu in occasum, eo agumento velocitatis, quo proprium motum ei, quo rapitur, adiungeret; quo motus auctario cum calorem quoque augeri iudicarent ægiptij, ideò, postquam aquæ absumptæ fuissent sensim a Sole ad æquinoctialem circulum iterum sua puncta conuertente, exurendos stultè credidere, & inde AEtiopes & ortos esse, & orituros, cum nihil arbitrarentur hoc motus ordine futurum, quod non etiam transactum ducerent. Qui eluuionis cladem euaserunt montanos quosdam, & pastores fuisse in montium cacuminibus, ait Plato. [3. de legibus.] *Et veluti narratur nostris fieri temporibus, quasdam hominum nationes eleuare terram indiès sub vndas mersam, & sic agros sibi parare; sic factum post eluuionem opinatur, vt paulisper decedentibus aquis, & deficiente terra ad pabulum, mersa erueretur ab hominibus; vnde fortasse orta est fabula Deucalionis, & Pyrrhæ, qui, lapides retro trahendo, homines reficerent. Ex hoc aduerso Solis cursu, quando ab oriente raptui obsequens feretur, aduersam prorsus rerum generationem opinatur Plato, & omnia motu retrogrado reditura fabulatur. Hoc certe, quod ab astronomis obseruatum diximus Solis circulum ad æquinoctialem appellere, & pro incepto motu à puncto ad punctum idem redeundo, annos posse causare circiter 1296000. & inde eluuiones, atque exarsiones, conbustionesq; posse succedere; nec ab re antiquos philosophos, qui mũdi originem ignorabant, hùc traxit vt ætherno tempore crediderint perdurasse; & eluuioes & exarsiones olim fuisse immaginati sint. Aristoteles his, qui huiusmodi Solis motum per lacteum circulum proposuerunt, opponitur dicendo, hanc etiam albedinem in ecliptica debere esse, per quam Sol fertur, si hanc Sol peperit. Sed huic Arist. solutioni dicam non a Sole ortam esse eam albedinem in Cœlis, sed solem tanquam lucis fontem ad se trahere, & aut secum, aut ad se rapere proportione quadam lucis, qua plùs quàm cætera cœli partes relucet.*

De

De Foemina. Cap. 7.

HOmo etiam fœminam includit, quia non est quicquam neque fœmina, neque mas separatum ab animalibus; & quanquam mas, & fœmina contraria dicantur, tamen ne differunt quidem in ratione; sed hæc differentia per se animalis est: non vt albedo, & nigredo, sed animal, & masculus, & fœmina existunt. Quæcunque enim in ratione contrarietates sunt, specie differentiam faciunt, quæ verò in coassumpto materiæ, minimè faciunt. Homo vt materia est, masculus autem, & fœmina passiones sunt propriæ animalis; verùm non secundùm naturam, sed in materia, & corpore; quare idem semen aliquam passionem passum aut fœmina, aut mas fit; vnde eadem natura arguitur. Cum tamen aliqua differentia sit, quærendum quonam consistat. Ex Arist. fœmina in vnoquoque genenere minoris capitis, angustioris faciei est, collum gracilius, pectus imbecillius habet, costas minores, coxendices, & coxas magis carnosas, genu flexibile, crus gracile, pedes concinnos, totiusq; corporis habitum molliorem: imbecillior est, minus nervosa, humidior, lenioris animi, sed magis malefica, proteruior, petulantior, & illiberalior. A Platone quoque diffamatùr mulier tanquam animi obscurioris, & versuti; quod ille imbecillitati tribuit, cui versutijs prospicie. Aliàs Arist. misericordem dixit, ad lachrymas pronam, inuidam, querulam, maledicam, mendacem, anxiam, sine spe, impudentem, quæq; vt facilè decipit, sic decipiatur, memorem, vigilem, & ignauiæ, & abstinentiæ pronam.

Ar. 13. metaph. sum. 1. cap. 3.
Ar. 10. metaph. T. 25.
Phisiog. C. 8.
6. de legibus
9. de Hist. an. C. 1.

Masculus cum gignit in alio gignit, Fœmina verò ab alio, nanque, quod animal semen prolificum in se ipsum admittit, fœminam appellat Arist, quod in aliud effundit, marem. Cicero mulierem degenerem virum appellat. hoc est virum mutilatum. Plato mares a Sole genitos, fœminas a terra, promiscuũ animal a Luna; & olim fuisse, ait, tertium quoddam animal ex vtrisque compositũ, quod a Deo esset in duo diuisum marem, & fœminam.

Ar. 1 de plant C. 2.
1. de Hist. an. C. 1.
De Vniuersit.

An in generatione Fœmina opus fuerit Cap. 8.

PLantæ per traduces sine fœmina generantur; alia concretis quibusdam proueniunt. Trochum se ipsum inire, hyenam alternis annis iniri & inire ferunt, opinione fortaße lineæ obseruatæ sub cauda similis femineo genitali, quam pariter hyena mas, atque femina habeat. Item si tam multa oriuntur ex putri materia leui rerum mutatione facta, vt etiam de fenice fertur, tamen in his animantibus perficiendis quæ perfecta dicuntur, quia spiritum includunt conscium arte quadam sibi simile generare, nunquam ea concurrunt omnia, quæ ad eorum generationem requiruntur, ideò sine fœmina, & mare fieri non posse dicuntur; & quanquam pisces quidem extra feminam gignantur, tamen oua a femina eduntur, & in ea mas semen spargit, vnde alimentum sibi proportionatum sumat. In ouo album, & vitellum a femina vtrumque est; mas principium generationis addit. Communis quidem est generationis ordo, viri tamen est agere fœminæ pati, actio, & paßio tempore simul sunt, at natura actio prior est. Mulier dicitur concipere, vir gignere; Plato de Rep. *atque natura hominis gemina est; quod præstantius est, vir dicitur;* Plato in Tim. *ac veluti, si vir peculiari aliquo viscere priuatus fuerit, nec moueri, nec viuere, nec nutriri potest, ita sine fœminæ, & maris congreßu partus naturaliter non prouenit.* Plato in cõuiu. *Opus certè diuinum est generatio; & in animante mortali mirabilis; quare si ea vis materiam habeat subsequenter proportionatam, etiam sine mare, non naturaliter tamen, poterit generare, quemadmodum olim diuina vis fabricata est hominem ex terra, quare non imitatur terra mulierem in conceptione, & partu, sed mulier terram, materiam præbendo viro generando aptißimam; quia nihil viro similius est quàm fœmina,* Plato in Epitaph. *nec habet natura conciliatricem blandiorem, aut lænocinium potentius similitudine; nec bellua est, quæ non sui generis bellua delectetur; nec equa contrectatione ge-*

ne gestit taurus, nec equus vaccæ. Et si optio cuique animali detur, nec homo nisi hominis similis esse vellet neque formica nisi formicæ; facilitas enim necessaria est, & prompta res ad actionem, & passionem, quod ex similitudine est; non enim generatio, & coerentia in eo, quod dissonum est, & sine proportione expleri potest.

De Mula. Cap. 9.

M*Aris, & fœminæ concursum aptum ad generationem non incidisse, sed ex consilio datum non ambigitur, licet mulorum genus totum sterile dicatur, nec mulum ex mulo gigni, & irrideri consueuerat apud Romanos partus mulæ, non quod omnino fieri non posset, sed quia non sæpe fieret;* Ar. 2. de gen. an. C. 5. 7. metaph. T. 31.

Democritus meatus mulæ corruptos in vteris fuisse dixit, vnde sterilitas oriatur. Empedocles causatur mixturam seminum, quæ densa ex molli vtraque genitura consistat: Arist: ait, præter naturæ ordinem esse dum ex equo mulus fit. Alij non esse perpetuam muli sterilitatem asserunt, & mulum septennem implere posse, & equæ coniunctum binnum procreasse, postea verò superuenire non solere. Mulam quoque factam grauidam esse, sed fœtum non continuisse, quo ad perficeret, & prolem ederet. Imo in terra Syriæ, super Phœnicem muli narrantur & coire, & parere omnes, & mula iam gemellos peperisse; verùm neque morbus facile admittitur in animali maxime perenni, vt etiam Mula dicatur ad annos 80. peruenisse, nec ea seminis mollicies, & densitas deprenditur, qua conceptio possit impediri; aut igitur alia causa sterilitatis in mulo quærenda est, aut hæ sunt explicandæ. Diximus a fœmina materiam præberi, & alimentum; in mare esse principium motus ad incrementum, quod idem est, atque dicere ad generationem; qua ratione etiam, quod fœmina exhibet, aliquo modo semen dici potest; & hæc duo in seminibus exposcuntur, vt adhæreant: alterum vt sit aliqua similitudo inter ea, &, vt aiunt, naturæ coerentia, & sympathia; alterum vt sit aliqua disparitas, vt alterum in alterum agat, & sit ad agendum, & patiendum occasio. Prima conditio desideratur, quia, Ar. 2. de gen. an. C. 6. 7. Metaph. T. 28. Ar. 6. de Hist. an. C. 24.

7. de Hist. an. C. 21. *ait Arist. si cum equa ex equo pregnante coierit asinus, fœtus iam conceptus corrumpitur: cuius corruptionis causam tribuit alias*
2. de gen. an. C. 6. *Arist. frigiditati seminis asinini, quæ calidum opus extinguit: cuius rei hanc affert notam, si equus superuenerit asinam ex asino prægnantem non nocere conceptui; in quo animaduertendum non esse antipathiam inter semina equi, & asini: nanque hoc modo etiam equi semen extingueret conceptum ex asino; neque posset asina ex equo vnquam concipere, nec equa ex asino: sed semen asini contrariatur non semini, sed conceptui ex equo frigiditate sua, vt dixit Arist. Vis enim generandi, & principium agens est in conceptu, quod extingui potest; verùm in equæ vtero, si asinus semen suum iaciat, non est, quod extinguat, quia vis agens, & principium generationis est in masculo; & si equus in vterum asinæ concipiat, non est a quo extinguatur, quia iam diximus in semina non esse agendi vim, sed patiendi; quare tantùm præbet asina alimenti semini equino quantum ipsum attraxerit, & non iacit, vt possit extinguere; at in semine muli iam admixta est vis agens asini, & equi, quæ inuicem naturæ coerentiam non habent, & ideò ad agendum non concurrunt; fieri tamen potest, licet quàm rarissimè, vt mulus, quando in maximo ætatis vigore est, ne tanta sit asinini seminis frigiditas, generet. In septenni mulo euenisse olim refert Arist: & etiam mulam concipere non est prorsus a natura alienum, verùm id rarissimè euenit, quia coerente semine asini, ob huius frigiditatem maximè concrescunt partes, & multo solidiores fiunt quàm anteà aut asino, aut equo fuerint; nanque equinæ partes calore soluuntur, partes asini non multo sunt calore prædita, ideirco, dum plurimus equi calor a frigore seminis asini coercetur tantùm, & non extinguitur, membra fiunt densiora, & robustiora, quàm anteà essent in alterutro distincta, & separata; & hinc est, quod mulus etiam ad annos 80. peruenit viuendo, quò neque asinus, nec equus vnquam peruenit. Hac densitate præditus quoque vterus mulæ est, & ideò non facile absequitur iniecto semini, siue muli fuerit, siue equi, nec alimentum promptè exhibet antequam vis seminis extinguatur, vt euenit dum semina in dura, aut arida*

terra

terra iaciuntur, vnde non germinant, nisi aut aratro dome facta tellus sit, aut aqua mollescat, & ad hæc fortasse respexit Empedocles dicendo semina non conuenire, neque coerere durum molli; & Democritus mulorum corruptos meatus asseruit, hoc est densatos, nè alimentum semini valeant porrigere.

Quid sit semen. Cap. 10.

INcomprehensibilis præsertim natura est in his, quæ motu inconspicuo sensim perficit, in quibus præsertim, qui sententiam ferre intendit, oportet eam auctorum placitis munire, quemadmodum custodibus faciunt, qui tyrannidem affectant: aut saltem vti solertis academiæ licentia, qua, vbi rerum causæ in obscuro sunt positæ, inuolutæ rei notitia, & explicatio certis verbis non coercetur, finiturq; iudicio suo quisque defendat, quod probabile occurrat; quod scitè quidem per fabulas vetustissimi auctores prodidere, vt in lato, & leni suam quisque opinionem immergere, & aptare posset. Dicamus ergo hominis semen esse confecti humoris spumam ab homine explicato deiectam in vterum, vt humanum genus se ipsum conseruet.

Non certe dixissem semen esse animatum, sed esse in semine humano dispositionem, qua digeratur in animabile corpus humanum, ex quo, & anima adueniente extrinsecus constituitur homo, & in quo anima intelligit, vt peripateticis assertum est; neque partes humani corporis gigni credendum est naturæ simplici quadam coerentia, qua, nerueum quod est, in alimentum adneruum feratur, osseum ad os, vt Hippo videtur asserere, nanque hoc modo vnum tantùm os, & vnus neruus in toto corpore fieret, sed contractū humanum corpus totum in semine est, omnesq; suas partes distinctas habet, licet inconspicuè, & potestas quadam in eo est, ad explicandum, quod contractum habet, quò vsque alimentum suppetat; quod enim nos contractum, alij dicunt in potentia, non quod actus illi negandum sit, sed euidentia; hoc modo non est inquisitioni locus, priùs ne semen fuerit, an humanum corpus, nanque potentia certè prior est suo actù, & tamen ex eo, Ar. 2. de an. T. 10.

quod actu est, emanat; sic ex natura illius origo nequit conprehendi; neque conspicua est eius operatio; Possumus quidem intueri bombicem sibi ouum construentem, vnde auis erumpat: verùm quæ vis oui testam, & panniculum conficiat in gallina; aut quæ vesicã in vtero semini continendo fabricet possumus coniectura aliqua comprehendere, non tamen intueri. Coniecturamus igitur quod vis esterna, nimirum ipsa, quæ est in semina, primò semen digerat, postea alendo cætera quoque addat instrumenta non numerum, sed molem, & ex eadem materia, qua corpus suum auget, inducitur primò, ait Arist: crescendi vis, inde vis sentiendi ita non propria, sed matris vita viuit donec non pariter ex materia, sed ab extra diuina vis accedat, & mens singularis a Deo pro totius hominis complemento, quam vis hominis non educit, sed tantùm illi Domicilium struit, vt introducatur: quæ etiã & sẽsitiuæ, & vegetatiuæ animæ, licet vna sit, virtutes cõtinet. Neque hoc tantùm certæ opinionis apud nos est, sed etiam naturæ iumimine agnouisse videtur Arist. dum ait, hominem non ipsum se ipsum fecisse, sed a primo motore factum, qui in omnes naturas partitur pro vniuersitate seminum, cum enim intellectum diuinum dixerit, & immortalem, diuina etiam, & immortali vi eum construisse par est, si in omnes naturas Deus partitur. In semine est ars, & artifex est ea vis, quæ etiam ex fici tantulo grano, & aliarum stirpium minutissimis seminibus tantos truncos, ramosq; procreat: ars est ex consuetudine; est enim generatio cursus quidam naturæ pergens ad eius similitudinem, ex quo est; non potest aliquid pergere ad similitudinem rei, quæ nondum est, sicut nec semen ex eo, quod adhuc non subsistit, emanat; semen nanque facit sicut ea, quæ ab arte sunt, habetq; potestatem suscipiendi illius formam, cuius semen est, non enim, quod ex natura est, ex toto fit, sed crescit, & ab existente erumpit, cum in se crescere desierit, vt crescat in alio. Si quidem animalium alia ex ouo nascuntur, alia ex verme. Ouum, ait Arist. id ex fætibus perfectis vocamus, cuius ex parte a principio animal consistit; reliquum verò alimentum eius, quod gignitur est; vermis id est, ex quo toto animal totum per subiecti

Macrob. 7. Saturn.
Arist. 7. metaph. T. 31.
1. de Hist. an. C. 5.

fetus

fetus formationem, & incrementum gignitur; aliàs non nisi potentiam esse dixit. 1. de Hist. an. C. 1.

Addita corpora sunt extrinsecus, addita circùm
Semina, quę magnum iaculando contulit omne.

Iaculari eodem modo videtur semen, quo cætera excrementa; tamen modestiùs spumam cum Hipp. diximus, quia aluus, vesica, aures, oculi, nares, os, cutis vniuersa, quod eijciunt, pro inutili habent, nec aliquid de suo illi tribuunt: non spiritum, nec artem fabricandi, digerendi, nutriendi, quod semen, & lac in in potentia habent; quia verò semen, & lotium eadem via efferuntur, genituram humorem escrementitium appellauit Arist. 4. de part. an. c. 10: *non naturā intuens, sed exitum. Arridet etiam spumæ genus fabulæ, quæ Venerem spuma genitam refert. Item Auerrhoes* 1. de gen. an. C. 18. & 2. C. 3. *modò pingue, modò spumeum corpus dixit; non enim aqua concussa aerem includit, vnde spuma fiat, nisi lentorem aliquem a terra habeat, & Arist. genituram dixit commune quid terræ,* 4. meteor. S. 4. C. 1. *aquæ, aeris, &c.*

Veluti non quodlibet, & vtcunque sors tulerit ex quouis semine oritur, ita neque ex quolibet corpore semen prodit, ait Arist.; 1. de Hist. an. C. 1. *neque enim ex crudo corpore, neque in acerba exit semen.*

Semen ipsum generatio est, finis verò substantia: vtrisque autem his prius illud est, a quo proficiscitur; semen enim bifariam accipitur, nempe ex quo, & cuius, nam & a quo decessit, eius semen est, ait Arist; nec nisi perfectus homo, & explicatus 1. de Hist. an. C. 1. *semen emittit; nanque crescentes in alimentum sibi asciscunt; neque semen primum est, sed quod perfectum est.* Ar. 12. metaph. T. 40.

Neque verè semen dici posse videtur, nisi in vterum deuenenerit, vbi initium sumat, &, vt inquiunt, ad actum reducatur adhærendo. Confisio, ait Arist; vltimum est secundum generationem, necesse est enim tangere. 4. phys. T. 28.

Dissentio aliqua est, an semen fuerit homini iam perfecto additum, vt humanum genus conseruetur; an verò conseruari contigerit, quia sit genitis adnatum; hoc Lucretij assertum neque tutū neque pium est, magisq; explicatè progredi videntur, qui causas rerum efficientium non auferunt, & omnia, quæ fiunt, consilio

fieri

fieri dicunt; vix enim sufficiunt æui spatia etiam sempiterna ad huiusmodi fortuitas concursiones machinandas, nisi ex suppositione penè incomprehensibili. Adeò enim miranda est humani corporis fabrica, adeò multa, & penè innumera sunt affabrè intexta, & adregulam complicata, vt etiam naturali lumine illustrata humana mens possit affirmare Dei opus fuisse olim hominem, & scopum ei constructioni tribuere.

An semen sit necessarium. Cap. II.

In Lucullo. *ESse aliquam vim cum prudentia, & consilio, quæ fabricata sit hominem, refert Tullius.*

Lucr. lib. 5. Quare etiam, atque etiam maternum nomen adepta
Terra tenet meritò, quoniam genus ipsa creauit
Humanum, atque animal.

alij perpetuis cursibus, & conuersionibus cœlestibus extitisse ferunt quandā materiam serendi generis humani, quod sparsum in terras, atque satum diuino auctum sit animorum munere, vnde eadē & semine, & sine semine fieri, ait Arist; quæcunque verò, quorum materia potest & a se ipsa moueri eo motu, quo semen mouet, a casu, sicut ibi, fiunt; & quæ generatione posteriora, forma, & substantia priora sunt, vt vir puero, & homo semine; si igitur priùs homo fuit, quàm semen, sine semine erit factus. Porro insertiones surculorum, pomorumq; educationes fiunt sine semine, nec vllum tale animal est, quod non ita vigeat interiore quodam motu, & suis quoque seminibus inclusis, vt aut flores, aut fruges fundat, aut baccas, omniaq; in omnibus; & animantium alia non solum semine, sed etiam sponte procreantur. Ex plantis aliæ ex semine oriuntur, aliæ a se ipsis e radice, stipite, ramis, sobole; imò nulla planta semen producit simile semini, a quo orta est; & e quibusdam malis seminibus arbores bonæ proueniunt, vt ex amaris nucibus, & malis granatis acidis, & inter animantia, quæ insecta dicuntur, frequentissimè sponte oriuntur; at nihil fit putrescens, sed concoctum, quod verò putridum dicitur, est excrementum rei concoctæ; sed vtcunque sit, siue putredo sit,

Marginal notes: 7. metaph. T. 23. T. 31. Arist. q. metaph. T. 15. — Ar. 10. probl. 64. — Ar. 1. de plā. C. 3. — Ar. 4. de gen. an. C. 7. — Ar. de 3. gen. an. C. 11.

fit, siue concoctio, sine humore fieri nequit; at animantia sunt, quæ sine humore, & in arido oriuntur; vt ex Arist. in Cypro insula ærarijs fornacibus, vbi chalcites lapis ingestus compluribus diebus crematur, bestiolæ in medio igne nascuntur pennatæ paulò maiores muscis grandioribus, quæ per ignem saliant, atque ambulent. Item ex vento, & voce perdices concipere auctor est Arist. Videtur itaque cælestis, & etherea natura per se omnia gignere, neque coniunctione alterius egere ad procreãdum; non sequi tamen, quia non omne agens in quodlibet agit, multaq; etiam expetuntur, vt, quod fieri debet, vis impressæ sequatur impulsũ. 5. de Hist. an. C. 19. 5. de Hist. an. C. 5.

Multa videmus enim rebus concurrere debere,
Vt propagando possint producere secla,
Pabula primùm vt sint, genitalia deinde per artus
Semina, quæ possint membris manare remissis,
Feminaq; vt maribus coniungi. Luc. lib. 5.

nec oportere esse ideas; quia homo hominem generat, singularis singularem, & si nihil refert, semen dicamus, an id a quo semen; *ait Arist. Si quid natum creditur sine semine a naturali, potiùs tribuere debet consilio, quàm fortunæ, & meliùs Deo, quàm tempori in æternitate ad satietatem oblato; Deus enim omnium seminum vim in se habet: & si semen nascitur, causa nascendi ipsa non nascitur. Dicebatur autem antiquitùs Iuno aer, & soror Iouis, quia ijsdem seminibus, quibus cælum, etiam aer est procreatus, cumq; semina rerum omnium post cælum gignendarum de cælo fluerent, & elementa vniuersa, quæ mundo plenitudinem facerent, ex illis seminibus funderentur; vbi mundus ex omnibus suis partibus, membrisq; perfectus est, certo iam tempore finis factus est procedendi de cælo semina, quippe omnia iam plena fuerant procreata; quam obrem, licet olim non fuerit, iam modò necessarium est semen fieri primum, & non statim animalia; in perfectis id semper requiritur, in medijs interdum, in infectis necesse est saltem præcedat ea vis, quæ seminis facultatem habeat, & commune*m *propensionem ad vitam.* 12. metaph. T. 18. Ar. 2. de gen. an. c. 7. Macr. lib. 1. in somn. Scip. Macrob. 1. Saturn.

An

An sit necessarium semen vtriusque. Cap. 12.

Ar. 1. de gen. an. C. 1. & 1. de Hist. An. C. 3.

NON in omniibus, quorum generatio est, est etiam distinctio maris, & fœmina: quarè alterius seminis vis sufficere credi potest, ad generandum. Saltem in omnibus necessarium est, si quid agit, esse quod patiatur: in generatione agens vis mascula dicitur, patiens fœminea: quam vim re distinctam esse necesse est, etiam si non appareat distinctio manifesta. Itaque necessarium est feminæ semen, sed ad patiendum, quia fieri non potest, vt conceptio sequatur, &, conceptum quod est, ad suam ducatur perfectionem sine alimento, quod mestrua prestant in muliere, & hoc nomine, non alio semen dicuntur: secus enim femina in se ipsa conciperet; nec equam ex aura, aut perdicem ex voce concepisse satis acceptum est, & si arbores per traduces meliùs, quàm ex semine proficiscuntur, illis pro femineo semine humor ex terra est, a quo aluntur, & naturæ aliquam varietatem sumunt

Ar. 1. de part. an. C. 1.

Ar. 2. de gen. an. C. 3.

huc lib. 4.

Semper enim partus duplici de semine constat,
Vsque adeo magni refert, cum semina posſint
Seminibus commisceri genitaliter apta,
Craſſaque conueniant liquidis, & liquida craſsis.

& quandam vim seminis habere etiam alimentum patet, quia non qualibet vitis insitionem patitur, si vetus, & exesa est, si infirma, gracilisq; aut non recipit surculum, aut non alit, nec applicat sibi, nec in qualitatem eius, ac naturam transit. Ita consiuium a conferendo dictum, ait Macrobius, hoc est a propagine generis humani, quæ Iano auctore conferitur. Animalium verò propaginem ad Venerem generandi facultas ex humore translata est, vt per coitum maris, & feminæ cuncta deinceps gignerentur.

1. Satur.

Notæ

Notę boni ſeminis. Cap. 13.

SEmen calidum eſſe protulit Ariſt: quia verò latitudinem habet hæc temperies, in qua non æquè in omni bonum eſt, optimum cenſeatur, cum plurimum, calidum, lentum, album, & pellucidum grandinis in ſpeciem eſt

Conſpergunt aras, adolentq; altaria donis,
Vt grauidas reddant vxores ſemine largo.

non ad hoc multum ſeminis expoſcitur, vt homo integer emergat; nanque etiam minima pars ſeminis, ſi vtero adhæſerit, in hominem formari poteſt, verùm, ſi plurimum ſeminis emittitur, & alimentum præbet ad ſatietatem, & certiùs adhæret, & vehementiùs eiaculatur, & ex pleniore corpore exit, & magis concoctũ prodit

Qui ciet irritans loca turgida ſemine multo.

Calidum ex corpore turgente eſt, ſpiritu incaleſcit, quo vteri meatus pandens eius vim laceſſit, & euocat alimentum.

Lentum adhæret vtero, & inſeritur venis eius, medio modo ſe habens inter tenue, & craſſum,

Nam ſteriles nimium craſſo ſunt ſemine partim,
Et liquido prçter iuſtum, tenuiq; viciſſim.
Tenue locis quia non potis eſt adfigere adhęſum,
Liquitur ex templo, & reuocatum cędit ab ortu.
Craſſius hoc porrò, quoniam concretius æquo
Mittitur, aut non prolixo prouolat ictu,
Aut penetrare locos ęquè nequit, aut penetratum
Aegrè admiſcetur muliebri ſemine ſemen.

Album, & pellucidum ſemen ſi eſt, probe concoctum eſſe ſignificat; aliàs enim demoſtrabimus id eſſe pellucidum maximè, quod maximè vnius naturæ eſt, album verò parùm a pellucido declinare; nanque aqua ex ſe pellucida, ſi quid amixtum ex nube habet, alba fit, & nix, aut pruina eſt; ſemen verò partim pellucidum, partim album eſſe debet, vt aliquid etiam minus coctum ſecum habeat, quo alatur: diximus enim nihil ali ex ipſiſſima ſui natura; & in albo eſt aliquid etiam concoquen-

dum. Ideòq; dixit Anaxagoras niuem esse nigram, quia idem est in corpore opaco album, & nigrum, quod in perspicuo lux, & tenebræ: & cum aqua sit perspicua ex sui natura, alba fit admixtione aliqua tenebricosi, & densi ex nube, & frigore.

His addit Arist: semen debere esse graue, adeò vt in aquam mergatur: quod enim enatat, infœcundum credit; & in hoc tanquam in re ardua penè omnes eum auctorem sequuntur. Nos id tantùm subijciamus ab Hipp. bonum semen appellari, quod ex concusso, & turgente corpore effunditur ad butyri similitudinem: butyrum verò enatat. Porrò idem Arist: & calidum debere esse semen, & plurimo spiritu pollens ait: spiritus autem non mergitur. Dein Auerrhoes narrat quandam fœminam in balneo grauidam esse factam ex semine in balneum anteà a viro emisso; quod factum non refero tanquàm verum: quilibet enim solertis ingenij vir comprehendere potest hoc esse medacium a muliere compositum ad arcendam ignominiam; sed ideò refero, vt animaduertamus non fuisse alienum Auerroem credere fœcundum esse semen etiam enatans; & tutius crederem seminis fœcunditatem experiri, hoc est suprà allatas notas recognoscere super æquore speculi, in quo tota quantitas seminis ob oculos est, & nihil diffusum aciem effugit, in læuore lentor, in perspicuo color, & pellucentia, &, si calor tactu quæritur, nec ab aqua semen extingui potest, nec manus explorantis decipi.

Semen generans marem. Cap. 14.

EX humani corporis fabrica priùs repetendum est hominem membra omnia habere geminata cerebrum, aures, nares, oculos, brachia, testes, pedes; & si quæ partes singulares videntur vt nasus, lingua, cor, coles, tales videri, quia in medio corpore sitæ sunt, vbi vnitæ vnum membrum repræsentant, quanquàm nares duæ sint, os bifidum, lingua rimula intermedia distincta, cor duobus ventriculis conflatum, & coles ex duplici ligamento, & quatuor musculis; & ita ex natura firmum videtur, vt omnia amicitia copulentur, & nihil prorsus singulare habea-

habeatur. Ex hac compage, & cerebri presertim incessus procedit: pars enim hominis mouetur, dum altera quiescit, & innititur; hinc est consilium, quod homo intus cum se ipso habet, hinc in mentis ægrotationibus; & deliramentis duplicia videre & imaginari, & in varia sensa lapsus, & vagatio, quod aliàs luculentiùs demonstrabitur; non enim insani animus decipitur, sed non vnà percipit.

Quod nostri propositi est, hominis pars dextera, & sinistra est; & dextera semper valentior, agilior, & robustior, non in homine tantùm, sed etiam in muliere. Dum igitur aiunt medici in vtero duo cornua esse, intelligere oportet vterum geminum esse, vt alia membra sunt in medio sita; & quanquàm est in conspicua diuisio, tamen quælibet pars sibi respondenti cerebri parti respondet, & ex ea dependet; nec quenquam latere arbitror partem tàm in fœmina, quàm in masculo, quæ maiori vi prædita est & masculam, & dexteram appellari; debiliorem verò femineam, & læuam; sunt enim feminæ sua natura debiliores, ait Arist. Itaque complexio fit, & amicitia, vt sæpius diximus, inter similia quidem, sed non quæ eandem prorsus habeant naturam; hinc est partem dexteram corporis humani artissimè alligari ad sinistram, vt in Androgino Platonis fertur; dextera pars tam in viro, quàm in muliere semper mascula est, & valentior; sinistra in vtroque feminea, & debilior; ideòque, ait Hipp:, tam in viro, quàm in femina & femineum, & masculum semen esse; & quanquàm semen exiens misceatur, aut videatur misceri, & quod a dextera parte, & quod a sinistra procedit, tamen vis distincta est; & si pars seminis a dextera parte viri procedens in dexteram vteri partem feratur, quia vtraque vis mascula est, cõceptio non sequitur; (diximus enim non coerere, quæ sunt eiusdem prorsus rationis, sed quæ similis) si verò pars seminis a dextera viri procedens in sinistram vteri partem feratur, si alia, quæ requiruntur ad conceptionem, concurrunt, mulier concipit quidem: sed concipit feminam, quia in sinistra vteri parte, quæ est in parte feminea mulieris, feminæ semper procreantur, in dextera ma-

4. de gen. an. C. 6.

sculi; & si contingerit (quod etiam aliquando euenit) in medio prorsùs vteri semen adhærere, promiscuæ naturæ homines generantur; & si in sinistra quidem, sed propè medium, fiunt viragines, si in dextera, & prope idem medium, viri nascuntur effeminati. Si verò pars seminis a viri parte sinistra procedens parti sinistræ vteri adhæreat, conceptio non sequitur ex supradictis: si adhæreat dexteræ vteri parti, conceptio sequitur, & mas gignitur. Quia verò femina rarò emittit semen, ideò ex ea semen, seu malumus dicere alimentum a viri semine elicitur ex ea parte, cui semen adhæserit aut sinistra, aut dextera vteri; quarè cum semen viri sibi pabulũ quærere debeat in vtero adhærendo, ferè priùs, & frequentiùs adhæret seminis pars a viri dextera parte erumpens, vt pote quæ validior est; ideò cum pars seminis a dextera viri parte procedens in partem dexteram vteri deiecta non alligetur, neque ex ea concipiat mulier, nisi in sinistra vteri parte: hinc est plures numero mulieres esse, quàm viros; & ob eandem causam viri effeminati, quiq; formosas habent vxores, fæminas plerumque procreare solent; & mulieres viro validiores, quia aut semen emittunt, aut non vrgentur a viro in sinistram partem, vt plurimùm concipiunt mares; nec alio modo videtur posse intelligi in omnibus semper diuinus Hipp; cum dixit, dextera parte mares generari, sinistra feminas. Ex quibus concludi potest nullam aliã efficaciorem obseruationẽ esse ad masculos generãdos, quàm ea sit, quæ semen viri in

Ar. 14. probl. 4. *dexteram vteri partem descendere, & adhærere facit; paremq; habet rationem austrinis tempestatibus feminas generari, videlicet quia vir celerius emittit, nec feminæ emissionem expectat,*

Ar. phisiogn. C. 6. *veluti idem accidit viris mulierosis. Cur verò plerumque mares*

Ar. 10. probl. 10. *feminis maiore corpore sint præditi, euenire credi potest, quia ex dextera mulieris parte alimentum sumunt, moles autem ex alimento est. Et ob eandem causam rarò gemelli, si ambo eiusdem sexus fuerint, superstites sunt, & præsertim feminæ, quia ex eodem làtere, & feminæ ex debiliore sumere alimentum debent, quod non potest duobus ad satietatem dari; si verò mas, &*

Ar. probl. 10. *femina fuerit, quia singuli suo adhærent lateri, faciliùs ali, & copiosiùs consueuere.*

De

De parentum similitudine Cap. 15.

A Plerisque fertur ossa, & neruos a semine patris esse, carnem, & sanguinem a matre; quarè si id, quod peculiari nota hominem distinguit, in carne residet a matre esse, si in osse a patre esse. Verùm tam in osse, quàm in carne pater principium generationis præbet, mater verò alimentum tribuit; quarè non admodum firma opinio horum videtur: præsertim quia observatum est tàm puerum, quàm puellam non patri, aut matri tantùm, sed aut auo, at auiæ, aut alij agnatorum similem nasci, & interdum picturæ, ex qua nec sanguis, nec os, nec neruus transfundi potest; & in Helide mulier ex æthiope grauida filiam albam peperisse fertur, quæ posteà æthiopem genuerit. Quarè & si non adeò solida, aptabilior tamen ratio est, qua dicitur animum esse, qui pueros effingat: & quia semen viri plurimum ex cerebro profluit, inde secum ferre imagines validiùs impressas, & ad eorum exemplar puerum fingere: & ad libellam hoc succedere, si obsequiosum, & facile alimentum semen ex matre habeat; secùs vel cedere semen alimenti imaginibus, vel misceri imagines, & confundi, & in neutram figuram erumpere; at ferè pater, aut propriam, aut vxoris imaginem in mente validè impressam habet, & hoc idem in matre esse consueuit, ideò interdum huic, interdum illi similes filij oriuntur; nec propterea excluditur auorum, & picturæ similitudo, si horum effigies validè fuerit impressa in viro, dum turget, & in femina dum tenellulo embrioni alimentum præbet; ita æthiops faciliùs alienam, quàm propriam imaginem poterat admittere, vt pote quæ ob oculos semper esset, atque ita filiam albam generare: quæ posteà a tenera ætate patris imagini assueta, mox grandior facta non mirum est si patri suo similem colore ederet infantem. Ar. 4. de gen. an. C. 8.

Denique cur acris violentia triste leonum
Seminium sequitur, vulpes dolus, & fuga ceruis
A patribus datur, & patrius pauor incitat arctus,

Si

Si non certa suo quia semine, feminioq;
Vis animi pariter crescit cum corpore toto.

10. probl. 12. *Arist. inrationaliũ animantiũ prolem parentibus suis magis similem esse, quàm hominis causam refert varium, vagumq; hominis animum in coitu, qum cætera animalia tota animi imagine in coitu sint, & omnem seminis vim naturalibus subordinationibus relinquant, quod etiam accidit in viris, qui mente soluta, pacatoq; animo rem aggrediuntur Veneream*

Et commiscendo qum semen forte virile
Femina concumbit subita vi, corripuitq;
Tum similes matrum materno semine fiunt,
Et patribus patrio; sed, quos vtriusque figura
Esse vides iustim miscentes volta parentum,
Corpore de patrio, & materno semine crescunt,
Et muliebre oritur patrio de semine seclum,
Maternoq; mares existunt corpore creti.

hæc via ex natura est, dum semen, aut alimentum nullis validis imaginibus distractum est; distrahitur autem validè in homine, quia acris in eo mens est; & hac ratione videtur Arist. 11. metaph. T. 26. *inter causas extrinsecas hominis patrem numerare, tanquam mouentem: qua facultate præditus etiam est menstruus sanguis, qui pro alimento fœtus est, dum tenerrimus est, & maximè mollis: quandò facilius omnis vis imprimitur, quod præsertim credibile est, quia in moribus inolescendis magnam ferè partem nutricis ingenium habere fertur, & naturam lactis, quæ infusa tenero, & mixta parentum semini adhuc recenti ex hac gemina concretione vnam indolem configuret, & hinc esse quod prouidentia naturæ similitudinem natorum, atque gignentium ex ipso quoque nutricatu præparet, si recens natis idem sit altor, qui fuerat fabricator*

hircanæq; admorunt vbera tigres

dixit Virgilius, quia etiam lac plurimum potest ad fingendas

Naturas hominum varias, moresq; sequaces.

Et sumuntur etiam a conuersantibus mores, & animus bona sua, ac mala proximis tradit; & est experimento probatum

si oui-

si ouium lacte hædi, aut caprarum agni alantur, in his lanam duriorem, in his capillum gigni teneriorem; non tamen credendum est alimento naturam primo a semine emanantem mutari, sed tantùm refrangi: non enim ab alimento res est, sed a semine, & quanquam piscis in medio mari oriatur, tamen salis indiget æquè, ac si in flumine oriretur; & in arboribus etiam, & frugibus ad indolem vel retractandam, vel augendam maior plerumque vis, & potestas est aquarum, & terrarum, quæ alunt, quàm ipsius, quod iacitur, seminis, non tamen ad permutandam; ita menstrui alimentum, quod eiusdem naturæ cum lacte refert Arist. potest quidem seminis vim parùm immutare, & immersam tegere, non tamen prorsus peruertere: &, quòd de toto dicitur, etiam de quacunque corporis parte dici potest, si quidem euenit interdum ex parte fœtum esse patri simillimum, ex parte matri, aut matris capillum habere, patris delineamenta reliqui corporis. 4. de gen. an. C. 8,

De natorum maculis. Cap. 16.

FAEtus interdum oritur maculis, aut tuberibus notatus; interdum adnascuntur membra alienæ figuræ, vt sæpe euenit os hominis, aut piscis, aut leporis, aut os suis repræsentare; verisimile est hæc eadem ratione oriri, qua monstra oriuntur; si aliam causam habent, difficile certè est eam apprehendere, aut apprehensam distinguere, & prodere. Vulgò fertur, & est etiam quibusdam philosophis acceptum, ex valida prægnantis mulieris cupiditate ortum ducere, & plerumque ab opinosissimis feminis tales fætus edi, quod rei cupitæ imagine persusus animus tenellulum fætum fabricet, aut tale exemplar offerat fabricanti, & si ab initio conceptionis hoc exemplar adsit, cupitæ rei imagines etiam extuberare, si grandiori infanti adueniat, aut non admodùm acris, & auida cupido est, aiunt colore tantùm, & lineamentis rem cupitã notari absque tubere. Quod verum ne sit, in re tam ardua non audeam decernere; profectò, si ità est, a natura cursu hoc valde alienum est, & mentis captum effugit;

tamen

tamen, si est, quærendum est, quomodò fieri possit; & an ratione aliqua conuinci possit id, quod fertur.

A rebus species eleuari tenuis quidem, & parùm firma opinio, aliqua tamen, est.

Dico igitur rerum effigies, tenuesq; figuras
Mittier ab rebus summo de corpore earum,
Quæ quasi membranæ vel cortex nominitanda est.
Quod speciem, ac formam similem gerit eius imago,
Cuiuscunque cluet de corpore fusa vagari.

dum igitur eleuantur hæ species, possunt etiam in oculos grauidæ mulieris ferri, & ab illis auidè apprehensæ in totum corpus diffūdi.

Præsertim cum sint in summis corpora rebus
Multa minuta, iaci quæ possint ordire eodem,
Quo fuerint, & consimilem seruare figuram,
Et multò citiùs, quantò minùs indupediri
Pauca qneunt, & sunt in prima fronte locata.
Sunt igitur iam formarum vestigia certa,
Quæ volgò volitant

cuius quoque opinionis fuisse Virgilius videtur, dum cecinit

Discolor vnde auri per ramos aura refulsit.

non enim aurum refulgere ait, sed auram.

Sunt igitur tenues formarum, consimilesq;
Effigiæ, singillatim quas cernere nemo
Cum possit, tamen assiduo, crebroq; repulsu
Reiectæ reddunt speculorum ex æquore visum.

a quo solo speculo aliquo pacto comprehendi potest, quomodo hæ species ab obiecto diuisæ sensum moueant:

Quorum quantula pars sit imago, dicere nemo est,
Qui possit, neque eam rationem reddere dictis.

in speculi verò planicie & soliditate reflectuntur, & reflexæ tanquàm ex obiecto directæ conspiciuntur; hoc eodem modo colore aliquo suffusa lux, quod illuminat, colorat, vt viridis gemma id, in quod admissam lucem transmittit, viride efficit; nec aliud arbitror coloris rationem esse, quàm modum reflexæ lucis; adeò tamen incomprehensibilis est obiecti imminutio ex eo, quod cum-bis

bis speciebus demitur eidem; ne possit nisi coniectura quadam fingi; & proportione remotissima, ac maximè impari menti proponi. Apparet enim, licet hoc etiam a plurimis negetur, odorem ex corpore odorato, & latè, & diù ferri, ex eo corpore aliquid semper imminuendo, licet valde tenue, cui odor inhæreat, neque tamen comminutio aliqua corporis odorati apparet.

Nec variæ cessant voces volitare per auras,
Denique in os salsi venit humor sæpe saporis,
Cum mare versamur proptèr, dilutaq; contrà
Cum tuimur misceri absynthia, tangit amaror.
Vsque adeò omnibus ab rebus rès quæq; fluenter
Fertur, & in cunctas dimictitur vndique partes.
Nec mora, nec requies inter datur vlla fluendi.
Perpetuò quoniam sentimus, & omnia semper
Cernere, odorari licet, exaudire sonorem.

Ità, sed longe dispari tenuitate, species rerum per aera feruntur; & per oculos in vterum transfundi fieri potest, si auidè opprehendantur; secùs aut ex cupiditate oriri incerta opinio est, aut causa incomprehensibilis.

De monstroso hominis partu. Cap. 17.

MAculæ, tubera, & spectra aut cutis totius, aut membri peculiaris vitium sunt; monstrum totius hominis vitiata figura est, siue inuersa, siue producta, siue correpta, siue trunca, siue multiplicata membra habeat, adeò vt aut non esse hominem, aut non esse vnum, aut non esse integrum, aut esse a consueta hominis ratione alienum videatur, aut mole excedente, vt gigas, aut deficiente, vt pigmæus. Et vitio seminis, & vitio vteri, & neutrius monstrum fieri posse referunt; vitium seminis culpant, si aliquid admixtum secum ferat, dum in vterum eiaculatur; quod fieri potest, si vlcus est in meatibus, per quos semen transit, aut seminis profluuio sordent. Vitiatus vterus alimentum præstare potest impurum, aut improportionatum, quod nequeat vis seminis facile diducere, & digerere; item si vterus distortus, aut tumore aliquo repletus,

aut conniuens sit; distortus totius fœtus figuram euertit; repletus partes aut comprimit, aut diducit; conniuens potest ex vtroque latere concipere, si semen adhæreat, & geminos alere, qui postea ob vicinitatem concurrant, & connectantur adeò, vt ex duobus vnus fiat, aut biceps, aut quatuor brachia, & totidem pedes habens. Nec tantùm culpari solet vteri figura, sed etiam intemperies aut calida, qua peruerti possit naturæ cursus, aut frigida, qua comprimi, aut extingui vis genitrix, aut humida, qua dissolui, & laxari, aut sicca, qua sisti queat. Item in ipsa conceptione, aut paulò post eam qualibet valida mentis perturbatio, aut corporis concussio, qua operis incæpti ordo peruertatur; addunt alij importunum, & vehementem concubitum, dum fœtus tenellus est, eius inuolucrum rumpere: & ita fieri posse, vel vt aliquid addatur ex nouo semine, vel membra contracta diffluant, & alienam excipiant figuram. Sed hinc potius abortum, quàm monstrum fieri posse crederem; atque, dum Arist. ait partes superuacuas esse agnationes, intelligerem adnatas quidem, sed in ipso conceptu. Seminis summa vis in vtero amplo, & corpore plurimum alimentum habente, quasi gygantem pariet; his aduersa quasi pigmæum. Si deficit sola vis seminis, puer infirmus editur, si deficit alimentum, oritur tenuis, differt enim tenuis ab infirmo, si vterus angustus est, nascitur pomilio. Sed hæc propriè monstra non sunt, sed quasi monstra. Monstra plerunque oriuntur, dum semina inuicem commiscentur; ideò in paruis quadrupedibus, quæ plura vno partu solent edere, monstra frequentiùs accidunt, minùs in homine, & adhuc minùs in maioribus animalibus, quæ singulos parere consueuere; nanque in ampla vteri cauitate, nec in pluribus vteri partibus adhærere semen potest, vt plura animalia generet; & in paruulo vtero, & pluribus partibus adhære semen potest, & ita etiam vno coitu plura efficere, &, quæ varijs partibus adhærent, in angusto frequentiùs inuicem colligari; & hanc fuisse Democriti sententiam arbitrarer circa monstri generationem.

Ar. 4. de gen. an. C. 4.

De gen. an. C. 4.

Ar. 10. probl. 60.

An vis generandi sit a toto. Cap. 18.

HIpocrates a sanis corporibus sanum emitti semen, a morbosis morbosum, & proinde, ait, ex caluis caluos oriri, ex cæsijs cæsios, quia semen a toto corpore secernatur, & a solidis, & a mollibus partibus, & ab omni humido totius corporis; & summum hinc esse voluptatem, quia ex toto est, hinc parentum similitudinem, hinc singulorum membrorum nouam generationem esse, hinc stigmata, & cicatrices quanquam confusas & indistinctas in filijs recognosci interdum fertur, quæ in patre, erant; & cum Hipp: sensit Lucretius. de aere aq. & loc. T. 36. De genit. C. 5

Ex homine humanum semen ciet vna hominis vis,
Quod simul atque suis eiectum sedibus exit
Per membra, atque artus decedit corpore toto
In loca conueniens neruorum certa, cietq;
Continuò partes.

His aduersus Aristoteles, si ex toto corpore vtriusque semen procederet, futurum fore arbitrabatur, vt duo animalia generarentur, aut femina saltem in se ipsa sine viro conciperet; præterea animalia esse ait, quæ vno coitu plura generent, nec posse fieri, credit, singula simul ex toto procedere; porrò si, quæ per traduces feruntur, semen ferunt, quo modo poterit id semen ex toto trunco esse, si tradux ab eo auulsus est? insuper insecta generant quidem, sed non sibi simile. Ad ea verò, quæ Hipp: affert, negat Arist: perpetuò verum esse a morbosis morbosos, a cæsiis cæsios, a mancis mancos prodire. Et voluptatis vehementiam tribuit Arist: neruorum compagini, quæ per totum corpus diffunditur, ac per nerueos angustos meatus transire semen asserit; & ideò totum corpus conuelli, quia ex eodem Hipp: est concursus vnus, conspiratio vna, & omnium consensus; idq; præsertim suadet, quia voluptas in venereis potissima in fine concubitus est, & sub ipsam seminis emissionem; si enim ex toto secerneretur, ab initio summa voluptas esset, & ordine aliquo prius, & posterius subalternaretur, pro vt singulæ partes suam portionem demitterent. 1. de gen. an. Cap. 18.

mitterent. Dein in filio sæpe etiam recognoscitur gestatio, vox, capillus, qui erat in patre, quanquàm neque capillus, neque vox, neque gestatio semen emittant; & ex patre adhuc iuuene filius oritur, qui canescit, etiam si ex patre non cano sit genitus; &, si hoc esset, etiam statim canesceret puer ex cano patre ortus.

Accurata vtriusque obseruatio est, verùm nos cum seniore Hipp: dicamus, semen ex toto procedere, quia eius vis ex toto est. Sciendū tamen non posse banc generādi vim ex qualibet materia quoduis opus perficere, ita inquit Arist. non quodlibet ex quolibet fieri; nec Mercurius albus ex auro, nec fuluus ex argento affingi potest; seruiat enim necesse est materiæ, quam tractat, & illi obsequatur. Cum igitur natura in generatione huius animalis remotissimè intēdat generari corpus, minùs remotè animal, & proximè hoc singulare animal, sequitur interdūo quod ex mancis corporibus manca procedunt corpora, quia apta materia deficit. Hoc tamen raro euenire ait Arist: quia naturalitèr vis genitrix habet, quo sarciat, si quid deerat proximæ causæ. Quarè multoties ex cæco patre Filius non cæcus oritur, & ex mutilato integer. Nequè bene sequitur duo animalia perfecta nasci debere si semen ex toto procederet corpore, alterum ex femina, alterum ex masculo. Quia ideò vnum fit, repugnante natura, duo agentia inuicem cum victoria esse; necesse enim est alterum agere, alterum pati. Femina in se ipsa non concipit, etiam si semen ex toto corpore procedat, quia hoc naturaliter ei negatum est. Plura corpora vno coitu generantur, quum ea generandi vis sit in qualibet parte seminis; quamobrem si parti adhæserit, vnde alimentum possit extrahere, vbique in vtero corpus generatur. Idq; præsertim accidit in animalibus, quæ paruos vteros habent, horum enim partes, & latera ob interstitium breue facilè conniuent: ex quo sequitur pluribus partibus semen adhærere; quod non ità frequens est in magnis animalibus, & magnos vteros habentibus, quoniam data vteri cauitate semen ab alteram tantùm prolabitur. Idem quoque de traduce dicendum est, in quo tota vis generandi est, æquè ac in tota vite, & arbore. Et quanquā vox, & gestatio, & capillus semen non emittant, & tamen ferè hæc omnia in posteris

posteris recognoscuntur, id procedit, quia seminis vis ex his partibus emanat, vnde vox, gestatio, & capilli emergunt. Et si pater, cum genuit, canus non erat, satis est talem fuisse, qui posset eanescere, vt sibi similem filium ederet, videlicet, qui canus non statim esset, sed posset canescere. Voluptatem verò non vis seminis facit, sed materia; eorumq; meatuum concurrit angustia ad eam inferendam, qui semini ferendo sunt. Ideoq; non statim ab initio, sed sub finem summa delectatio percipitur. Vbi vide licet plurima seminis materia conuenerit, & angustos, delicatoq; sensu praeditos meatus exercuerit.




Quae



PARS SECVNDA

Quæ bonum ſemen faciant.

Cap. I.



Onum ſemen edit corporis habitus quadratus, calidus, & humidus, mediocriter denſus; ab anno XXV. vſque ad XLV. in viro; in muliere verò, vt facilius patiatur, & inhitionem admittat, & contineat mollior habitus, & non adeò calida temperies expoſcitur, ab anno IIXX, vſque in XXXV. & hoc ferè eſt, nanque in alijs etiam habitibus, & ætatibus concipiunt feminæ, & ſecundum ſemen viri dimittunt, nec vlla determinata eſt ætas ad generandum, nam puella ferè ab anno XIV. vſque in XL. concipit, puer ab anno XV, vſque in LX, & pro ratione regionum etiam annorum X, & L. feminæ concæpere, & viri anno XIII, vſque ad XC. Scire tamen licet, & pueros, & puellas, quò maturiùs concumbunt, & pariunt, eò maturiùs deſinere: & mulieres, quò rariùs coeunt, eò diutiùs conceptioni idoneas ſeruari, quia frequenti concubitu durantur loca, quibus inſeri, & alligari ſemen debet; quarè aliàs ſterilibus redit conceptio, ſi diù venerē intermiſerint, quia ea loca concluſa molliuntur; cæteris paribus tempus vernum, tempeſtas ſeptentrionalis, regio montana, ratio victus opulenta, & boni ſucci fœcundum reddunt, homo tamen quolibet anni tempore fœcundus etiam eſt, neque, vt cætera animantia, vernum tempus expectat, quia plurimum habet cerebrum, vnde ſemen fertur, & opiparè alitur; ſed de victus ratione ſeorſim dicendum eſt.

Ar. 10. probl. 46.

De

De Aere. Cap. 2.

AErem cognoscere non oportet in eum finem, vt optimus à quocumque eligatur; quia hoc esset, non propagare, sed destruere humanum genus, si totum in vnicam regionem conueniret, & alienas ædes inuaderet, generandi causa; oportet tamen vt quisque in sua regione oportunitates eius agnoscat, & quando imprendere, & quando differre opus prestet. Itaque in aere optima temperies est calida, & humida: laudauimus tamen regionem montanam; quia, quæ humida est, ferè grauis quoque est, nisi fuerit montuosa. At pro varia ratione hominis varius quoque aer eligendus est: Vir calidior sub aere frigidiore fœcundior erit, frigidior sub calidiore, humidior sub arido, siccior sub humido; ac demùm semper ea circumspectione, vt alterius excessus ad temperiem reducatur. Tenuis homo omnium temperatissimum aerem exposcit; infirmus æqualem; temperatum voco, qui proportionem seruat in mixtis qualitatibus; æqualem, qui minimam patitur tempestatum mutationem. Pinguis omnium facillimè patitur excessus omnes, tùm caloris, cùm frigoris, tamen fœcundior sub Sole, quàm sub Vrsis erit; contrà verò gracilis sub Sole faciliùs dissoluitur, & frigori fortius resistit, nisi tenuis etiam est. Pueri, & senes sub aere calido sunt fœcundiores, iuuenis, & vir sub frigido. Femina semper in calidiori regione maturiùs, frequentiùs, diutiùs concipit, & rarissimè abortit: adeò vt in AEgipto etiam octauo mense viuacem puerum pariat.

De Cibo Cap. 3.

ALimenta validæ materiæ optima sunt, dummodo homo ea concoquat; quare tutiùs his vtimur pluribus diebus antè concubitum; proximis cibi sint mediæ materiæ; dum instat concubitus, imbecillæ: quia tenues cibi quasi ieiunum reddunt; & hominem ieiunum promptum magis esse ad generandum, dixit

Arist;

Arist; cruditatem maximè nocere; cæteris paribus animalium partes, quæ lentum ius coctæ faciunt, tenuiorem hominem, & solutum vterum fæcunditati parant; quia semen eius, qui diù his alitus fuerit, lentum est, & promptè vtero adhæret; itaque capita, rostra, pectioli, vuluæ, trunculi, vngues, & similia comedere his conducit. Inter legumina laudantur cicer, lens, & faba, non credo, quia semen generent, sed quia inflant, pro vt etiam omne olus facit; poma, & pyra semen potius extinguunt; laudantur tamen alio nomine, dum in concubitu os arescit. Inter nuces plurimum seminis ferre creduntur græcæ, quas recentiores latini amygdalas appellarunt. Pro condimento mel, defrutum, vua passa laudantur: pro potu vinum validum, meracius, tamen ne mentem moueat, quia semen ebrij infæcundum est; oua mollia, & sorbilia promptissimum sunt alimentum. Cauenda est prouocata, quia inualida libido est; ergò porrum, apium, asparagus, rapa, napi, bulbi, tum qui proprium hoc nomen habent, cum cæpa, allium, siser quoque, & fæniculum, anethus, nuclei pinei, & cum defruto piper, gith, aut sinapi his tantùm conducunt, qui aliàs validi, aut robusti sunt, & non imbellicitate languent illis genitalia, sed aut spectro, aut vehementi aliquo phantasmate torpent.

Atque adèo refert, quo victu vita colatur,
Nanque alijs rebus concrescunt semina membris,
Atque alijs extenuantur, tabentq; vicissim.

irritantia fugienda sunt, quia non benè ars hominem, sed natura facit, & validius semper semen est, quod illa sponte sua offert, aut reddit, quàm quod irritata deijcit.

De Somno Cap. 4.

OCium est animæ somnus; cæterùm etiam corpore dormiente anima vigilat; & plus præstat a corporis vinculis soluta, nec in somno quicquam miseri distant a fœlicibus. In somno tota hominis vis, quæ in vigilante dispersa est ad plures functiones obeundas, in vnum conueniens roboratur, alimentum conficit,

& eo

& eo partibus distributo ad satietatem semen inde exprimit, & quasi in gemmas facit erumpere. dormiendum in latera est, aut in ventrem, nanque supino non solet bona coctio succedere, & ei renes calefacti, aut pollutionem, aut præcoquem venerem excitant. Femina, cum semen exceperit, dormiat in dexterum latus; & experrecta protinùs, si potest, redormiat, aut saltem quiescat; motus enim digerit alimentum, somnus concoquit; & quantum ipsa suo corpori addit exercitatione ex alimento, tantum fœtui detrahit; & fœtus crudo alitur sanguine, ideòq; valida mulier, & vigil ferè sterilis est, quia omne alimetum in se ipsam absumit, & nihil embrioni concedit. Cauere præ cæteris oportet, ne somnus paretur arte, quia, quæ somnum faciunt, torporem etiam inducunt, quo nihil equè nocuum est neruis, & partibus ferendo semini destinatis, quibus etiam ex pedum nuditate receptum frigus nocet; Vir, nisi pollutiones patiatur, post somnum tantùm concumbat, mulier ante eum, nisi patiatur idem, quod in iuuencula timeri rationabiliùs potest, & in calidis regionibus, locis, anni temporibus, & tempestatibus: dormiens, enim idq; patiens, vel semen viri polluet, vel cum suo effundet.

De exercitatione. Cap. 5.

EXercitatio corpus firmare debet, non soluere, & alimentum conficere, non absumere. Corporis exercitatio homini prodest diù ante veneris vsum, vt alimenta conficiantur; dum verò vsus præsens est, necessaria quies est, aut exercitatio quieti simillima; vt est clara lectio, iocus, nauigatio, gestatio. In ipso concubitu gracilis vir, & calidus se se paulùlum contineat, hebes autẽ incalescat; mulier se abstineat à motu; quo ferè conceptio impeditur seminibus dissipatis. Equitare virum hebetem, & frigidum non dedecet, donec renes leuiter incalescant; cæterùm equitatio genus exercitationis est generationi infensissimum, ne dũ enim renes, & seminalia vasa valida concussione dissoluuntur, sed etiam naturalia assiduo pondere, & crebris ictibus adeò vrgentur, vt quasi callo abducto semini ferendo iter claudant.

De Excretione. Cap. 6.

VT ab omni labe perpurgatum semen, & a viro emittatur, & alatur a muliere, corpus ab omni excremento leuatum, & expurgatum esse debet, non tamen solutum. Ita balneum maximè confert, vt quod & munditiam, & valetudinem præstet, præsertim æstate, & calidis locis, & temperamentis. Nisi ante concubitum aliius deiecta est, partes libidine æstuantes eius pondere non leuiter conflictantur; qui verò mingendi desiderio tenentur, nequeunt concumbere, quia hi meatus anguſtiores fiunt, per quos semen transit & vis expultrix in aliud opus distracta comminuitur.

De animi accidentibus. Cap. 7.

CAPITVLVM I.

SVMMA animæ prouidentia ex integro humanum genus regit, & efficit vt viuat, vt cum dignitate viuat, vt sua sensa, & se ipsum agnoscat, vt immortalitatem
6. de legibus. *successione consequatur. Propterea ait Plato coniuges tunc maximè mentis compotes esse debere, quando nubent, maximamq; ineunt vitæ mutationem, vt moderatum animum solidus, stabilis, & quietus conceptus sequatur; neque oportere, ait, dare operam liberis elato animo, quiq; vehementiore motu aut trabat, aut trahatur, quo difficiles, instabiles, inæquales, & moribus, & mẽbris liberi procreantur; & ferè, quæ passio in parente est, & transiens animi motus in animos, & corpora nascentium translati, & impressi habitus fiunt, vndè*

AEtas parentum peior auis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiotiorem

7. de leg. *quem generis lapsum nullo modo melius euitari posse Plato sensit, quàm si coniugum animi alter alteri mutua affectione alligarentur; ita ab omni elatione animi, aut compressione tranquillam, pacatamq; vitam viuere, similemq; in liberos transfundere, pulcher-*

cherrimiq; atque optimi ciuitati parantur. Qùnq; indubitatum sit quocunque animi motu corpus peruerti, & timore homines pallescere, ira excandescere, & diuturno odio, timoreq; oris lineamenta, totamq; speciem peruerti, & solis imaginibus mentis virilia statim augeri, & decrescere, concrescere, & solui; credendum quoque est animi motus plurimum semini addere, & detrahere quantitatis, & roboris, & bonitatis: ideò homo, quantum licet, generationem boni seminis non despiciat.

De amore connubiali. Cap. 2.

AMor legitimus quandam viventibus impartitur dulciorem complacentiam: illa propterea amicitia iucundior, gratior & suauior est, quæ inter virum & vxorem est; inter quos amor cadat necesse est; in coniugijs omnimoda tranquillitas laudatur, sed præcipuè quæ sine elatione animi sit, neque graues curas, aut sollicitudines admittat, sed lene, & accuratum consilium, quod semper firmius est, si cum eo initur, cui eadem conducunt; & in ea re, de qua consilium est, consors sit. Vir, & vxor successione sui perpetuitatem moliuntur spe mutua, & eidem proli committunt. Et quia amicitia, quæ ex contrarijs oritur, dura est interdum, & aspera, nec semper vicissitudines habet, quæ verò a simili est, ferè placida, & suauis est; ideò summa cura in amore connubiali comparando, & coniungijs instituendis esse debet, vt simile sibi simili aptetur. Si enim ex Platone amor semper ad pulchra conuertitur, scire licet id pulchrum vnicuique esse, quod sibi simile agnouerit, & hac ratione pulchri speciem sibi quisque peculiarem facit; & tàm inter bonos, quàm inter malos, longa conuersatio amorem inducit; inter similes nunquam amor recrudescit, nisi sui ipsius notitia rebellet; præstantissimumq; amatorium est, & efficacissimum similitudo, ex qua certa fiducia vicissitudinis in amando est. Ne tamen nostri opinio, aut alterius conspectus fallat nos, in coniuge eligenda, viroq; comparando nihil temere, nihil perfunctoriè deliberandum est, ne quando amare incipiamus, quem aliquandò odisse possimus.

Plato in conu.

Ar. in Rheth. ad Alex. c. 37.

Plato 8. de leg.

In Conuiuio.

De fidelitate. Cap. 3.

Nihil maius in coniugijs est fidentia, ea est firmamentum stabilitatis, & constantiæ, ea simplicitatis, integritatis, & consensionis euidens indicium; ea non breuem, & suffraganeam, sed firmam, & perpetuam amicitiam spondet, neque neruos, atque artus fide validiores habet humana felicitas; amici pectus, cui tantundem credere, quantum tibi possis, in quod secretum omne deponere, cum quo ardua quæque deliberare, arca est, vnde fulcimentum vitæ, & bonum omne depromas. Atque sine fide nulla amicitia stabilis est, eamq; esse experimento comprobandam, ait Arist; horrendumq; credit propriæ vitæ fiduciam alienæ fidei, & potestati creditam continere; ideòq;, nisi fides certa est, vt, quod tutum non est, securum saltem sit, præstat non nubere, quàm malè nubere; magis enim a felicitate recedit, qui rebus ad eam ducentibus abutitur, quàm qui dimittit; & non scalpello, sed hac deliberatione cælibatus tandem Hesiodi sententia vera probata est, quâ dixit, dimidium plus quàm totum esse; siquidem plus viri habet, qui imperfectus sine coniugio celebs decedit, quàm qui coniugio malo perficitur; ille ità se, suaq; potest disponere, vt a se pendeant omnia ad felicitatem ducentia, ille integer, & solidus vitam traducit optimam, & sibi ipsi fidelis animam fæcundat; ex qua discendo, contemplando suauissimos interdum conceptus edit. Si demùm nubendum est, prima lex erit vitam viuere integram, & inculpabilem: sic nulla suspicio radices agere potest, vbi nihil est, quod debeas alterius fidei committere, vbi non est, quem inuisum habere possis tanquàm exprobrantem. Et præsertim a coniugijs ea vox arcenda est, qua fertur, ne vnum quidem amare potuisse, qui plùs quàm vnum amare non potuit; quia in his nullum perniciosius malum, nullum magis sollicitum est contrectatione, quæ timor est implacabilis, ne quis aut animo, aut corpore potiatur, quod ipse concupierit; quæ cura æquè vero, ac falso innixa crudeles excitat cruciatus, nec mentis est vlla ægrotatio, quæ opem

Ar. 7. mor. Eud. cap. 4.

2. Rheth. C. 7.

Plato in Eut.

Plato in Epit.

In Socr. orat.

quærat

quærat minùs, aut periculosiùs admittat; ad quam nihil salubrius est, quàm vicissim bona fide omnia præstare; & nullas suspiciones neque excitare, neque admittere, & semper præsto esse promissione mutua promptæ fidei, animumq; præmunire certa opinione bonitatis. Neque contrà obtrectationem præseruatoriũ creditur esse incuria melius, nemo enim de vxoris pudicitia impunè quærit.

De Prudentia. Cap. 4.

PRudentia ars viuendi est, quæ substantiæ custodiam, familiæ dispositionem, domus regimen, liberorum educationem dirigit. Viri attentissima animaduersio sit, primumq; prudentiæ specimen cogitatio de prudentia vxoris, cui naturale quiddam in animo est tenerum; & molle, quod facile cuiuscunque cupiditatis impulsu peruertatur. Mulierem vndequaque sanam ducere nemo sanus credat, quumq; nũquã satis cauta possit esse exploratio de virgine, hæc sũma explorantis sit, vt melius existimet silentium, quàm mediocrẽ famam: quoniã mulierẽ forma conspicuã a nemine carpi bonũ est, ab omnibus laudari melius, ignorari optimũ; & cum sciscitãdo aliquid imperscrutabile deprehẽditur, coniecturis credendum est: inter quas nobilitas, & educatio bonos mores testantur; & facile credi potest ex bonis parẽtibus prolem laudabilem sequi, & educatione morum stigma indelebile imprimi, nanque, quod moris erat, naturale fit hominibus, qum assueuerint. Præ cæteris acutè Dei cultus obseruantia spectetur, dein honestatis cura, post eam prudentiæ ratio; semperq; post honestatẽ, & prudentiã diuitiæ sint; & muliebre, hoc est leue responsũ habeatur Hieronis vxoris, quo diuitem præstare dixit sapienti, quia ad diuitis domũ eat, nanq; verè sapiens non est, qui diuite eget, neq; qui cupit aliena; nõ tamen sunt aspernendæ diuitiæ, pro vt etiam sunt magnificẽtiæ instrumenta, quia frugi hominem homines probant, diuitem iam Deus probauit, a quo diuitiæ sunt; vanumq; genus gloriæ ducatur odium diuitiarum, non enim diuitiæ, sed cupido grauis est; est quoque ambitiosa femina detestanda, quæ vestibus premi, non tegi cupiat: neque intelligat vestes esse ad arcendas tempestatum iniu-

Ari. 1. Rhet. c.21.

Ari. Poet. c.12

iniurias, non vt femina sub eorum pondere laboret, & quibus media hyeme æstus, & sudor moueatur. Velamenta enim, quibus pudori prospiciendum esset, eò iam luxuriæ deuenere, vt ea magis videantur erubescenda; bina, & terna patrimonia, vt olim, etiam hodie auribus singulis pendent, nec bene constat an valetudinis, aut decoris gratia, an potiùs, vt intelligant homines auro, & gemmis perpetuam audientiam dari. His cauet abunde, qui prudentia decoratam duxerit.

De Comitate. Cap. 5.

E*X fidelitate tutum, ex prudentia vtile, ex comitate iucundum redditur coniugium. Plerunque, sed non perpetuò, paria ingenia connubio iungenda sunt, nanque etiam præclari ingenij familiæ in mores insaniores quandoque degenerant, vt qui ab Alcibiade, & Dionisio priore. Qui verò stabili pacatoq; ingenio ambo sunt ad stoliditatem, & ignorantiam delabuntur, vt qui a Cymone, & Pericle. Ideò interdùm conuenit in parentibus oppositas admittere naturas; vt si vir acrioris ingenij fuerit, bene est ei mulierem parare potiùs ad ignauiam, & hebetudinem declinantem, vt in posteris ingeniorum temperies habeatur; si enim acre viri semen sanguine mulieris alatur feruidiore, timeri potest ne furiosos pariat liberos: quam igitur & natura, & sors, & consilium hanc disparitatem admittat, comitate opus est, qua alter alterius asperiores mores non dissimulet, sed ferat; vinciri enim, & flecti animaduertimus omnium animos comi eloquio, & iocis; durari, & diduci rusticana seueritate; comis, & humana mens ocium iocosè, negocium vrbanè tractare debet, & lenitate, mansuetudine, blanditijs, lepore benignitatem suam prodere, & consortis, si lateat, euocare, vt vnà in sobolem ferantur; cui nihil melius parentes præstare possunt, quàm sagacem, & bonam mentem.*

Nam facit ipsa suis interdùm femina factis,
Morigerisq; modis, & mundo corpori cultu,
Vt facile insuescat secum vir degere vitam.

Admit-

Admittit comitas leuem aliquam, & facetosam contumeliam, ea est suauissimus pastus animorum, & suauiter aspera, cuius lenitate virilis durities mollitur, & feminea mollicies acuitur, nec immanem virum, nec ignauam mulierem sinit sine condimento sodalitatis; quæ enim grauitas alibi est, domi seueritas est; liberior & dulcior expetitur animus in coniugijs, in quibus modestia stoliditas est; non tamen sine modo debent esse contumeliæ, sed leues; ne iram moueant, a qua semel expulsus animus nō facilè recipitur, nec olim solutus promptè reducitur; verùm, nisi quis aut fastidio delicatissimo, aut inertissima ignauia præditus est, quacunque rusticitate potiorem habeat adulationem; si quidem hæc aliquid iucunditatis habet saltem in animo ambitioso, cum speciem præseferat admirantis, & diligentis; & hoc ipso prætium habet, quo nunquam adulari consueuimus eos, qui nullo in pretio apud nos sunt.

De Gratiæ notis. Cap. 6.

A Proditione omnis natura abhorret; quarè vt distinguamus infidum a fideli, prudentē ab insano, agrestem a facili quasdam notas adhibuit, per quas etiā ignotis causis, patefcant. verū quia animus indies mutatur præter eas notas, quæ inprimis lineamētis sita sunt a semine ortis, & quæ inuariabiles, & solidæ sunt, alias dedit, quæ interuenientes animi motus sequantur, & oportunè in corpore excitentur, & abeant. Quæ notæ si permanentes sunt, forma dicuntur, quæ oportunè adueniunt, vulgò dicuntur gratia. In Lyb. 8. de Repub.

Est igitur gratia cōstitutio oportuna membrorū animo obsequētiū, in qua homo animū hominis agnoscit innata quadā sagacitate. Huiusmodi constitutio apud latinos nomen non habet, id enim gratiam latini dixere, in quo amicitiarum, & officiorum alterius memoria, alterius remunerandi voluntas continetur; hanc præcipuum amicitiæ vinculum, & ei, qui tribuit, exhiberi, non ei, qui accepit, dixit Arist. Dixi gratiam esse eum constitutionem; non quia gratia sit, sed quia gratiam a latinis dictam prodit; hæc præstantissimam naturam præsefert; & est bonitatis, & bene- 4. mor. Nic. c. 1

& beneficentia comes; non enim aut pudor, aut occasio, aut vis gratiam debet exigere, sed humanitatis decor, liber animus, & non fusus in duro corpore; nec benignitas ignaua, nec facilitas inconsulta bene gratiam reddit, sed animus integer reddendi cupiditate semper gestiens, semper procliuis ad agendum pulchra, & iucunda. Dum quis ambulat, sedet, os ducit, aut vultum, est quidam oculorum plausus, dum voluuntur, dum reflectuntur, dum conniuent, dum aperti permanent, quo quis gratiam agnoscat. Oculi præ cæteris membris acuti, & celeres, quemadmodum animo affecti sumus, loquuntur; post oculum sunt aliæ corporis partes, quæ lacertis vtuntur; hæ omnes animi motu aguntur, ac eum cupientem, abhorrentem, timentem, sperantem produnt. In vocis moderatione, orationis vi, statu, incessu, saltu, sessione, accubitu, nisi admodum rudis, & inconcinna est humana mens rithmum, & gratiam comprehendit.

Innata quadam sagacitate comprehenditur gratia, non regulis, aut arte vlla; & si gratiosum Plato dixit simum, aquilinum regium, fuscum virilem, candidum, &c. nec formæ, nec gratiæ est, sed physiognomicum, & arte traditum; quæ verò gratiæ sunt, etiam rusticanus, & rudis solius naturæ ductu, & nullo magistro agnoscit, vt iratum, tristem, & cupidum, etiamsi iræ, tristitiæ, & cupiditatis causas, & effectus ignorauerit. In Lys. & Dial. 4. de Rep. *Ideò à Deo munus datum agnouit Plato primo aspectu amicum agnoscere. Siquidem natura prudens noluit ingentia cogitata posse occultari, hominisq; consilia facit erumpere, omnesq; animi inclinationes, propensiones, vim, varietates frons, nares, labia, & in loquente, quid taceat, demonstrant, & in silente, quid loquatur. Est totius capitis certus motus, & motuum conspiratio; est etiam vniuersi corporis in iocis, cursu, saltu, quo obsequium corporis aduersùs animum manifestetur, dum neruorum, aut vocis sono dilatus mouetur. Hinc bonæ habitudinis, agilitatis, tàm corporis totius, quàm singulorum membrorum panditur, dum flectit, tenditq; singula, ità, vt efficaciter motus harmonicus diffundatur, consequaturq; vniuersum saltationis ordinem. Sed interrogabit aliquis, si gratiæ indicia sunt, quomodò tàm*

crebrò

crebrò decipimur, & adeò frequentes experimur ingratos; ad quæ dicam primò, quod ſæpè quædam notæ in vicino poſitæ decipiunt, non tamen ſagaces, ſed ignauos; nanque vni ſigno credere ſtultum credidit Ariſt. & ne naturæ crimen ducatur, quæ magìs indigentibus, vt ſunt ignaui, minùs proſpexerit, & hos frequentiùs decipi permittat, moderatiùs ſubijciam gratiæ non certitudinem, ſed coniecturam eſſe; quæ ſæpè quidem reſpondet, interdùm tamen fallit; neque id poteſt euitare humani ingenij imbecillitas in tanta varietate corporum, tamen gratiæ fides eſt, cum ſæpiùs reſponderit: prætereà neque fallere credatur ſemper, nanque, ſi quid gratia promiſit, quod non ſequatur, poterat recipientis animus bonus eſſe, dum reciperet; ſi poſteà mutata eſt illius mens, non propterea gratiæ nota feſellit, ſi animum, qualis erat, demonſtrauit, nec etiam declarauit qualis futurus eſſet; eius enim eſt præſentia indicare, non futura. &, quanquàm verè ſpem datam eluſerit gratia, magnanimi eſt liberaliter nihilominùs alios experiri ingratos, ne a peſſimo vitio omnium præſtantiſſima virtus dicatur euerſa. Phyſiogn. C. 5.

De Forma. Cap. 7.

ANimum in vſum officij incidentis in lacertos fuſum partes, & membra mouere diximus. Idem a prima origine corpori immerſus, in vſum perpetui officij aptam quandam membrorum conſtitutionem concinnauit, quæ dicitur pulchritudo, ſeu forma: cùm qua ſi fides, & prudentia eſt, nihil magis expetibile eſt in coniugijs, quin ex Platone pulchra pulchro pulchra fiant. In Phædone. *Hanc ſequuntur bona valetudo, ſenſus integer, vis libera, firmitas ſolida, proſpera velocitas; nec ab his diſcerni poteſt. Formam verentur nonnulli tanquàm illecebrarum oblectamentum, & quæ grauem afferat mentis curam, & cuſtodiæ ſollicitudinem. Verùm Ariſt. id pulchrum eſſe protulit, quod diuinis conſonum eſt; turpe, quod diſſonum.* Phyſiogn. *Itaque vera forma ipſa ſibi cauet, & ſui cuſtos eſt; nec integra eſt, aut vndequaque ſpectabilis, de qua quiſquam ſollicitus eſt, nec tuta ſine cuſtode eſt, nec ſecu-*

rum dominum habet. Non satis munda est, quæ fœdari posse creditur: remq; splendidissimam, vt forma est, diuinæ specimen bonitatis, nebulosam facit suspicio etiam temeraria. Forma mores probos, faciles, suaues præsefert, quorum nitore parùm illustris habenda est, quæ potuit occultari; minùs, quæ debuit: siquidem licet hominum cupidos oculos ad se conuertere; sed admiratione sui, non spe. Nec bene dicitur decentiorem faciem esse, in qua aliquis neuus esset, ne animi vel minima labes admittatur, nec seueritas quidem; quanquàm venustum corpus quandoque ea opus habet, qua tanquam spinosa sæpe inexplebilis, & effrenata hominum libido arcetur: ne in aspero tàm facilè, quàm in lubrico labantur. Improbos, procliues, duros, ac rusticanos mores deformitas habet. Forma est partium corporis stabilis dispositio a bono habitu procedens, vt hominis sit prudentia, & humanitas spectabilis. Hæc in viris dignitas est, in mulieribus venustas; & hoc peculiare munus homini datum, quia solus agnoscit. A similitudine formæ humanæ virgo, equa, lyra, & olla pulchra vocantur a Platone. Virginis sexus facilitatem, procliuitas fidem, exercitatio integritatem illibatam promittunt. Hæc formam constituunt, cætera verò ad humanæ formæ similitudinem, in qua decus omne consistit, pulchra dicuntur; & nihil homine pulchrius est inter mortalia. Multa quidem auro decorari, & pulchra fieri dicuntur; tamen Phydias Mineruæ oculos non auro finxit, sed ex ebore, vt humanis oculis simillimos faceret. Formam bonum opus sequitur, & oculum forma præstantem dicimus, qui habeat aciem acerrimam, crus ad cursum expeditissimum; &, quia corporis dispositionem, & temperiem mores sequi medicorum opinio est, opinionum, iudiciorumq; æquabilitas, & constantia pulchritudo dicitur; qualis enim in corpore qualitatum temperatio, sic in animo opinionum, iudiciorumq; concordia; ex qua proficiscuntur honestæ voluntates, sententiæ stabiles, actiones inculpabiles, omnis recta ratio. Nec tantùm sequuntur corporis temperiem boni mores, sed etiam faciunt, dum animum componunt; hic verò corpus regit, & est inter corpus, & animum gratiarum reciprocatio, vnde sequitur fœderis stabili-

Plato 3. de Rep.

bilimentum: nanque animus alteratus unà corporis formam mouet; & inuicem forma corporis animæ habitum. adeò vt, si quod vitium incidat absque huius officij vicissitudine, aut stabile non est, aut vitium sodalitium, & commune non excitat; quemadmodum, si cui facies igne exusta deturpetur, quia vitium non vltra cutem est, nec ex natura, animam in consensum non trahit, nec illam vitiat: ita si animus concitetur, aut febre, aut vino compulsus non statim totius corporis dignitatem, venustatemq; corrumpit; nisi opportunè, & transitoriè, iuxta causæ constantiam, vt in gratiæ notis dictum est. Verùm nè, qui pacatissimam quietem, maximèq; constantem amicitiam parare intendimus, rixas inextricabiles, & implacabiles contentiones excitemus suadendo, vt quisque optimam formam eligat; scire licet id cuique optimum esse, quod naturæ suæ cognatum est; & huc conuenire omnium desideria, eumq; esse omnium concursum, & omnes hoc idem velle, se ipsum conseruare. Nec suspicari quidem potest aliquis alterius formam sua præstantiorem, nec mores gratiores, & si quis alienam formam, aut gratiam magis spectabilem prædicat, non loquitur ex corde, sed communi opinioni blanditur, aut loquitur officiosè. Itaque veluti solers solertem admiratur, sic ignauus ad ignauam declinabit, ac demùm quisque optimum ducet, quod sibi videtur, &, si aliter quandoque euenit, id sequitur ex maiore opinione, quam quisque de se semper, rebusq; suis habere consueuit: quæ vt fallitur, sic etiam interdum fallat necesse est: Præterea non omnes semper eandem rationem boni amplectuntur; alij enim honestum magis, alij magis vtile, alij delectabile malunt; alij tutum, alij securum, alij stabile quærunt; hi quod colant, illi à quo colantur expetunt. Ita ex varia hominum cupiditate, & ex opinionum dissentione maximus consensus oritur. nos illis scribimus, qui arte, non inclinatione reguntur; aut qui ad propriam confirmandam sententiam, alterius sensum admittunt.

Hi formam in toto esse credant membrorum quandam proportionem, quæ communi omnium consensu laudata sit, cuius nulla alia ratio est, neque modus vllus; nisi qui ab omnibus com-

mendatus est. Nihil enim aliud caput toto ventre minus, & spectabilius reddit; nec alia ratio est, cur medius digitus pollice longior; hic illo crassior esse debeat. Ex magnitudine, & ordine forma oritur; & ordo est, qui ex pluribus vnum facit; eòq; spectabilior forma est, quò simplicior, & magis vna, & Deus pulcherrimus dicitur, & idem maximè simplex.

In toto corpore primò se se oculis offert vniuersa cutis, quæ tota vnius naturæ esse debet lęuis, mollis, suauis coloris, aliàs candidi, aliàs rubore suffusi, ità carni adhærens, ne ab ea manu discerpi possit. talem habet homo bono corporis habitu præditus, pacatoq; animo, nisi exercitatione aliqua, seruiliq; negocio vitiata sit.

Caput membrorum diuinissimum a Platone dicitur, in quo formæ summa species est, & procerum habitum reliqui corporis ei subiecisse Deum arbitratur ad faciliorem capitis progressum, & pro vehiculo illius. Eius externum decus precipuum est in capillo. Fæmina capillatior apud omnes nationes commendatur. in viro pro more gentium varia capilli gestatio est; alij enim oblongos malunt, alij ad cutem tonsos, alij abrasos; & id pro dignitate cuiuscunque est, quod consuetudine suadetur, ex qua prudentia viri comprehenditur; quia nutrire, tondere, aut abradere capillos ex arte est, iccircò prudentior, & lenioribus moribus præditus iudicatur, qui consuetudini obsequiosus plurium sequitur arbitratum. in fæmina vbique gentium laudantur capilli quàm longissimi, multi, tenues, simplices, molles, medijq; coloris inter nigrum, & aureum, nitidi, in ceruice inuersi, & quasi in anulos orbiculati, atq; in temporibus comæ quasi vndæ prolabentis. Frons sine rugis, lata, candida, ad tempora vtrinque leniter compressa, & nulla vena intersecta laudatur.

Supercilia nigra, si niger, aut prope niger capillus est, secùs eius colorem sequi debent, nitida, & a parte interiore, quà nasum spectant, latiora sint, & indè falcata, & leniter extenuata procedant ad tempora. Quæ recta sunt, animum mollem nimis significant. Spatium, quod è regione nasi est, suprà eius

radicem

radicem interiectum glabrum apud nos commendatur, præsertim in muliere, est enim integritatis, & simplicis animi indicium. Verùm apud quasdam nationes eò magis probatum est, quo magis pilis absitum est. Pili hac parte oborientes vbiquè acris ingenij indicium sunt; quarè hoc magis penditur apud eas gentes, quibus literarum studium abreptum est, & opus habent ex integro sibi prudentiam comparare; at verò apud nos, qui indies a sapientiæ professoribus erudimur, minor ingenij vis exposcitur, & pluribus eruditio pro natura est, qui aliàs ignaui haberentur, &, quod eruditione additur acriori, abusum inducere ingenij creditur, ideòq; suspicionem mali moris præsefert.

Oculus mediocris magnitudinis pro consuetudine laudatissimus est, quidam aptæ compositioni membrorum obsequiosus ad rithmũ mouetur, hoc ipso delectat, & dulci venustate suauis, quocunque aciem intendit, eò vsque spectabilis est, & intuentes omnes quodam lepore suffundit. Oculi venustas non nisi ex atro colore est; adeò vt ne quidem eius alba pars præcandida esse debeat. Acies prænigra, & quod inter aciem, & album est, eius coloris sit, qui floris lini est, sed paulo dilutioris, post eum colorem in hac parte nigredo laudatur. Vtcunque fulgore quodam nitescere debet. nigredo ingenium, pallor grauiam, splendor impudentiam, hilaritas modestiam, paruitas angustum animum, pinguedo misericordiam, & lasciuiam significant; promptus in oculis motus sit, cui palpebræ obsequantur pilis munitæ nigerrimis.

Sub oculis malæ leniter extuberantes, paululùm viuidiore rubore suffusæ pro ratione vniuersæ cutis speciosæ sunt, præsertim in muliere, quæ rariore carnis habitu prædita est, in qua sanguis faciliùs erumpit.

Inter malas nasus ab internis oculi angulis descendit, paululùmq; priùs contractus expanditur, iterùmq; leuiùs contrahitur, ac in mollia tubera desinit, ab hoc præcipuè mundiciæ, & bonus odor exposcitur, ne formam vitiare dicatur.

Aures neque inhærere debent ossi, quod post eas est, neque eminere ab eo prorsus diductæ, tamen hæ, quanquàm speciosissimæ,

mæ, nihil ſpectabile præſeferunt, ſed deturpant valdè, ſi aut lata, aut longa, aut erecta, aut ſordidæ fuerint.

Oris ſpecimen præcipuum in eius ſciſſura eſt, in cuius ſuaui motu, & propta diductione gratiæ notæ habentur floridiſſimæ; in ea reconditi mores renident; & non tantùm leni, & lepida oratione animi ſenſa pateſaciunt labia, ſed etiam ſi non loquantur internos motus produnt. ea ſciſſura, ſi vſque ad aciem vtrinque extendatur, ſatis eſt; vſque ad oculi angulum externum etiam in ridente nimia eſt; ad angulum oculi internum amariuſcula eſt. hanc ſciſſuram labia conſtituunt, quæ non cute, ſed tenuiſsima clauduntur membrana, eaq; interna ſanguinis purpura decoratur.

Mentum ſub inferiore labio radicem habet ſinuoſam, vnde procedens leuiter imminuitur, non tamen debet in acutum deſinere, ſed molli tubere terminari. ſpecioſumq; habetur à nonnullis, ſi in eius tuberis ſede paruulus ſinus fuerit, qui in muliere certè venuſtatem quandam habet: in viro tamen leuioris animi indicium creditur, & nihil ei addere, aut decoris, aut dignitatis.

Collum oblongum, teres, præcandidum eſſe debet, & in fæmina præſertim nulla cartilaginis eminentia aſperum, nullius venæ conſpectu interſectum.

Pectus latum, & colli candori æmulum ægregium eſt; ſuper quo ſatis eſt ſi in viro papillæ appareant; in muliere mammæ vtrinque debent eminere, ſed non multæ magnitudinis tubere, & eius candore nitentes, qui in fronte, collo, & reliquo pectore laudatus eſt.

Brachia eius longitudinis ſint, vt extenſa eorum ſummi digiti ad mediam coxam pertingant, prompta, & agila, quorum motus, & velocitas olim erat ſpectabilis ad rithmum prærupta; ita enim lacertorum obſequium præſeferunt, quo facilia, & expedita breui tempore omnem animi percurſionem ad varias imagines proſequuntur.

Manus brachiorum terminus, & decus ſunt, quæ oblongæ, & leues commendantur, in quibus non niſi cutis apparet; nec

nerui,

nerui, aut venæ chorda emineat, tantùmq; ad digitorum radices sinulos, & ad articulos eminentias habeant vix oculo perceptibiles.

Ilia angusta, venter paruus, crus agile, & propè talos extenuatum, pes breuis, quiq; in cæteris manibus respondeat. cætera, quæ conspectum fugiunt prætermitto.

Hæc spectanda sunt in homine diligendo, nec iudicare oportet qum dilexeris, sed diligere postquam iudicaueris.




LIBER TERTIVS.

DE DECORATIONE.

PARS PRIMA.

De Toto.



NIMI tranquillitatem præ cæteris ad generationem conducere iam dictum est, & ad id excitari, & reprimi, allici; & repelli a forma. Cauendum itaque ne qua labe corporis aut viri, aut mulieris iucunditas ista turbetur. Est tamen in muliere formæ cura decentior, & quia fastidij delicatioris est, & quia aliorum bonorum egentior; plurimumq interest ad spiritum semini, & robur tribuendum; atque demendum, auidus ne vir eam adeat, an nauseabundus. Et quanquam satis, superq; naturæ impetu effrenari videatur homo. Non tamen nulla forma credenda est; nec bonum adeo celebre frustrà datum humano generi licet arbitrari; sed potiùs irrationalis animalis esse, naturæ impulsus expectare, & eius arbitrio regi.

De Opimo. Cap. I.

VITIA formæ aduersa ad totum corpus spectantia sunt crassitudo, gracilitas, & dissensus. Opimus homo, seu crassus dicitur Græcis παχὺς Arabibus; [illegible] & est, qui habitu corporis prædictus præpingui; in quem plerumq; anima diffusa hebetior esse consueuit, vnde a παχὺς nostrū vulgus viros habetes, & ineptos παχύνοντο vocat, & ex eo semen obtusum exire, & eneruatum: nec tantum formæ hoc vitium obest, sed refert Hipp. mulieres, quæ præter naturæ cursum crassæ factæ sunt, non concipere, quia omentum multum, & crassum incumbens os vterorum deprimit, ne possint genituram suscipere: & aliàs mulieres pinguedine carnis, & humiditate steriles fieri, quia vterus, etiam si susceperit semen, nequeat continere. A. ist. commune id vitium maribus facit; & quæ pinguescant animalia, minus esse fæcunda asserit siue mares, siue fæminæ fuerint. Quantum enim aliàs ex sanguine proficiscitur ad genituram, & semen genitale, in his consumitur in seuum, & adipem. Homo crassus fit ab caloris defectum: namque id, quod caloris pabulum esse consueuit, deponitur, & concrescit; atque, si calor parùm deficit, caro gignitur multa, & ea crassitudo, quam Græci [illegible] dicunt. Si calor magis defecerit, tunc pinguedo oritur; quarè omnia, quæ calorem obtundunt, crassum etiam, & opimum faciunt; & quanquàm aer crassus, & frigidus, quia ventres concludit, videatur calorem augere, iuxta Hippocrates regulam, ventres Hyeme, & Vere calidissimos statuentem; vbi Galenus ait calore crassius corpus effici tamen id sequitur, vbi frigus per vices alternatur

De steril. T. 15.

De aere, aq. & loc. T. 48.

2. de part. an. C. 5.

1. Aph. 15.

tur, non vbi assiduum est. Itaque apud nos, vbi calor maior fuerit, & in montanis regionibus, tenuiores homines sunt, & magis calidi: apud Scythas verò, vbi assiduus ab Vrsis flatus est, crassiores sunt, & frigidiores: ac pariter ex aere conceptioni minus oportuni. Opimos igitur facit aer crassus, validum alimentum: multum, & sæpe ingestum, potus aquæ, aut vini plurimi dulcis, aut melicrati; somnus longus; exercitationum dimissio, & otium iners, atque ignauia; excrementorum retentio, aut diuersio, balnea, frixiones; & animi quies.

Crassitudo timeri potest, vbi corporis habitus est frigidus & humidus, vbi mores suaues, mentis hebetudo, inertia. Si homo plurimum ingerit, tardè concoquit, inconcoctum digerit, parum egerit, obesus ferè exit: qui tardè pubescit, qui pilos, & seros, & raros habet, cui venæ angustæ sunt, caro mollis, respiratio rara, & leuis.

Opimi cura exiccatio est. si tamen prorsus ex natura est, sine cura est. Et potius à coniugio abducendus hic est, & ad alia officia ciuilia traducendus, quàm curandus; qui verò ad quadratum corporis habitum vergit, quia recessus minor à naturali statu est, curationem admittit. Gal. 14. method. C. 15

Fœminam purgare oportet, & pharmacum deorsum purgans bibendum dare, & ad vteros apponere, quod purgat, & flatum inducit, inquit Hipp: non prorsus vt attenuetur, sed vt concipiat. Idem quoque præstaret, sanguinem frequenter mittere, nisi inde refrigeratio sequeretur, & habitus fieret humidior. De steril. I. 15.

Sed in omni naturali habitu nihil æque prodest, vbi remouendus est, atque victus ratio in consuetudinem habita;

sola enim consuetudo naturæ aut comes, aut æmula est. Ideóq; aer eligatur tenuis, a vaporibus alienus, sub Sole, & montanus; quem homo neque calore æstuosum, neque frigore rigidum fugiat. Sed aut nudus, aut propè nudus excipiat; siquidẽ æstus exiccat corpora, frigus indurat, ille humorem soluit, hoc exprimit. Cibi sint minimi nutrimenti, sed multæ molis, vt facultas laboret concoquendo, nec proinde succum lucretur. eius generis est panis ex panico, aut milio, caro salita, oua dura, omnia olera, præsertim ex aceto seruata aqua subsalsa bibenda est, aut vinum perquàm vetus, & quantum sustineri potest acidum; acetoq; omnia cibaria condienda sunt, & sale multo. Noctu, & interdiu vigilandum est. Exerceri plurimum presertim ante cibum, lauari ieiunum in aqua marina, aut certè salsa, diù in baleno, & fortiter fricari, meliùsq; est, si homo se ipsum fricet, & lauet, vt addatur lotioni labor, & sudor. Prodest etiam sub Sole in arena volutari, & sub eam merigi, aut, vbi arena non est, cinere vtis eamq; aqua marina, aut aliàs salsa miscere, ac totum corpus his plasmare. & sinere sub Sole, donec exiccetur. Idem præstabit lutum ex balneo, præsertim aluminoso, & salso; posteà abluere aceto, & vngere oleo laurino, ex euphorbio, aut alio ex his, quæ validè exiccant, Excrementa sepè mouenda sunt, & etiam sine necessitate aluus ducenda acribus clysteribus, & validis, multoq; sale confectis.

OFFI-

OFFICINÆ.

Ad Extenuandum craßum.

Recip. Troch. e Lacca
Viperis
Rhabarb
Absynth. } añ. ʒ. ss
Conf. anachard. ʒ. 1
Cum oxym. scylli q. s.
fiat Elect. cap. hyeme
ʒ. horis ante cibum.
ʒ. ss.

vel

Recip. Rutæ syluestris
Aristoloch. rot.
Polij montani
Gentianæ } añ. ʒ. 1
Salis viperini ʒ. ss
Conf. antiq; Mythrid. vn. ss
Ex aceto acerrimo fiant
pilulæ cap. hyeme mane scr. 1. ad ʒ. 1. vt sup.

vel

Recip. Boli fini
Spodij
Mastiches
Myrrhæ
Sandal. citrin. } añ. ʒ. ss
Conseruæ ros. antiq. vn. ss
Ex aceto acerimo terantur c. æstate ʒ. 1 mane

vel

Recip. Triferæ min. vn. ss
Centaurij min.
Rutæ sylu.
Sandaracæ
Myrrhæ } añ. ʒ. 1
Elaterij scr. 1
Oxym. scylli q. s. formi. elect. S. A. cap. ʒ. ss

De Gracili. Cap. II.

GRacilitas apud latinos, ἰσχνότης apud Græcos, ... apud Arabes est corporis habitus tenuior, pro vt opponitur opimo, & crasso, & distinguitur ab infirmo. Apud Nonium pro eodem habetur gracilis, et obesus; facit enim adiectiuum ab obedo, & obesum, quasi exesum, & circumrosū, & consumptum dicit. Verùm posteriores latini, vt refert idē Nonius gracili obesum opposuere; quasi ob id, quòd multum edere viderentur, qui ità opimi essent. Obest hic habitus genera-

nerationi, quia decus cum carne in eo absumitur; et fœmina præter modum gracilis aut nullum alimentum fœtui præbet, aut nimis acre præbet. In viro semen acrius, et densius est, quàm conuenit ad generandum; prætereà homo gracilis citissimè emittit semen, nec tantum moræ fœminæ concedit, vt saltem vterus commotus madescat, et semen amplectatur. Item in fœmina tenui hiat os vteri, nec semen continet. cæterùm expositorum ossium durities siue in mare, siue in fœmina sit, congressum infestum facit; neque enim viri est, vt perforetur, nec fœmina ad dura excipienda vbique idoneas partes habet: ideò ossa vtrinque infesta sunt

Gracilitas ab infirmitate distincta semper à nimio calore pendet, quo et humor omnis, et caro consumitur; siue calor ex natura, et a bortu sit; siue victus ratione aquisitus, quæ illi fuerit opposita, à qua crassum fieri diximus.

Signi hoc vitium non indiget; talis enim homo magìs per se apparet, quùm minùs videtur. An verò causas habuerit procatharticas, an talis ex natura sit, relatione potiùs, quàm nota vlla fit manifestum.

In hoc vitio omnis cura habenda est, vt calor refrágantur, et humor inducatur; lentè tamen, & lenibus, quia frigus est ossibus inimicum, et neruis, ex quibus pænè constitutus gracilis est totus.

Si gracilitas ex natura est, parùm spei est, aliqua tamen spes subest, si diù, si accuratè gracilitati prospicimus. Si verò a victus ratione procedat, facilè erit vitio succurrere victus ratione opposita. In vtraque gracilitate ætas aliquid promittit, per quam continentèr calor imminuitur, & quò faciliùs medici calidam intemperiem extingui, quàm frigidam calefieri

fieri eò facilius tenuem replere, quàm opimum, aiunt, attenuare possumus. Multosq; vidimus ab adolescentia tenues, qui ad senectutem vergentes opimi facti sunt.

Ad curam omnia, quibus hominem crassum fieri diximus, adhibenda sunt; fricare leniter post cibum; vngere lenibus vnguentis, vt rosa, medullis, oleo ex amaris nucibus; picare, plasmare semine lini, fœnugræco, radicibus ibisci, et quæ sunt huiusmodi.

Pharmacum omne prorsus alienum est, præsertim catharticum; et quæ chirurgica dicuntur, quia manu perficiantur, qùm lenia requirantur, ad id genus præsidiorum transferri possunt, quod victus ratione medetur.

Aer probatur crassus, et pinguis, sub montibus, sed longè a mari, in quo etiam vitandi sunt omnes excessus caloris, et frigoris, si non aliàs, ædificijs, et vestibus. Cibi optimi alimenti eligantur: eorumq; quamplurimum semper aßumatur, dummodò conquoqui valeat. Bis die potius oportet, quàm semel cibum capere, & etiam frequentius si concoquit. Panis parùm coctus laudatur, & mollis, omniaq; edulia ex frumentaceis, et oriza cōmoda sunt, vt pulticula, laganum, amylum, alica, prisana, tragum, item lac, caseus mollis, oua sorbilia, caro vituli, et alia caro animalis iunioris, præsertim elixa, et omnia iurulenta, pisces molles, ostreæ, pectines, conchilia. Statim ab absunto cibo dormire, et noctu, et interdiu. Parùm exerceri, et, quando gracilis post cibum fricandus est, et leuiter, et aliena manu fricandus est, ne laboret. Nisi aluus respondet mollire potius, quàm ducere, aut mouere conuenit. Idq; præstare potest clyster ex iure pingui, et sapa,

ſine ſale. Semperq; ab eo, qui replendus eſt, quaſcunque animi perturbationes arcere opportet.

OFFICINÆ.

Ad Incraſſandum.

Recip. Amygd. dulc. lib. I
Piſtach.
Nucle. pin. } ã. vn. iij
Saccaron lib. I. ss
M. fiat paſta S. A. cap. vnc. ij mane, ſuper bibendo vini dulcis lib. ss

vel

Recip. Sapæ
Farinæ triticeæ
Butyri recentis
Auellanarum } ã. lib. ss
M. fiat paſta vt ſupra

vel

Recip. Draganthi
Semin. papau.
Been albi,
Rubri } ã. ʒ iij
Butyri rec. q. s. vt fiat paſta, quæ diſſoluatur pulticula, ad vn. ss capiat mane, quotidie vt ſupra.

vel

Recip. Panis ſimilacei
Amygd. dulcium
Saccaron } ã. lib. ss
Draganthi vn. ij
M. ſumat quotidie vn. ij. cum lib. I. lactis ouini

vel

Recip. farinę hord.
Cicer
Tritic. } ã. lib. 8
Semin. pap. albi
Penidiorum } ã. vn. I
Saccaron lib. I.
M. fiat paſta S. A. cuius capiat mane vnc. ij. cum lacte ouino per æſtatem.

De Pomilione. Cap. III.

HOMO qui latinè pomilio dicitur, Græcè νάνος Arabicè, vt arbitror eſt, qui paruulus exiſtens caput habet magnum: et differt à pigmæo, quia pigmæus paruus quidem eſt, ſed membra proportione aliqua reſpondentia habet; pomilio pro reliqua corporis mole caput longè maius habet.

Si tantùm spectes hominis caput, Hectora credas,
Si stantem videas, Astianacta putes.

Vitium est in fæminis præsertim indecorum, quas vel nomine Nanij, vel Glyceriæ comici irrident. Huius causam tribuit Ar: vteri angustiæ, in quam cum plurimum seminis feratur, nec latè possit in integrum puerum digeri, in caput absumitur, vt quod in se cerebrum habet ad vim seminis excipiendam aptissimũ. Extrà corpus nullam causam possumus suspicari, ex qua hoc vitium oriatur, nisi quæ possit vterum arctare vt compressio, & obligatio. Quarè poterit fortasse præcaueri, sed non curari; atque occultari, sed non remoueri. Occultatio in pumilione promptior est, quàm in pigmæo, quia, si hic aliquo supposito eleuatur, eius caput non respondet alijs membris; at pomilio quo magis eleuatur, eo magis proportio redit; quæ eleuatio in femina melius sequitur, vt quæ vestibus ligneum agumentum tegere potest. Sed oportet ab incunabulis manu caput reformare, & concinnare; quod sequitur, dùm adhùc tenerum est. Dein, vbi fæmina incæperit secura ambulare, necesse est aßuescat, pedi lignis suppositis, incedere; & primò crepidis altioribus, mox a pueritia soccis ludere, & currere; vt, vbi ad grauiorem peruenerit ætatem liberè, & sine ad miniculo cothurnis vti possit.

PARS SECVNDA.

De Pilorum Craßitudine. Cap. I.

Cappilli decus olim solis mulieribus cordi fuit, & iã viri cura est. Ex capillo corporis habitus, & temperies

proditur, nec leuat gratiæ notæ ex eo pendet. Eius differentiæ ab Arist. recensentur durities, & mollities: longitudo, & breuitas; rectitudo, & cirratio; multitudo, & paucitas; albedo, & nigredo. Sed de his tantum a nobis dicendum est, quæ formam vitiare possunt. Ex his duritiei comitem primò pendere oportet, quæ à latinis crassitudo, a Græcis πάχος ab Arabibus [Arabic] dicitur; quod vitium arcendum potius a capillo, quàm a barba est. Qualis cutis est, tales pilos esse Hipp. retulit, quia humor idem & cutim, & pilos nutrit; itaque si humor crassus est, qui ad cutem allabitur, & cutis, & pilus crassus oritur, & si cutis densa est etiam si pili tenues oriantur in his pro crassitie durities est, & vtraque ratione homines hirsuti fiunt, quia plurima excrementi copia ad cutim fertur, dummodò vnà calor multus in homine sit, quo ea excrementi copia possit expelli. Itaque homo pilis obsitus, non ab excrementi copia, sed ex calore libidinosus est, a quo excrementum expellitur; & ità interpretandum Arist. censeo qui meridianis regionibus pilos duriores nasci, & si homines molliores sint, asserit: quod non sequeretur, nisi a calore fieret. Et homini abrasus pilus durior subnascitur, ouibus mollior, quia oues per vniuersa cutem pilos emittunt nec potest subinde calor sufficere in totum diffusus; in homine verò facilè potest augeri calor partis, qua sub pilo est; quia pilus non nascitur in eo, nisi vbi glandulæ sunt, vt Hipp. tradidit & glandularum natura est semper contrectatione excitari, & attrahere. Et eadem ratio est, cur pilus in oue durior sit, quò prolixior est, in homine uerò, quò longior, eò mollior; quia in vtroque primò celeriter, posteà tardè increscit pilus; sed in oue mora, vbi pilus elongari desierit, in latum crescit, & fit crassior, & durior; in homine

Democrit. ex Hipp. epist. T. 37
l. .de gen. an. C. 3.
De nat. pueri T. 19.
Ar. de gen. an. C. 3.
Ar. 4. de gen. an. C. 4.
10. prob. 36
10. prob. 24
de gland. T. 2.
10. prob. 25

vbi glandula quieuerit, nec agitata est, calorem remittit. Nisi fortasse in viro leuior pilus potius apparet, quàm sit, quia, vbi prolixior est, etiam flecti facilius potest.

Pilorum itaq; crassitudo ex plurimo calore procedit, a quo & cutis crassior fit, & excrementi multitudo depellitur. Et si, qui crescunt plurimo calore præditi sunt, & tamen pilos habent molliores, id euenit; quia adhuc excrementum in totius molem digeritur.

Ad curam oportet excrementa ad cutem tendentia tollere, aut attenuare, cutem mollire, & calorem tum intrà corpus, tum extrà imminuere.

Quæ prosequi aliqua ex parte possumus, aut saltem sine vitæ discrimine tentare.

Ad hæc proficuum erit vniuersum corpus fricare, præsertim eius infernam partem, vt excrementum & a capite, & a facie retrahatur; sæpè pectere, vt allapsum efferatur, atque vngere capillorum radices oleo ex amaris nucibus.

His prosunt medicamenta omnia, quæ crassos educunt succos, vt elleborus, agaricus, gnidi semen, filicula; verùm in tam leui re grauia adhibere laudabile non est.

Quamobrem satis erit victus ratione curam prosequi, & lenem subire aerem, mollem solum colere, nec se aut hibernis tempestatibus, aut æstiuis caloribus durare. cibi leues sint, & iurulenti, potus vinum album, pauciferum, & plurima aqua refractum; dormire quamplurimum; parùm exerceri; sæpe excernere; omnesq; animi perturbationes fugere.

OFFICINÆ.

Ad Leniendos Capillos.

Rec. Olei Amygd. dul. } ℥ vn. 1
Amarã }

Rad. Draguneuli } ā. ʒ. ss
Bryonię }
Aristolochiæ }
Panacis }
Contusa bulliant & liniant capilli.

De Pilorum Tenuitate.

Cap. II.

Tenuitas βειὸς seu est pilorum qualitas crassitudini opposita, proindeq; oppositas causas, & curationes habet: inter quas nihil tutius est, quàm plurima exercitatione, & frequenti abrasione pilos roborare; capillus verò in muliere numquam vitiose tenuis est, si etiam longus est; in viro parùm dignitatis habere creditur, quia durus fortem, mollis timidum arguit; & craßus pro duro est, tenuis pro molli. Cæterùm cutem densare, & excrementa adducere tutum non est, quia hæc caput in discrimen trahunt; labor optimus est, qui, & pilos indurat, & corpus firmat: arma, pila, cursus venatio probe exercent; at demùm victus ratio instituenda est directè proximæ aduersa.

Arist. phy siogn. C. 4

OF-

OFFICINÆ.

Ad Durandos Capillos.

Recip. Ladani vn. ss
Olei omphacini }
Vini austeri } ã. vn. ss
M. leuigentur, & ad ignem misce pro linimento.
vel
Recip. Gallarum virtid. vn. ss
foliorum nupiasi. }
Sumac } ã. m. I.
Rosarum }
Cineris cerri lib. ss
Aq. plamaginis }
Rosarum } lib. I.
Bull. omnia simul & coletur decoctio pro vsu.

De Capillorum Breuitate. Cap. III.

B*Reuis capillus, seu* λεπτότης دقيق القليل *est, vel qui parùm increscit, vel crescens obtruncatur, & finditur, vel breuis apparet, quia crispus est. Hic differt a tenui, quia ille veluti lanugo emortua est, hic pili figurã habet, sed non protrahitur: animiq. contracti, & angusti indicium creditur, vitaq; minari breuitatem, quia vel ex solido, & minime lento est excremento, si non extenditur, vel aquoso, & incompacto, si frangitur; vel ex arido si cirrantur, his enim radicalis humor breui consumitur, nec ità facile exiccari, quod pingue, & lentum est, inquit Arist. lentor enim ex pingui est. Et quamuis ferè viri opimi, & crassi, breues, et raros pilos habent, id ex modico calore est, ob quem pinguedo, quæ alias in pilos abiret, concrescit, et intus manet. Pilus, qui frangitur, vel aquoso, vel acri, et nitroso succo alitur; non enim humor hunc frangit, qui incute est, quia hic à radicibus tolleret,* 3. de gen. an. C. 3.

Qui

Qui cirrantur; ex naturali corporis habitu ad siccitatem vergente cirrantur: calor enim a corpore expirans humiditatem absumit, & hoc ipso partem eius demit. &, cum pilus contrahi non possit, quo modo potest, contrahitur, & summũ caput ad radicem crispiculans conuertit.

An capillus ex alimenti duritie breuis sit, an eiusdem acrimonia obtruncatus comprehenditur, quia, vbi alimentum deficit, ferè vbique eodem modo se habet: & singularum partium data proportione vbique breuis est, dùm verò frangitur, etiam in eadem parte alter breuis, alter longior est: quia non omnes æquè franguntur. Qui breuis est, quia in arido radices habet, concinnulus est, & ad extremitatem tenuior integer agnoscitur; alter quasi concisus apparet; crispus quoque per se potus est.

In eo, qui breuis est, & integer, oportet alimentum addere lentum, & pingue; in eo, qui illiditur, humorem acrem, ac nitrosum demere; in crispo, si nimium est, humefacere oportet.

Quibus scopis satisfieri nec admodum arduum est, nec hominem in aliud discrimen profert. Itaque vniuersa cutis, & præsertim capitis leniter fricanda, & vngenda est. Aer ferendus est æstuosus, & calidus, præter quàm in crispo. Cibi validæ quidem sed facilis materiæ, vt duci possint, comedendi sunt; vinum bibendum validum, recens, sub dulce. Alternatim vigilare, & dormire, sed dormire potius. Exerceri mediocriter, & cætera omnia æquè partiri: ne ex ignauia corpori alimentum deficiat, neue exercitatione, et alijs victus rationis generibus adeò calor inualescat, vt acriores succos gignere possit; et capillos ampliùs crispare consumptione humiditatis.

OF-

OFFICINÆ.

Ad Producendos Capillos.

Recip. seminum Altheę vn. i
Oleĳ com. vn. ĳ
Bulliant. ad conf. vng. pro lin. abluendo caput decoct. eiusdem seminis

vel

Recip. Pinguedinis suillę lib. ĳ
Sem. Lini
Fenigręci ã. vn. i
Maluæ
Dragmth. vn. ss
Incidatur minutim pinguedo & extilletur & extill. inung. capilli.

vel

Recip. Anguillam pinguẽ lib. ĳ
Aquæ com. lib. iiĳ
M. & coque, donêc aqua consumpta fuerit, & adde.
Pingued. Gallinę
Mellis colat. ã lib. ss
M. & liniantur capilli ad Solem.

vel

Recip. Olei Amygd. d. lib. i
Adipis anseris lib. ss
Pellis anguillę ping. vn. ĳ
Decoct. rad. altheæ. lib. ĳ
Bulliant omnia simul donec vng. fiat constitutio & seru. pro linimento.

De Capillorum Rectitudine. Cap. IIII.

Rectitudo, εὐθυθριξ seu εὐθυθριχία ἀβοστρυχία etiam in capillo damnatur, quia ignaui hominis indicium sit. Ex humore pendet, vnde etiam humentes, & madidi, & molles, et promissi dicuntur.

Plerunque ex naturali corporis habitu procedunt, quandoque etiam ex victus ratione; si sub aere degimus aut fluminis, aut lacus eua portionibus obnoxio; si cibis vtimur mollioribus, et iurulentis, si potamus assiduo aquam; si somniculosi degimus, si ignauia torpidi, et malacia quadam quiescimus.

Ple-

Medici intentio esse debet, ut a toto priùs superfluus humor remoueatur, mox a cute, in qua capillus radices egit, demum a capillo.

Primæ intentioni aliqua ex parte possumus respondere; secundæ qua humor a cute tollendus est, & tutiùs, & faciliùs possumus incumbere: tertiam promptissimè exequimur.

Vniuersum corpus exiccare victus ratione tutiùs est, quàm medicamentis: aerem colendo a fluminibus, & lacubus alienum, & perflatus, & solem ferendo: ciborum vsu aridiorum, pane biscotto, carnibus assis multo sale conditis, & aromatibus, bibendo vinum perquàm vetus, nigrum, & purum, vigilando, venando, aut alio aliquo exercitationis genere membra excitando; quancumque euacuationem quærendo ab aluo, a vessica, a cute, per os, per nares; animumq; semper nouæ alicuius cupiditatis impulsu ciere.

Cutem expurgare possumus linimentis, quæ resoluant; & attrahant, vt sunt oleum e costo, e cariophyllis, ex euphorbio, & similia. Item imponere proderit semina erucæ: nasturcij, radiculæ cum aliqua sinapis portione detrita; item lanam succidam aceto, vel vino madidam, vel decoctione perdicij, seselli, pulegij, ocymi.

Capillus exiccatur ferro calido apprehensus, quem calamistrum vocant, hac enim facillimè arbitrio suo fæmina crispare solet eos, qui in anteriore coma supra tempora, & qui in ceruice sunt. Hodie calamistri alterum genus ad manus fæminarũ est strigili simillimũ, quo non interiorẽ tantùm comæ partem, sed omnem comam prolabentem cogunt inundari. Plinius refert fimi cinere cum oleo capillum crispari; sed quæ non omnino prolapsum habet capillum, nec medicare, nec ferro cogere debet, quia sub his curationis generibus

in-

interdùm capillus caditur, et quæ cirrata esse mauult, ferè glabra fit:

Dicebam, desiste tuos medicare capillos,
Tingere quam possis, iam tibi nulla coma est.

Tutius itaque est oblongis quibusdam linamentis capillos cirrandos excipere, & intorquere, & hoc modo intortos sinere per totam noctem; mane enim linamentis resolutis cincinnata remanet coma; quod leuius quidem; sed tutius præsidium est.

OFFICINÆ,

Ad Crispandos Capillos.

Recip. Aquę com. lib. ij
Salis, vn. ij
Bulliant vsque ad mellis conſt. & adde Mirrę ℥ ij
M. inung. capilli.

vel

Recip. Rad. Alteæ vn. ij
Sem. Lini, Psyllij ā. vn. ss
Aquæ com. q. s. vt fiat decoctio crassa, qua capilli liniantur.

vel

Re. Fænigræci, Hyoscyami, Lithargyrij auri ā. vn. 1.
Trita ponuntur il lixiuio, quo abluuntur capilli.

vel

Re. Cornu arietis tusi vn. ss
Olei comunis vn. 1 ss
Terantur, & his minuti capilli liniantur.

vel

Re. Radicum ebuli, Alteę ā. vn. ss
Sem. Lini, Fænigręci, Erui, Hyoscyami, Psyllij ā. p. 1.
Aquæ fontanæ lib. x.
Bulliant ad consumpt. me dietatis, & colaturæ adde,
Salis gemmæ, Lythargyrij ā. v. 1. ss
M. abluantur capilli

De Pilis Importunis. Cap. V.

NVnquam aut in muliere, aut in viro indecorum creditur capillamentum; tamen terminum quoque capillus habet in capite, in mento, & genis, sub alis, in pube, vt aliàs relatum est: cauendu nq; presertim in muliere ne alterius partis iura occupet, & accuratiùs earum, quæ in conspectu sunt, vt frons est, in quam turpitèr capillus radices agit; & satis superq; ex sexus conditione vitrea est, & instabilis fœmina fortunæ in morem, nec bene aliàs illius imaginem refert fronte capillata. In labro etiam superiori, & in mento interdùm mulier pilos habet; quibus ideò detur pari dicitur, quia ferox nimium proditur, & infœcunda, quùm menstrua defecisse inde deprehendatur, & viri impatientia; quamobrem in terra Caria mulieribus sacerdotibus id euenire refert Arist. & diuinationis indicium habet; neque credendum est ex sacerdotio barbam germinare; sed ex innata quadam virilitate noluisse viris subijci; & propterea sacerdotium quæsiuisse.

3. de Hist. an. C. 11.

Causam barbæ in fœmina arbitrari oportet eadem, quæ vbique pilorum est, videlicet glandulosi corporis propaginem, quæ præter morem in labro fœminæ, aut in mento sit; glandulæ a testibus propagantur, quarè in tali fœmina testes etiam validiores esse necesse est, quod factum credi potest vel ob virilis seminis robur, vel ob menstrui alimentum potentius, vel ex superiùs allata regula, eò quia virile semen læua quidem vteri parte adhæserit: sed medium quoque vterum inter læuum, & dexterum attigerit, vnde virilitatis aliquid susceperit.

Omnis

Omnis importunus capillus tollendus est: quod facilè fieri potest, sed, nisi radices amburantur, & frequentior, & solidior succedit.

Quæ veluti lanugo in facie fœminarum emergit, aut inter duo fila implicata euellitur, aut nouacula abraditur. Psylotra in facie non admittuntur, & quia fœda nimis medicamenta sunt, & quia cutem laxant, & rugas maturiores reddunt. Pili, qui in conspectu non sunt, tàm in muliere, quàm in viro commodè psylotris demuntur.

OFFICINÆ,
Psylotrum.

Recip. Calis viuę vn. iij
Auri pigmenti }
Cumini } ã vn. 1
Pulueri a omnia, & M. in aqua feruente, mox adde cineris vsq; ad linimenti consist, & vtere

vel

Recip. Amyli }
Chalcis viuæ }
Auri pigmenti } ã, vn. 1
M. & cum vsus postulat aqua dilue, & illine.

De Caluicio, Cap. VI.

Caluicium φαλακρότης. *est capitis denudatio a capillo, & causam penè omnes tradunt siccitatem, quod ex eo præsertim suadent, quia mulier, puer, & spado, qui humidiores sunt, non caluescunt. Verùm id verisimile quidem est, sed pro certo statui non potest, quia et in pube, & in palpebris pili in arido admodum sunt, & tamen non defluunt. Alij cutis raritati tribuunt, quæ ex calore hyans soluat capillorum radices; sed neque hoc etiam satis perspicuum est, quia in reliquo corpore cutis admodum*

rara est, & tamen nullam per ætatem pili, qui in corpus diffusi sunt, defluunt; quod si quis colligat, & cutis raritatem, & ariditatem vnà conuenire debere, vt fiat caluicium; huic etiam opponi potest cutem capitis densiorem esse, quàm in reliquo corpore sit, & subiectum habere membrorum omnium humidissimum, nempe cerebrum, a quo assiduò irrigetur, nec permittatur exiccari. His igitur causis non neglectis aliam tamen quærere temerarium non erit, repetendo pilos glandularum sobolem esse, quia præsertim penès corpora glandulosa vis generandi existit. ita vt, vbi plurimæ glandulæ sint, quæ lentā materiam contineant, ex qua pili oriantur, frequens nascatur pilus, vbi pauciores sunt glandulæ, rarior. Cerebrum tanquàm maxima glandula est, et ex eo plurima generandi vis proficiscitur. quarè, quò vsquè per suturas, & poros ossium capitis suæ humiditatis vim impertitur; pili gignuntur; si quandò verò aut ob aeris caliditatem, aut ciborum calidorum frequentem ingestionem, meri potum, aut ob vigilas assiduas, exercitationes immoderatas, excretiones immodicas, & presertìm in coitu, in quo plurimum ex capite decedit, cerebrum exiccetur ità. vt partem superiorem capitis vehemēter non cogat, vnde per suturas superfluam demittat humiditatē, tunc deficit pilorum materia; & capitis pars elatior primùm pilos demittit, &, quia materia deficit, eos non nutrit, & sic glabra euadit. Spado, mulier, & puer non caluescunt, quia semen non emittunt, aut quàm rarò, & si emittunt, id a cerebro non proficiscitur, vt in viro integro: quarè tardius in his cerebrum exiccatur. Nemo posteriore parte capitis caluescit, quia ibi cerebrum incumbit. Etiam qui mento sunt bipartito minus caluescunt, quia vtraque cerebri pars æqua

portione librata est in illis, nullumq; caloris excessum pati consueuere, nec libidine tentari, qua cerebrum absumatur. In his verò, qui calui sunt, varices non admodum magni fiunt quia nihil aliud varix est, quàm vena dilatata; vena autẽ est ex partibus neruosis, quæ ex semine ortum ducere, & a cerebro procedere dicuntur; quarè, si vena dilatari potest, & in varicem conuerti, cerebri vis adhuc valida est, &, quemadmodum sufficit ad agumentum venæ, ità sufficiet ad capillos nutriendos, si quis verò caluus fuerit, eiq; varices accedant, eum rursus hirsutum fieri & Hipp. & Arist. referunt; quod ideò succedere credi potest, vel quia cerebro vis, & materia redit vtrique negotio oportuna, & hoc vix credi potest, vel quia, si ei, qui caluus est, varices magni accesserint, indicium est eum non esse caluum ex cerebri defectu, sed aliam ob causam: videlicet aut alopecia, aut alio morbo, aut humorum acore; & sic non eam esse veram caluiciem, cum qua varices gigni poßunt; ideoq; hirsutos fieri eos, qui verã caluiciem non patiuntur. Non defluunt pili in pube, quanquàm calor in ea multus sit, & siccitas, quia testes sunt corpus glandulosum; ità in palpebris propè sunt glandulæ quàm plurimæ, quibus oculus circùm fouetur: at in mulieris mammiis, & genis glandulæ quidem sunt, sed spongijs similes; quibus transmissus humor excipitur, nec adeò lentus fit, qui possit in pilos verti. Cæci a natiuitate, inquit Aristotil. non caluescunt, quia supponit cæcitatem ex plurima cerebri humiditate procedere; & ex plurimo, densoq; excremento, quo nerui ophtici compressi obstruantur; in cæteris verò qui aut oculi defectu, aut alia aliqua ratione cæci oriuntur, propterea minus caluescere credi poßunt,

6. Adh. 35. 2. de Hist. an. C. 11.

31. probl. 5

quia

quia tardiùs coeunt: ait enim Hipp. pituitam ex coitu calefactam pilorum radices exedere; cæcus verò quùm oculi oblectamento careat ad libidines concipiendas, & non nisi interno impulsu excitetur, naturæ tantùm necessitates sequitur, & non expellit, nisi superuacuum: quarè cerebro nunquàm glutinosum humorem detrahit, quo capilli nutriuntur.

Auxilium itaquè ad caluicium proficuum indicatur, addere cerebro glutinosum succum: non absolutè humorem, quia humor simplex neri non potest, nisi adiunctum habeat lentorem.

Nec omnino sine spe est caluicium differre posse, sed impediri quin tandem aduenit, in homine excitato, & solerti non credo posse; & etiam difficilius duco, hominem iam caluum rursus hirsutum fieri: et ab Auicennæ sententia adhuc sum, qui credit Hipp. & Arist. non loqui de caluicio, sed de alopecia, aut illi simili malo, dum rursus hirsutos fieri referunt.

Vbi igitur curam aggredi licet, & præcauere ab hoc malo. medicamenta adhibenda sunt, quæ summā capitis cutem obstruant, quæ emplastica magìs conducunt, quàm simpliciter astringentia, quia hæc peioris morbi origo esse possent; ea proficua erunt ex omni pinguedine composita ex sebo, medullis; altheæ, maluæ, seminū lini mucilagine, & similibus, &, si quæ adstringentia addantur, misceri etiam poterunt, quæ laudat Auic. attenuantia, vt adianthum, aloem, & similia.

Aer crassus conuenit, & frigidus; cibi multi, validæ, & lentæ materiæ, vt rostra, vngues, cerebrum, testes, cerebellum, cutis, vuluæ, ventres, caudæ præsertìm magnorum ani-

animalium, & caro iuniorum: panis modice coctus esse debet, & sine fermento; oua sorbilia optima sunt, alica, pulticula, laganum, oriza, caseus recens: pro potu melior mulsa est vino, si vinum bibendum est, esse debet dulce, album, & recens; dormire quàm plurimum conuenit, somno enim caput repletur, parùm exerceri; ad naturæ tantùm necessitatem excernere, & præsertìm concubitum vitare: & nimiam hylaritatem.

OFFICINÆ.

Ad Caluicium.

Recip. Thuris, Ladani, Myrræ. ã. ℥ i. ss
Medullę cerui, vituli ʒ. iij
M. pro linimento.
vel
Re. Mucyl. sem. cydon, Psyllij ã. ʒ. i
Succi portulacæ ʒ. i. ss
Ladani ʒ. ij
M. liniatur summa cutis capitis.
vel
Recip. Rad. Alteæ ʒ. i5
Sem. Lini, Fænigræci, Psyllij ã. ʒ. ss
Bulliant in decoctione capitis castrati; qua decoctione sinciput obliuatur.

De Alopacia. Cap. VII.

Αλωπεκία tàm græcè, quàm latinè dicitur; a græcis enim solidum nomen latini accepere الثعلب Arabicè; est vitium, quo in capite, aut barba capillus decidit, et cutis glabra euadit; differt a caluicio, quia hoc non nisi post pubertatem, non nisi in viro, eoq; integro fit: oriturq; in anteriore capitis parte nec cutem vnquam fœdat. Alopecia pueros quoque apprehendit, et fœminas, et castratos: in qualibet capitis parte oritur, et etiam in barba, nec subiectæ cutis na- Trall. lib. 1. C. 1

naturalem colorem relinquit. & hoc nomen alopeciæ habuit, quia vulpes, quæ ἀλώπηξ dicitur, simili morbo solet depilari. Euenire hoc malum Galenus refert eadem ratione, qua stirpibus accidit, dum corrumpitur, aut arescit cortex: siue id fiat penuria nutrientis succi; siue corruptione, ita emori, vel immutari cutim ob vitium subiecti humoris, ita vt pilos nutrire non valeat: aut nequeat radices eorum sustinere. Cuiquumque humori imponit hoc vitium Auicennas, lib. 4. F. 7. T. 1. C. 5. *videlicet vtrique bili, pituitæ, & sanguini. De bile intelligendum est, vbi a cæteris humoribus seiuncta fuerit; de sanguine, & pituita, vbi plús, quàm consueuere, bilis receperint, aut vbi corrumpuntur.*

Ex causis, quas primitiuas vocant, damnare oportet aerẽ vapidum, qualis propè sulphurea balnea, & à mari esse solet; cibos acres, quiq; facile aut corrumpuntur, aut bilescunt; ut caro recèns natorum animalium, & porcelli; aromata omnia, & salgama: Item caro salita, aut aliàs præpinguis; vinum salsuginosum; vigilias diuturnas; exercitationes intempestas; alui adstrictiones, & frequentem concubitum; animiq; validas perturbationes.

Vitium conspicuum est, quia cutis indecorè glabra est; sed cuius nam humoris vitium sit, inquit Oribasius, ex colore cutis cõprehenditur: si enim cutis albida est, pituitã exuri, et corruptam subditiũ est, si nigrior, melancholiã subesse, si flaua, bilem. Sanguis peculiare signũ sui nõ habet. quia, si suum seruat colorẽ, & integer ad cutim allabitur, vitiosus non est. Dum verò corrumpitur, tenuior eius pars in bilem flauã vertitur, crassior in atram, & ferè, si scalpello glabra cutis tentatur, pro sanguine serosus humor effluit, & graueolens. Malum instans agnoscitur, quia, antè quàm pilus decidat, solet immu

immutari cutis color inde, dùm summa pellicula emoritur; quod momento non fit, prinùm pili extenuantur, posteà excidunt: Quarè, vt curetur, opus est ante omnia corpus ab his uitiosis succis expurgare, dein humorem vitiosum, quo cutis imbuta est, educere, demúm cutem roborare, & causæ generanti eos humores occurrere.

Si enim, cutis parum vitiata est, restituitur in pristinum statum; si prorsus corrupta est, excidet, & pro ea succedet integra. Fit hoc vitium in barba, & in capillo, & in omni ætate accidit, & in vtroque sexu: quod in barba est pertinacius malum est, fædissimum est si fæminæ capillus defecerit. Et, vbicunque sit nunquam sine curatione sanari creditur: increscit malum in alijs celeriùs, in alijs tardiùs; spei minùs seruat, quod tardè incedit, vt quod a lento humore fieri cõprehenditur. Item peius est, quod densam cutem, & subpinguem, & ex toto glabrã, & alieni coloris fecit, & meliori semper successu curari poterit, si statim ac pili imminuuntur, cura adhibeatur. Venæ sectio non conuenit in hoc morbo, in quo prauus est succus in singulari particula, ad quam potius sanguis integer traducendus est: quod priùs tentare oportet fricando panno aspero, & applicando cucurbitulas. At, si sub his medicamentis venæ frontis intumescant, tunc erunt incidendæ, nõ tantùm vt humor immixtus ex parte euacuetur sed ne venæ tumentes acriori sanguine repletæ disrumpãtur. Si cucurbitulæ parùm proficiunt, & cutis etiã exasperata nõ rubet, rebellẽ agnoscere morbũ oportet, et ad validiora præsidia deuenire, et priùs alopeciã fouere spõgia ex aceto madida, in quo thapsia, et erucæ semen decoxerit: mox cutis scalpello incidenda est, aut sinapismo rubificanda, aut lactucæ syluestris succo, quam tythymalum vocant, irritanda, et quamuis

Q vlcus

vlcus in hoc malo verendum sit, tamen, vbi valida præsidia nil proficiunt, etiam vrenda cutis est, vt decidat. Purgatio iuxta humoris vitium instituenda est; & presertim purgandũ pillulis ex aloe, & colocynthide; si præualet bilis
lib.6.C.55 *atra, elleborus addendus est. ex Aetio: si bilis flaua scammonium, si pituita, hyera. hac etiam cautela adhibita, vt, si pituita infesta est, post purgationem per cathartica, etiam his, quæ per os singulari ratione caput purgant vtamur. Vt mandendo, quæ ex myrobalanis chebulis, ex alumine, & sale conficiuntur, retinendoq. intrà os; & gargarizando decoctione saluiæ, & staphis agriæ, addito momento aceti scyllitici.*

Cæterùm aer calidus optimus est, præsertim in adhibendis medicamentis, in quibus omne frigus fugiendum est, vt potè ossibus inimicum; alimenta sint boni succi; somnus ad satietatem, & operto capite; exercitatio frequens; & balneum purgato corpore, excretio, quãtùm ferri potest, crebra, & presertim nouaculæ vsus frequentissimus; & animi quies.

O F F I C I N Æ.

Purgans Choleram.

R. Elect. e succo ros. }
Rosat. Mes. } ã. ʒ iij
Psyllij }
M. fiant boli

vel

Recip. Sp. hyeræ s. ʒ ss
Fl. cassię n. tr. vn. i. ss
Rhab. el. ʒ ss
Diagrid. gr. viij

M. fiant boli cap.

purgans pituitam salsam.

Rec. Diasænic. }
Diaturbith. } ã ʒ iij
Elect. e succo ros. }
Misc. fiant boli

purgans pituitam acidam.

Rec. Pilul. de agarico }
Alephang. } ã ʒ ij

Cum

Cum aqua betonicæ ref. pil. purgas bilem atram.
Rec. Agarici troch. ℥ ss
Polypod. quer. ℥ i. ss
Zingiberis ℥ ss
Cum syr. fum. t. sol. fiant boli.
Capiat; super bibendo seri lactis depurati lib. ij
vel
Rec. pilul fumit } ā. ℥ ij
Indarum }
Ellebori præp. ℥ ss
Cum aqua luppul. ref. pilulæ
Gargar. ad pituitam
Rec. staphijs agriæ vn, ss
Sinapis } ℥ i. ss
Sem. erucæ }
Aq. com: lib iij
Fiat decoct. & cum oxym. vn. ss garg.

Ad Alopeciam

R. Cineris amygd. amar. cũ corticæ vstarum }
Rad. arund. } ā. vn. ss
Chamæleo. }
Melle excipe, & illine
vel
Recip. Cædriæ }
Thuris } ā ℥ ij
Corticis thapsiç }
Veratri albi ā. ℥ ss
Excipe adipe vrsino, & illine

De Ophiasi, Cap. VIII.

H*Uius quoque vitij græcum uocabulum latini accepere* [illegible] *Arabes appellant: hoc eiusdem naturæ est, & easdem casus habet, quas habet alopecia, tantum figura distinguuntur, quia* ὀφιάσιν *a serpentis similitudine dicitur. Incipit hoc malum ab occipitio; duorum digitorum latitudinem non excedit: ad aures duobus capitibus serpit; quibusdam etiam ad frontem, donec se duo capita in priorem partem committant. Vitium fere infantes apprehendit, & eandem pene curam, quam superior morbus exposcit. Nonnulli credunt hoc malum esse pertinacius antecedente, quia interdum summ[illegible] Sed alijs ex hoc ipso leuius malum existimatur, quod in summam cutem feratur, & ferunt, interdum nullo medicamento adhibito*

per se finiri. Si cura opus est, quia pertinacius hæreat, oportet scalpello cutem exasperare. aut illinire adurentibus, maximéq; charta combusta. Quidam resinam terebinthinam cum thapsia inducunt; sed in leui malo nihil salutarius est, quàm nouacula quotidie radere, qua, cum paulatim summa pellicula excisa est, adaperiuntur pilorum radiculæ; neque anteà oportet desistere quàm apparuerit adnasci frequentem capillum. Id autem, quod subinde raditur, illini atramento scriptorio satis est. Medicamenta, et victus ratio eadem, quæ superiori vitio præscribuntur, huic quoque conueniunt.

OFFICINÆ.

Ad Ophiasim.

Recip. Piperis longi }
Sinapis } ã. ʒ .i. ss
Sulphuris } ʒ. ij
Fellis taurini } vn. i. ss
M. pro inunctione.
vel
Recip. Ellobri albi }
Sem. Erucę } ã. ʒ. ss
Nitri }
Thuris } ã. vn. ss
Myrrhæ }
Olei laurini vn. ij
Picis q. s. vt fiat linim.
vel
Rec. Olei laurini vn. ss
Aceti acerrimi vn. ij
M. & cum spongia foueatur ophiasis.
vel ad antiquam
Rec. Euphorbij }
Thapsiæ } ã. ʒ ij
Sulphuris viui }
Veratri albi } ã. vn. ss
Cerę vn. i
Olei laurini q. s. vt fiat linimentum S. A.
vel
Rec. Scyllæ }
Alliri } ã. vn. ss
Zingiberis }
Nitri }
Piperis albi } ã. vn. ij
Felle caprino excipe & his inunge ophyasis.

De Canicie. Cap. IX.

C*Anicies* πολιότης, [illegible] *tàm in viro, quàm in muliere semper venerabilis est, nec nisi bono omine factũ credi potest, qũm Deus hominẽ diu vixisse voluit: Apud*

omnes

omnes nationes pro dignitate senectus est, & quos nostrũ vulgus seniores dicit, latini ad verbũ dominos dixere & olim, & nostris temporibus apud græcos, & barbaros nobiles, & illustres pueri seniores appellantur dignitatis causa; nec miseros appellauit canos. Persius, nisi abituros, inquit enim.

petite hinc iuuenesq; senesq:

Finem animo certum, miserisq. viatica canis

Cæterùm magna quæque, & præclara cana dicuntur fidem Virgilius, veritatē Varro canã dixere. Sed eripi a muliere superstitiosa corporis sui cultura non potest; propterea innata animi inconstantia voto laborat suo, & litatã ætatis summã, alboq; signatã lapillo inuisã habet, quodq; diù, & sedulò petijt a Deo viuere, acceptũ dolet, & æui præclarũ decus amisisse queritur, quãdò maximè suũ fecit, quãdo nõ vltro potest amittere, quamuis ab ipsa ueritate coacta petenti, quot annos habeat, semper eos numeret, quos non habere credit, aut potius habere nollet, & spe eos depellendi

Fœmina caniciem germanis inficit herbis.

Est canicies vitiatus capilli color a situ subiectæ pituitæ procedens; & quanquàm perfectæ ætatis, & æqualis temperiei indicium sit capilli albedo, tamen in descriptione vitio tradere malui, quia non nisi ex defectu procedit; pituita enim a qua tingitur ob innati caloris defectum situm emittit, & canos sub cute sinus replet, quos carnis consumptio fecit. Non enim omnis pituita canos alit, sed tantùm, quæ caloris defectu vitiosa est: nanq; pueri maximè omnium pituitosi sunt, & tamen minimè omnium canent, quia eorum pituita semper coquitur, nunquam; tabescit. Verùm ætate ingrauescente semper sub cute aliquid absumitur, ità ut inde cutis laxa fiat, & sub ea pars aliqua disiuncta remaneat,

in

in cuius cauitatem cruda pituita excipitur, & quæ nerueas partes nutrire consueuerat, ab his senescentibus, & induratis, neglecta, ad alendos pilos deponitur.

Quamobrem senes ferè canescunt, tamen aliquãdo, & iuuenes, & pueri cani visi sunt, nec arbitrari oportet, hos habere diuersã canitudinis rationem; quia canitas in omni ætate euenire potest, in qua dicta partium consumptio potest contingere; ità vt diù pituita in ea permanens & tabescere, & situm emittere possit; hoc tamen fieri potest, & olim factum narratur iuniores iàm canos, interdùm capillorum colorem recepisse; quia verisimile est in iuuene, qui casu aliquo consumptus sit, interdùm eas cauitates repleri, & pituitam depellere. sed plerùmque canities commoritur, etiamsi in iuuentute cæperit,

Sine controuersia relinqui nõ potest, dum dicitur caniciem ex caloris defectu ortum ducere, & consũptis sub cute particulis pituitæ receptaculum relinqui. vidimus enim validos, & robustos iuuenes, multoq; calore suffusos maturè canescere; itemq; imbecilles, & graciles uiros, sine succo, sine rubore seriùs; item nonnullos a iuuentute vsque in cadentem ætatem nouimus assidua mala valetudine vexatos, qui tardissimè canuere.

Horum exemplis non infirmatur, sed acriùs conclusi argumenti fides imprimitur, videlicet non ex simplici caloris defectu, neque ex partium cinere capillos tingi, sed pituita nutriri, quæ cauis sub cute partibus detineatur; si quidem faciliùs cauitates fiunt in pleno corpore quàm in eo, qui sine succo ab initiõ fuit; in pleno enim, & auctus innatus calor, & immutata uictus ratio, & intermissa exercitatio, & præter morem frequens concubitus habuit, quod demeret, &

in quo cauitates faceret. Neque corpus, quia humidum est, propterea mature canet, sed quia in eo erat aliquid tenerum, & molle, quod absumi potuerit. Canus enim fit non solum, qui solidum corpus non habet, sed etiam qui habet quidem solidum, sed solidius habuit: qui vero imbecillus, & tenuis fuit a iuuentute, siue ex natura, siue ax morbo, dum cutis ossi adhæret, non habet ætas quid consumat, aut in quo cauitates, et pituitæ receptacula perficiat ideoq. tenues tardius canent, pleni maturius: quod etiam ostendunt caput ambusti, qui tardissime ambusta parte canēt, quæ contracta est, & arcte cuti adhæret, nec potest pituitam excipere.

Post ætatem inter causas procatarticas maturare caniciē potest, omnis ante acta vitæ mutatio, per quam aliquid potuerit consumi. Inter quas primo loco est aeris mutatio, si quis enim, qua ætate vires imminui cœperit, videlicet circa annum 40. ab aere frigido, et aspero, & a regione montana, ac septentrionibus exposita ad loca descendat humiliora, & placidiori aere prædita, breui canus fiet. Contraria vero ratione si quis ex aere maxime calido, & æstuoso in montanas adeat regiones, & aerem rigidum quærat, & horridum, illi sero cani emergent; cuius rei ratio est, quia frigus corpora cōpingit, & cutem contrahit; quare, si qua pituita diffusa est sub cute eius, qui coleret æstuosa loca, vbi riguerit, omnis pituita exprimitur, & canis generandis materia demitur; qui vero a montanis ad plana descenderit, & ab asperis ad lenia, his membra statim lenitate aeris laxantur, & pituitæ aditum prabent.

Eadem ratione si quis a pueritia alimentis vtatur pluribus, eisq. valida materiæ, & vinum liberaliter ingurgitet, & meracum, postea vero aut valetudinis gratia,

aut temperantiæ studio alatur modestiùs, & cibos cuiuscunque generis assumat, potet moderatiùs, & mitioribus vinis vtatur, hic etiam iuuenis canescet; quia partes iam ante impetu quodam repletæ conuersa victus ratione remittuntur, & pituitæ aditum præbent. Qui verò somno indulgere, & vitam viuere ociosam cõsueuerat, si, priusquàm innatus calor inclinet, vt anno 30. exerceri incipiat, armis, pila, cursu, venatione, aut alio aliquo exercitationis validioris genere, hic, quia virtus adhuc ad reficiendum viget, & labore excitatur, carnes non absumit, sed indurat, & caniciem prorogat. Tunc enim exercitatio absumit, quando vigor ex ætate deficit, vt ætatis anno circa 40. siquidem color deteritur, non excitatur. Vigiliæ exercitationis regula procedunt: somnus ocij. Ac pariter ætate prolabente neque aluũ proritare, nec frequentes euacuationes sustinere conducit, & qui aluos a iuuentute liquidas habet, dum senescentibus adstringuntur tardè canescunt. Item animi angores, & conflictationes, quibus homo insensibiliter consumitur a iuuentute admittere oportet; senescentes vitent, quando nulla spes refectionis est.

Canicies notis non opus habet, vt comprehendatur; instans ex carnium consumptione, & rugis spontè emergentibus timetur; primò canescunt tempora ea parte, qua maxillæ superioris os eleuatur, & quasi sinum facit pituitæ excipiendæ, & continendæ indoneum. Nonnulli capite priùs canent, nonnulli barba, vt partis dispositio tulit, namque partes solidiores seriùs absumuntur. tenuiores citiùs; ceterùm niger capillus non ità facile canus fit, flauus faciliùs, hirsuti canent priùs quàm calui, vt qui maiorem pituitæ copiam habent, qua capillos ali diximus.

Qui

Qui caniciem timent, hac animaduersione opus habent ne cutis a subiectis partibus disiungatur, quo pituitæ aditum præbeat. Item oportet pituitam absumere, aut saltem a barba, & a capillo distrahere. Ac demùm calorem deficientem, a quo sinitur pituita generari, & liquari, & situm emittere, quantùm victus ratione licet, exercitare.

Hæc prosequi ex parte possumus, sed ex toto non possumus, potest enim canicies prorogari, euitari non potest, neque alia spes in confecta ætate est, quàm se ipsum priùs, posteà alios decipere tingendo capillos; si cui cordi est decus suum occultare.

Qui longam adolescentiam cupit, ab initio ætatis suæ aerem placidum subeat, & calidum. qualis in horis maritimis esse consueuit. posteà ætate ingrauescente ascendat ad montana, & aerem quærat frigidiorem, et adhùc semper magis asperum, & niuosum, quò magìs ætas processerit: sic enim membra, quæ ex ætatis progreßu necessario absumuntur, vnà etiam frigore compinguntur, & cutem subiectis partibus adherescere frigus compellit, &, si qua pituita diffunditur, ità exprimitur,

Item ab initio oportet nullum cibi genus fugere, quo populus vtatur, nec valida legere alimenta, sed potiùs, a leuioribus vitam auspicari, & aquam bibere: mox sensim, & quantitatem alimenti, & valorem addere, & vinum meracius bibere pro ratione consumptionis ab ætate procedentis; ità vt summa curæ sit, edulia valentißima, & vinum, quantùm haberi potest, robustum, & meracum ingerere & aromatum vsum in postremam ætatem seruare; & interim semper aliquid addere. Ab anno 40. iurulenta dimittere, & assa intermiscere, mox & assa, & in sartagine frixa

comedere; &, si dentes ferant, etiam panem nauticum in senectute admittere; & fugere poma, olera, lac, pisces, pulticulam, & alia, quæ pituitam generare nouimus.

In somno, & vigilia hic modus esse debet, vt a iuuentute plùs vigilet, senescens plus dormiat, qui caniciem prorogare intendit; quia vigilando, dum adhuc viget vis, differtur repletio, non tollitur. Somnus verò replet quidem iuniores, sed tenui, & dissolubili, quodq; facilè abeat, alimento.

Exercitatio bona est, quæ perpetua est, & quæ sensim recepta crescit increscente ætate, ac sensim imminuitur post annum 4 . hoc est vigore decrescente. Eadem ratio egestionis est, nanque ab ineunte ætate egerere oportet, &, si aluus non respondet, etiam ducere; inclinante verò ætate potiùs sinere, & continere, dummodò arte non adstringatur. Animiq; laboribus tunc est vexandum corpus, quandò vis naturalis agitata potest inualescere, posteà verò mens reuocanda est, studia remittenda, & arduæ cogitatione repellendæ.

Cutis sub barba, et capillo quotidie leniter fricanda est, vt attrahat, et repleatur, et calor excitetur pituitam vt concoquat, aût expungat, sepè pilus nouacula abradendus est, nunquam euellendus, quia euulsione cutem atrahimus, et a subiectis partibus disiungimus; quod maximè cauendũ esse diximu, ne pituitam excipiat.

Cathartica, quæ pituitam ducunt, raro sunt admittenda quia longa nimis, et ex natura est dispositio, quæ in caniciẽ tendit. Tamen interdùm agarico, sepiùs myrobalanis vtile est aluum mouere; et gargarizando, et mãdendo, quæ pituitã trahunt, caput purgandum est; Vngere cutem proderit oleis calidis, vt laurino, ex euphorbio, e piperibus., vt vnguine repleat, et calore soluat pituitam. Cæterùm, vbi capillus albus

albus factus est, nulla cura potest restitui; quia nunquam ars tantum præstare poterit calori reddendo, et replendo, quantum ætas labens ex natura absumendo; et sola spes in tinctura est.

Quos pudet ætatis longę, quos sancta senectus
Offendit, cupiunt properos abscondere canos,
Et nigrum crinem fuco simulare doloso.
His prodest acri contrita cupressus aceto,
Vel frons lentisci, vel tristia poma sambuci,
Lumbrici quoq; terrestres miscentur oliuo;
Et iuuenem præstant rediuiuo flore capillum.
Pręterea niueum poterit depellere crinem
Resina ex facili cera, viscoq; coacta.
Ad rutilam speciem nigros flauescere crines
Vnguento cineris prædixit Tullius auctor.

Samonicus de med. cap. 5.

OFFICINÆ.

Ad Caniciem.

Rec. myrobal. nigr. }
embl. } ā. vn. ss
Mellis anacardi ʒ. ss
Butyri recentis }
Mellis actici } ā. q. s.
Vt fiat elect. capiut ʒ ij: quotidie mane,

vel

Rec. conf. Mythrid. }
Theriacæ } ā. vn. ss
Myrobal. embl. }
Kebul. } ā vn. ij
Piperis longi }
Zingiberis } ā. vn. iij
Syr. e cort. citri q. s. vt. fiat elect. cap. ʒ ij quotidie mane.

vel

Rec. Myrobal. Kebul. vn. iij
Scoriæ ferri }
Agarici } ā v. i. ss
Zingiberis }
Piperis longi } ā. ʒ. iij
Cario phyl. }
Mellis acitici q. s. vt fiat elect. cap. ʒ iij quotidiè manè per annum.

Ad tingendos capillos.

Rec Olei omphacini vn x
Spicæ vn. i. ss
Blactæ bizantiæ } à vn. ss
Squinanthos
M. bull. omnia simul, & coletur pro linimento,
vel
Rec. succi corticum nuc lib. iiij
Olei mirthini } à lib. ss
Emblicini
Ciperi } à ʒ x.
Casiæ ligneæ
Spicæ
Higellæ
Caro phylli
Pulp. coloquint.
Costi
Ziloaloes crudi
Squinanti
Calami arom.
Mis. coquantur omnia simul ad cons. ss. aquæ inde adde oleum, & bull. ad cons. totius aquæ,
vel
Rec. Acaciæ } à vn. ss
Gallæ
Fænigreci
Sem. mel.
Corandr. sicc.
Laudani
Su. cort. nuc. exic
Rubiginis ferri
Aluminis nigri
M. fiant trochisci exiccentur, & vtere ter in mense ex aqua emblic. aut myrthi.

vel
R. Myrobolan. nigrorũ } ã. v. ss
Emblic.
Gallarũ
Laudani vn. ij
Myrthi fol. } ã vn. iij
Gran,
Olei lib iiij
M. infunde per tres dies, inde coque ad consist. linimenti, quo caput liniat.
Nigros tingens,
R. Gallarũ ex oleo adust. vn. ij. ss
Aluminis ʒ ij
Salis gemmæ ʒ ss
M. ex aqua corticum fabarum pro linimento,
vel
Recip. Alcannæ } à. vn. ss
Vitrioli
Olei com. lib. ss
M. ad ignem & capillos illine cauendo ne cuti tang.
vel
Recip. Gallarum immat. un. iiij
Olei com. q. s.
Coque donec gallę disrump. inde terantur in mortario e cupro, & adde,
Alkannæ vn. ij
Squamę æris vn. ss
Cariophylli ʒ ij
Coquantur hæc in vino a. dicto.

Cor-

Corticum granatorū }
Nucum uirid. } ā. v. 1. ss
Aluminis rochæ ℥ ij
Rosis marini }
Saluię } ā. vn. ss
M. & coque ad cōns. med. & vtere mixta pul. & uino ad cons ptisanæ.

Ad tingēdos in flauos capillos,
R. Aquę com. lib. vj
Cineris vitis }
Paleæ hordeacæ } ā. lib. ss
Poma citria n. iij
M. fiat lixiuium quo abluātur capilli,& spōte exic.

vel

Re· Prototoma populi vn. ss
Olei com. lib. ss
Bul. simul, & capilli liniantur.

vel

R· Rad. cannarum }
Faui mellis } ā. lib. ij
Lupin, mac. ī succo lanarię v. 1. ss
Alkannæ vn. ss
Fl. verbasci macer. in aceto ℥ vi
Salis com. ℥ 1 ss
Croci sc. ss
M. desti lētur in alembico vitreo & inung radices capillorū sub radijs solaribus.

Vt capilli fiant rubri

R. Lupinorum vn. iiij
Gallarum immat. vn. iij
Sumac vn. ij
Fol. capilli V. }
Absynth, } ā. m 1
Aq. com. lib. x· M. bull. & ablue capillos

vel

Rec. Fæcis vini vstæ vn. ss
Olei de been vn. 1
M. inung. capilli,

vel

R Summæ rubi lib. 1 ss
Gallarum lib. 1
Rubiæ tinct. vn. ij
Capilli V, m. ij
Absynth. man 1
Lupini decortic. vn. 1. ss
Aquæ lib. xij
M. & in vase vitreo per 9 dies macerentur, bis die agitando, ac spongia capillos madefac, & exiccatos sapone ablue.

vel

R. Cineris cerri lib. 1
Aquæ fontis lib. vi
Diu coctis addatur vitriol. Romani trit. vn. ij
Mixta sub dio per tres dies sinantur & inde vtiter.

vel

Rec. Mellis lib ij
Rosarum }
Ebulorum } ā. lib. ss
Gummi arab. vn. ij
Stilletur lento igne, & loto capite ex lixiuio. & sale abluatur hoc aqua stillata,

vel

R. Agrimoniæ vn. 1
Testiculos equi exiccat n. ij
Decoquantur in aqua fontis & fiant extillatio, qua var.

vel

R. Aceti lib. ij
Salis nitri lib. ss
Extillentur lento igne, & extilline vtitor.

PARS TERTIA

De Cutis Pallore. Cap. I.

Diximus de ea parte cutis, quæ capillo tegitur; modò de reliqua dicendum restat; & incipimus ab his vitijs, quæ sensuum nobilissimum offendunt, nempè oculum; vt est color ab eo, quē espofci diximus, alienus: indè, quæ nares, vt grauolentia; tertiò, quod aures vt vocis aspritudo; demùm quæ tangenti occurrunt, vt durities, & asperitas.

Præter candorem rubore suffusum, quo diximus speciosā cutem fieri, nullus color laudabilis est. Nigrum, ferunt, decus non tollere, si reliqui corporis proportio seruetur, quod fieri interdum vidimus & gratiæ notas in nigro corpore recognouimus, præsertim vbi is color non ex temperie corporis, sed ex ambientis aeris calore processerit, aut ex alia corporis proprietate a parentibus deducta. Vbi enim ex corporis temperie cutis denigratur, hanc ferè sequitur mentis elatio, & impietas, & immanitas. Sed inter colores, qui frequentius fædare cutim solent, pallor est, quo, iuxta coloris modum, interdum rufula, interdum lurida cutis fit: Iste color a bile præcipuè oritur, siue ea a corporis habitu e longa aliqua valitudine pendeat: siue a recenti morbo: post pallorem est liuor, & fuscus color, qui sine nitore fit. Vterque color ab atra bile pendet, quæ omnes humores fædare solet, &, si sanguini misceatur, fuscum facit, si pituitæ, liuidum. Iste color est coniugijs infestus, quia rufus color, & pallidus, & luridus tristitiam refert, & despicientem, proteruumq; animum; nigredo

& fuscedo feritatem, & mentem concitatã, liuor ignauiã. Poteſt etiam victus ratio hos colores inducere, & hac ratione non ſunt tam indicia praui animi, quàm cauſæ. Si quis enim aerem colet inæqualem, qui, craſſus cum ſit, modò calidas impreſſiones recipiat, modò frigidas, quas propter craſſitiem diu contineat, vt ferè euenit in oris maritimis, vbi ad uentos auſtrales conuerſæ ſunt. ſi enim a mari ventus erumpat, immodicum infert calorem; ſi a montibus oppoſitis, nimium frigus; & hac ratione eadem die corporis partes interdum laxat, interdum comprimit: vnde coctio perturbatur, & humores vel crudi permanent, vel præcocti diſtribuuntur, iiſq; viſcera interna imbuuntur, & vniuerſo corpori tradunt; idem cibi acres, & calidi per conſuetudinem ingeſti faciunt idem potus vini recentioris & meraci; idem vitæ ignauia, & vigiliæ importunæ, excrementorum retentio, & animi patemata vehementia, & diuturna. Color ſignis non eget, vt dignoſcatur, nã ipſe ſignum eſt. An pallor ab acuto morbo proceſſerit, an ex longa valetudine, cognoſcitur, quia pallens ex morbo acuto etiam præter morem trux eſt & infirmus. nec promptus admodum ad naturales actiones eſt, & ſi iam a morbo euaſit dilutus admodum pallor eſt, & ad albedinem tendit; idemq; in nigredine animaduertendum, quæ, ſi ex corporis, proprietate eſt, cum nitore eſt, & placidos mores habet, ſi genus ſequitur nares vncas, criſpumq; adomodum capillum habet; & cutem lenem, & leuem.

Hæc vitia, ſi ex morbo pendent, tolluntur his, quæ morbis pellendis ferentur, quæ proponere non eſt huius tractationis, ſi aut ætate, aut valetudine, quæ in habitum conuerſa ſit cutis vitiatur, longa cura aliquid poſſumus promittere, &, niſi

pro-

profectus tempora expleatur fucari potest, & melior substitui color.

Si bilis flaua infesta est, aluum frequenter ducere oportet, saltem bis in mense aloe, mirobalanis, & rhabarbaro, sed hic humor commodissime per vomitum educitur. Si bilis nigra est, eam purgat serum, ellebor us niger, & filucula: sed in longa valetudine nihil aeque prodest atque victus ratio Quae ad flauam bilem arcendam refrigerandi potestatem habere debent. vt aestate panis hordaceus, caro agnina, oua sorbilia; alica, oriza, laganum; aqua leuis abunde bibita, somnus liberalis, molle cubile quies, aluus fusa; & balnei vsus frequens animique securitas. Atque ab atra bile defaecare sanguinem solent panis bis coctus, aues montanae; & omnis venatio, cicer, crocus, hissopus, mel ex arundine, quod saccharon vocant. vinum tenue, album, dulce, validum; vigiliae, frequens exercitatio. Si haec parum proficiunt, fuco opus est, sed huc non nisi postquam omnia frustra tentata sunt; & vbi coniugis fastidium delicatum poposcerit, deueniendum est, quia, si quae species superest, omnem prorsus solent medicamenta adimere.

Faciem dealbare solet succus floris fabarum, oui albumen, & lac: cutem detergent farina erui, lupinorum, tritici, & aqua, in qua haec macerata fuerint.

Si valentiora petuntur sumere oportet lactis, & casei recentis amborum P. 1. et semis, nucleorum persicorum, seminum melonum, radicum iridis singulorum trientem, farinae fabarum, faseolorum in lactae maceratae amborum quadrantem, sublimati sextantem, caphurae, boracis singulorum P. x iiij. albumina ouorum n. XV. pullos columbarum coctos demptis visceribus n. ij. omnia commixta contundantur

et

et inde ignis vi humor extrahatur, quo liniri cutis debet. Facilius est medicamentum, quod fit ex libr. ij. lactis caprilli, medullæ panis selibra, ex quibus eodem modo liquor extrahitur. Si rubor potior est, sumatur hyssopi aridi, P. xx. croci, P. x ij. saccaron, P xxv. in puluerem tenuissimum redigantur, quo inspergantur cibi. Vel sumatur arsenici rubri, sinapis albi singulorum P. xij. fiat puluis subtilissimus, qui cum lacte muliebri miscetur, et linitur cutis rubificanda. Sunt qui decoris gratia sanguinem detrahunt in his regionibus, vbi albedo in præcio est.

OFFICINÆ.

Ad Faciem dealbandam.

R Lactis
Casei recentis } ã. l. i. ss
Nucleorum persic.
Seminum melon
Rad. iridis } ã. vn. iij
Farinæ fabarum
Faseol. } ã. vn iij
Sublimati vn. ij
Caphuræ
Boracis } ã. vn. ss
Albumina oui n. xv.
Pullos columb. ij
Omnia commista cum und. inde exstillentur, & liniatur cutis,

vel

R. lactis capr. lib. ij
Medullæ panis lib. ss
M. fiat extillatio qua facies liniatur.

vel

R. Farinæ fabarum
Hordei
Cicerum } ã. vn. ij
Oui albuminis q. s. vt fiat linimentum, quo facies plasmatur vesperi, & mane abluitur aqua ex furfure.

Ad Rubificandam cutem.

R. Hyssopi sicci ʒ x
Croci ʒ ij
Saccharon vn. ij
M. fiat puluis, quo cibi inspergantur.

vel

R. Arsenici rubri
Sinapis albi } ã. ʒ ij
Fiat puluis subtil. qui cum lacte mulier linitur.

vel

R. Aquæ vitis tricoctæ lib. iij
Verzini vn. i
Caryophillos
Grana paradisi } ã. n. xij

Infunde in aqua per noctem mox fiat extillatio

vel

R. Rad. fraxinellæ vn. I
Zingiberis } ā. ʒ ij
Piperis longi
M. & mastica, & illine,

vel

R. Rad. fraxinellæ } ī. ʒ ij
Serpentariç
Aquæ com lib. iiij
Fiat inf. & decoctio ad consump. I quar. coletur & vt.

Ad rubificanda labia

R. Succi cannæ } ā. vn. I
Cucum. agr.
Brioniæ
Rosarum
Mellis despumati lib. ss
Coque, & cola, & hora somni liniantur labra, & genç, & mane abluantur aqua furfuris,

Ad nitorem faciei,

R. Farinæ fabaceç } ā. vn. ss
Erui
Lupini
Ciceris
Seminis raphani
melonum
Amyli
Aquæ ex cortic. fabarum viridium q. s. M. fiat ablutio.

vel

R. Amygd. dulcium } ī. vn. ss
Draganthi
Gummi
Farinæ fabarum
Ireos
Glutinis piscium
Aquæ corticum melonum q. s. liquefiat gluten in aqua inde M. omnia & fiat epithema faciei.

De maculis, Cap. II.

Maculam voco omnem cutis colorem a laudato alienũ. differt a pallore, quia pallor æquè vniuersam cutem fœdat, macula dispersa est, & intermixtum bonum cutis colorem habet, Macularum quinque species inuenio lenticulas, cuius quædam species etiam est Xenion; vitiligines, cuius tres species apud græcos inuenio, quorum nomina iam latinis accepta sunt alphon, melan, leucen. Tertiam speciem vocant epheliden. quartam liuorem: quintam cicatricem.

Quæ de maculis a græcis traduntur in pluribus quidem respondẽt, tamen non in omnibus, credo quia de leuiori malo minus essent solliciti; barbara verò vocabula, nec græcis, nec latinis, nec inter se ipsa consensiunt, quare opus est, inter scriben-

bendum præuia explicatione nominum acceptiones, quantum fieri potest, conciliare.

Lenticulas posteriores latini etiam lentigines, a lentis similitudine nominatur, & ex nomine facilè colligitur esse eas maculas quas græci φάκος, arabes نمش seu البرش dixere nostrum vulgus impetigines; hæ ferè rubent, sed interdum albiores; interdum nigriores sunt: quædam intensè rubent, & inæquales admodum sunt, & rarior harum species est, quã ξίνον græcos appellare Celsus refert, verùm apud latinos medicos hoc nomen non inueni, est tamen ea species, quam الكلف dixit Auicenna

Au.l. 4 F. 7.T. 2.cap. 6.

lib.6.cap.5.

Au.lib.4.F. 7.T.2.C.8.

Alterum genus macularum est vitiligo, latinum nomen, græci hoc genus non numerant, dixit Hipp. impetigines, sed eius species ab illis recensentur λευκήν, ἀλφόν, μέλας Auicen. dixit بهق vulgus arabũ morphæã; hoc præsertim a lẽtigine differt vitiligo, quod hæc latior est, & serpit, & dilatatur, & interdum spontè euanescit, & redit. & rarius hoc malum apparet; lenticula verò frequentior est, & sub corrupto nomine impetiginis etiam vulgò nota.

Cels. lib.5. cap.28.

li.4.F.7.Tr. 2.C.8.

Ephelidẽ a plerisq. ignorari, & nihil aliud esse, quã asperitatẽ quandã, & duritiẽ mali coloris Celsus refert. Hanc solarẽ maculã appellasse uidetur Hip ex his quæ retulit nõ ignobilis auct. Aetius, & eius quoque meminit Arist. in problematibus.

lib.6.cap.5.

2. d. mm. mul.T.68.

lib.6. E.11.

lib. 9.

Liuor latinis, σπιλὰς græcis, الحمرة vel potius الورم Auicennæ est color, quasi violaceus ad nigredinem tendens.

Cicatrix οὐλὴ à græcis, ab arabibus اثر est quando cutis à vulnere, aut ab vlcere sanitati restituta, non eodẽ modo, et colore reconiungitur, quo erat antequã disiungeretur, ferè cicatrix alba est, & inæqualis, interdum etiã fusca, & nigra.

Macularum Causę.

Lenticulæ sunt quædam quasi sanguinis effumationes; aut dissipatis vasculis, vt refert Auicennas, quæ in pluribus fortaßè hominibus fiunt, sed non in omnibus fiunt manifestæ, sed tantum in his, qui sunt albiore cute, vel qui teneriorem cutem habent, quæq; facilius rumpatur.

Vitiligo ex malo corporis habitu fit, quippe aut nutrita caro morbi causa est, aut nutrimenti vitiũ. si bonum assumitur alimentũ, & in corpore nullum vitium est, vitiũ referre ad carnem debemus; quæ sit impotens alimentum sibi simile reddere: sed ferè in vtroque vitium est, nempè et in alimento, et in parte alenda; Alimenti vitium plerumque est lentor, præsertim in ea, quæ leuce dicitur, hæc enim a lenta pituita cõtrahitur; melan ab atra bile, qui humores eo cutem decolorant, quia renuunt immutari a membro, a quo trahuntur, ex quo patet humores, & alimenta alia vt attrhai, alia adhærere, alia alterius rationẽ, & formam inducere. leucæ materia crassior est, & nutriendæ particulæ vis imbecillior, in alpho, et mela vis ualidior est, quæ ad superficiẽ prauos succos expellit.

Ephelidis causa ex ipso nomine nota est. a Sole enim summa cuticula exsoluitur, propterea non nisi in facie, & si qua corporis pars nuda Soli exponitur, in ea quoque generatur.

Liuor a sanguine est, siue is ex ictu, & contusa cute effundatur, siue ex sanguinis acredine tenellula venarum oscula rumpuntur, vt sub cute sanguis recipiatur, & cutim inficiat.

Cicatrix, vt diximus, post vulnus, aut vlcus glutinatum succedit, post varos, post tuberculum, ac demum, a quocũque cutis cæsa est, generandæ cicatrici præbetur occasio.

Signa Macularum.

Lenticulæ vulgo notæ sunt; in facie plurimùm eueniunt; quanuis etiam quācunque corporis partem possint occupare: & ferè in alba carne aut eueniunt, aut conspiciuntur. Rarior ea species est, quam Xenion græci vocant, quæ est lenticula rubicundior, & inæqualior: cæterum lenticula ad rubedinem fuscam tendit, & interdum ei, qui lenticulas patitur, scinduntur labia.

Vitiligines summo corpori infiguntur, quasi quædā squamulæ. Alphos vocatur, vbi color albus remissè est, ferè subasper, & non continuus, vt quædam quasi guttæ dispersæ esse videatur, interdum etiam latius est, cum quibusdam intermissionibus serpit, summā cutem occupat, quanquam hæc quoque macula, quum vetusta est, penitior fit, & etiam albos pilos reddit. Melas colore ab hoc distinguitur, quia niger est, & vmbræ similis, cætera eadem sunt: si fricatur pars, rubet; si pungitur, sanguis exit Leuce habet quiddam simile alpho, sed macula magis albida est, & altius descendit, in eaque albi pili sunt, & lanugini similes, colore videlicet sibi similes, omnesq; hæ maculæ serpunt. leuce cutem habet depressam, si pungitur sanguis non exit, si fricatur, non rubet: et in solo homine hoc vitium est, cætera animantia illi subiecta non sunt, & videtur sequi caniciei naturam, quia vbique vitiligo est, canities quoque est, sed hoc non reciprocatur, nec semper, vbi canicies est, est etiam vitiligo.

Aephelis duritiem habet, & asperitatem mali coloris, & non nisi in facie oritur, neque in alio figitur, sed instar flosculorum summitates producitur.

Liuo-

Liuores, qui effuſa quoque dicuntur, mediũ quendã colorem habent inter rubrum, nigrumq. in iuuenibus magis ad rubrũ, in ſenibus magis ad nigrum vergunt. an verò ſponte eruperint, an ex ictu, ex patiente peti poteſt, & id peculiare habet liuor ſponte erumpens, quòd rarò in una tantũ corporis parte exeritur, & interdùm etiam aut per os, aut per aluum ſanguis emittitur.

Cicatrix notiſſima macula eſt nec etiam latet intuenti an vulnus ſequuta ſit, an vlcus, an varos, an exuſtionem, qua ſolet interdum cutis inuri eorum, qui prauis moribus præditi, varias regiones petunt; vt, ſi alicubi deprehenſi ſint in delicto, etiam in longinquo dignoſcatur.

Indicationes.

Oportet humorem influentem a cute detrahere, cutem ipſam, ſi vitium habet, roborare; malum habitum tollere in vitiligine. In ephelide vitare ſolis radios, & impreſſum calorem refrigerantibus lenire. In liuore, qui ex ictu eſt, ſatis eſt detenctum ſub cute ſanguinem euocare, ſi ſponte erupit, oportet humorum acredinem remouere; cicatrix occultari potius, quàm tolli debet; & potius præcauendo, quàm curando illi ſuccurritur.

Prognoſticum.

Pene ineptiæ ſunt curare lenticulas, ſed eripi tamen fœminis cura cultus ſui non poteſt; ideò ſaltem tegi debent, ſi eripi non poſſunt. Vitiligo nullum per ſe periculum habet, ſed fœda eſt, & ſerpit in alijs celeriùs, in alijs tardiùs; & alphos, & melas in quibuſdam varijs temporibus oriuntur, & deſinunt etiam ſine curatione; euce verò, quem occupauit, non facile

ille dimittit, vix vnquam sanescit, & si quid ex vitio demptum est, tamen non ex toto sanus color redditur. leuce, quæ rara est, curationem solet recipere, sed, quæ plures corporis partes occupat, difficilius tollitur, item vetustior, quàm recens. Vtrum autem aliqua vitiligo sanabilis sit, experimur incidendo cutem, aut pungendo, aut fricando vehementer panno aspero. Si locus rubet, aut sanguis sequitur, quod ferè fit in alpho, & mela, remedio locus est. si humor albidus, aut alter a sanguine exit, aut cutis fricata non rubet, sanari non potest, & huic potius experimento fidendum est, quàm speciei morbi, quia etiã leuce curata narratur ab Auicenna, quæ videlicet non adhuc in altum descenderit, & in his omnibus asperedo crassi humoris indicium est, qui ægrè discutitur, & si cutis color, & ratio non admodum aliena est, leuius vitium indicat. Ephelis omnium facillimè tollitur. Liuor quoq; ferè ipsius particulæ calore discutitur, citius si sanguis diffusus in summa cute est, tardius si altius descendit, & contusa circum caro est: qui sine contusione sponte erumpit, ẽt aliquid uitæ discrimẽ refert, ueluti enim in summã cutẽ, ita in internas partes potest erumpere. Cicatrix tolli nõ potest, imò uix occultari potest, potest tamẽ in uulneris cura modus esse, quo minus conspicua sequatur: qui vitio lienis tenetur semper fædiores cicatrices habet, & magis rebelles: ita, ubi sepius ulcus reuertitur, cicatrices denigrantur, nec spes vlla est pilos cicatricibus adnasci, & cæteris paribus faciliorem curam habet, quæ uulnus sequitur, quã quæ vlcus, & in vulnere, quæ cauitatẽ non habet, & æqualis oritur.

Cura Chirurgica.

Lenticulas interdum non nisi scalpello tolli Auicennas retulit; sed curatio ipso malo grauior multo

vi-

videatur; ideo satis erit tantum summā pelliculam radere, ut altius penetrare possit smegma ad hoc paratum.

In vitiligine sanguinem mittere alienum est, si malum vetus est; in recenti, vbi humor non adhuc particulæ adhæsit, nō erit alienū a sanguinis missione curam auspicari, quæ in alpho potest fieri per venæ sectiones, in mela apertis venis in sede. Post hæc, & totius corporis purgationem scapello cutis inciditur, et cucurbitula super imponitur, aut irudo, quæ prauum succum eximat. Ob eandem causam locum quotidie fricare conuenit, vt in exempti sanguinis, aut succi locum bonus succedat, et, si rebellius malum est, acu pungere, donec cruor emanet; aut folijs ficus fricare, et inde minio sinopico cū aceto locum illinire. In leuce adustio laudaretur, nisi dolor peius affligeret; et nisi cicatrix sequutura æquè esset indecora. Ephelides leuiter confricatas attollere oportet, si summa cutis diducta est; et sinere vt hoc modo arescant. Inde, smegmate abstergantur, si non sequuntur digitis sunt auellenda, sed leuiter ne sana cutis, qua parte ei continuata est, dilaceretur.

Stigmata, quæ acu fiunt, Crito fricandā esse præcipit, mox terebinthina illinenda ac liganda, septima die soluenda, ac denuo acu stigmata pungenda, ac sanguine deterso, locum tenui sale esse fricandum, tum diebus quinque transactis superimponit medicamentum, quod habet thuris, nitri, calcis viuæ singulorum P. x iiij. mellis P. x vij. cum hoc .n. medicamentum remouebis conspiciens in eo nigra vestigia, quæ in cute fuerant. Quod si non successerit eo, quod altius impressa vestigia fuerint, super ea crusta inducenda est, qua albata medicamentū super imponitur, quod quidē sūma exulceratio sequitur, cui sanescenti cicatrix tanquā vlceri inducenda est.

In

In liuore, si naturæ auxilium non satis est, scapello summa cutis debet remoueri, qua sanguis suffusus tegitur, sed cauere oportet, ne caro dilaceretur, ne vlcus fiat; dempta cute, si quid concretum intus erat, eximi debet, si concretum non erat, leuiter debet exprimi, vt effundatur, inde curetur medicamentis abstergentibus aliàs proponendis.

Cura Pharmaceutica.

Purgare oportet corpora, antequam particulæ consulatur, ne prauus succus in toto corpore abundans ad eum locum trahatur. Et, si vomitus facilis est, ab eo erit cura auspicanda: qui paratur aut radiculæ, aut anethi decoctione, cui admisceatur acetum, & mel; Si vomitus difficilis est, mouenda est aluus, ex vncijs iij. succi rosarum, & mellis tantundem si melas est, filiculæ decoctio adijciatur. Sed ante purgationem parandi sunt humores in leuce decoctione Sthæcadis, saluiæ, melissophylli, cum saccaron; in mela decoctio melior est ex boragine, aut lupo salictario, posteà purgandũ corpus in leuce radice rhodia, colocynthide, & lacte lactucæ marinæ. In mela epitimo myrobalanis, lapide cæruleo, filicula, veratro, lacte asinino, vel bubulo, vel caprino, & squama æris. Si dandum est lac, ei salis paulum adijcere oportet, atq; id decoquere, & sublatis his quæ coierint, quod quasi serum superest bibendum dare nõ minus trium librarum pondere, & vsque ad libras decem. Ex compositis probe purgant hyera, quam Rufus descripsit, si post purgationem venter roborandus est, ne pituitam generet, confectio Mythridatis ad id optima est quotidie per hyemem sumpta ad P. xi. & interim cibus, & potiones assumere, quæ simul alant; & vrinam moueant,

ut sunt ferè omnia, quæcunque in horto nascentia boni odoris sunt, ut apium, ruta, anethum, ocymũ. menta, hyssopum, anethum, coriandum, nasturciũ eruca, feniculum, & præter hæc asparagus, capparis, nepeta, thimum. satureia, lapsanum pastinaca, magisq; agrestis, radicula, siser, cæpa, ex venatione maximè lepus, vinum tenue, piper, & rotundum, & longum, sinapi, absynthium, nuclei pinei.

Quæ exterius adhibentur, pænè inumera sunt: ideoq; suspecta est eorum aff cacia non enim in tam leui malo tam varia, tam multa medicamenta fuissent tentata, si prima, aut aliqua semper respondißent.

Lenticulas alcyonis in vino tritum demere narratur, si particula eo liniatur. idem præstare dicitur lactucæ syluestris lac, quod aceto terunt, & ad mellis consistentiam reducunt, & eo maculas liniunt.

Teruntur etiam conchrios semina, ac inungitur his lentigo, & ubi hoc medicamentum aruerit abluitur, idem faciunt anethi semina mansa, & illita, & alba viola ex aqua, & oleum græcarum nucum cum cæra mixtum, & amararum nucum. ac melanthium torrefactum, ac melle mixtũ, si vespere illinitur, & mane abluitur; & ocymi semen, cum gallinæ, aut anseris adipe illinitum; myrrham quoque, & crocum ex aqua macera, & lenticulas foue, eadem ferme ratione casia, cinnamomum, gummi, nitrum, sanguis leporis, tritici farina & lolij, & lupini, herba cardamiña dicta, raphani semina, & brassicæ, & allij crematicinis, al ssum herba, galbanum; & alia, quæ in puluerem redigi poßunt, sapa excepta liniatur.

Vitiligo eandem penè curam habet, verùm, quia vehementiorem causam habet, sunt validiora medicamenta eligenda

genda: vt sunt purpurarum testæ crematæ, & sepiæ atramentum in sua testa exustum, donec id, quod crustosum est, abscedat, piper cum nitro, dracunculi radix, bulbi omnes; quæ aut ficubus, aut melle, aut defruto excipiuntur, & liniuntur.

Ad Ephelidem Galenus satis esse credit faciem multa aqua frigida lauare, sed aliàs laudat rubiam ex oleo tritam, si liniatur; hanc etiam puleium tollere auctor est Dioscorides.

Liuoribus medemur ex Alexandro inter initia decoctione fænugræci, vel ferulæ campanæ.

Stigmata tolli vrinæ recremento, quod matulæ adhæret, Paulus refert: quàm plurima etiam medicamenta ab auctoribus recensentur, quæ ad officinam reseruantur.

Cura Diætetica.

In his malis victus rationem solus Auicennas instituit, credo, quia cæteri victus rationem comprehendunt, dũ causas numerant procatarcticas. Cauere itaque oportet ab aere crasso, & stagnorum expiratione fœdo, præsertim, si crassitiei admixtus vehemens calor est, quo aduratur. Cibos laudat boni succi ex tritico videlicet panem siligine: non tamen qui pituitam gignunt, ideò in leuce omne pingue, & lentum damnatur ab Auicenna. Idemq. refert damnanda esse olera & carnes neque assas, neque frixas conducere, neque condita. Balneum noxium est, ante quam corpus medicamento purgatum fuerit: præsertim in leuce, in qua malũ altius penetrauit. Cũ verò corpus fuerit perpurgatũ, confert in balneo sudare: præsertim in leuiore malo, vt in alpho, & mela: in quibus neque etiam concubitus pertimescendus est; quia rursus corpus excitat,

OFFICINÆ.

Ad Lentigines purgant.

R. Aloes vn. ij
Colocynthidos ℥ I
Cinnamomi
Zilobalsami
Mastiches
Spicæ } ā. ℥ ss
Asari
Croci
Folij
Oximellis q. s. vt fiat elect. cap. ℥ I

vel

R. pilul. cochiarum
Fætidarum } ā sc. ss
Troch. alhandal gr. ij
M. ref. pilulæ
Ad lenticulas abstergens;
R. Seminis ocymi
Myrrhę } ā. ℥ I
Elaterij gr iiij
Adipis anseris q. s. vt fiat linimentum, quo lenticulæ liniantur.

Ad Lenticulas.

R. Casiæ
Cinnammomi
Nitri
Herbæ cardaminæ } ā. v. I ss
Cineris allij
Radicis bryoniæ
Sapæ vn. iij
M. & liniantur lenticulę,

vel

R. Seminum rafani
Brassicæ
Erucæ } ā ℥ I.
Farinæ tritici
Lolij
Lupini } ā. ℥ ij
Fiat puluis, & cum melle q. s. fiat pasta, qua plasmentur lenticulę, posteā abluantur aqua marina.

vel

Ad vitiliginem.

R. Cineris fol. ficus
Testę purpur. } ā. ℥ I.
Piperis
Nitri } ā. ℥. I. ss
Rad. ranunculi
Astulæ regię
Cort. cap. } ā. ℥ ij
Oxymellis lib ss M. liniantur.

Ad alphon Pauli

R. Veratri albi
Sulphuris viui } ā. vn. I
Alcyonij
Nitri } ā. vn. ij
Sapę q s. vt fiat linimenti cōsistentia, quo alphos liniatur

vel

R. semin. rorfis mar. scrop. ss
Sulphuris
Spumæ nitri } ā. vn. ss

Te-

Teruntur aceto, donec ptisanæ consistentiam habeant. & inung. cutis læsa, & cum aruerit, abluitur locus aqua frigida.

Ad melanas ex Aetio

R. Salis ammoniaci }
Cornu cerui vsti } ā. ʒ i. ss
Ammoniaci thim }
Iridis contritæ }
Farinæ erui } ā. vn. i
Fabarum }
Fiāt pastilli S.A. & qũm vsus postulat aqua dissol.

vel

R. Farinæ Erui }
Fabarum }
Thuris }
Iridis } ā. vn. ss
Spumæ nitri }
Costi }
Amaras nuces n. v
Albuminis oui } ā q. s
Lactis asinini }
Vt excipiantur ad efficiendos pastillos: qui disoluendi sunt in aceto, vbi vsus postulat.

Ad leucen

R. Adarces }
Sem. roris mar. } ā. ʒ iij
Sulphuris viui }
M. & ex aceto in sole illine leniter.

Ad Epheliden

R. Semin. erucæ }
Amararũ amygd. } ā. ʒ i
Cucumeris syluest. }
Farinæ erui vn. ss
Vini parũm
M. & illiniantur. & post horam spongia aqua frigida imbuta abstergantur.

vel

R. Pinguedinis anseris ʒ i
Cumini vn. ss
Mellis attici }
Vng. rosati } ā. vn. i
Spume argẽti lot. }
Cerussæ }
Ceræ vn. i. ss
M, & illine, ac mox abstergatur spongia cum sapone.

Ad liuores

R. Sertulę campanæ } ā. ʒ. i. ss
Fœni græci }
Cerussę vn. ss
M. liniatur liuor

vel

R. Thuris }
Nitri rubri } ā. ʒ i
Seminis napi }
Mentastri }
Piperis } ā. ʒ i. ss
Cineris brassicæ }
Vini albi lib. i. ss.
M. & inur. inde fiat decoctio, qua cum spongia foueatur liuor.

vel

R. Medullę panis vn. i
Adipis anserini vn. ss
Coriandri ʒ ij
Arsenici ʒ i ss
Cum decoctione coriandri fiat linimentum

Ad

Ad cicatrices,

R Auri pigmenti ℥ i
Piperis ʒ ij
Rutę } ã. vn. ss
Sandaracæ

Mellis q.s. M. pro linimento prius nitro cutis fricanda; inde illinenda, & per 5. dies sinendum; postea acu pungenda est cicatrix; inde abstergenda, vt in cura chirugica dictũ est, & post 3. dies interdùm illinitur, finiturq: per dies 20.

vel

R. Auri pigmenti ʒ. i. ss
Nitri ʒ ij
Piperis } ã. ℥ iij
Thapsiæ
Calcis
Sandaracę
Thuris } ã. vn ss
Atramenti sutorij
Ceræ ʒ vj

Mellis q. s. M. & vtere, vt supra dictum est.

Ablutio ad lentigines

R. Aquæ vitis extillantis lib vj
Cineris vitis albæ lib. ss

Fiat lixiuiũ S.A. & in eo pone
Mirrhæ } ã. ʒ. i ss
Fellis taurini exiccati
Succi liquiritię

M. & spongia abluantur lentigines.

Ad vitiliginem,

R. Casiæ } ã. vn. ss
Asari
Brioniæ
Rad. asphodeli
Aquæ marinæ lib. iiij

Bulliant ad conf. 1 quar. & abluantur lentig.

Ad alphum

R. Seminis lini } ã. vn. ss
Fœnigreci
Erucæ
Corticis capparis } ã. vn. ss
Hederæ

Aq. com. lib vi. fiat inf. per horas 24. & inde bulliant S. A. ad conf. 1 quar. & colaturæ adde
Salis vn. iij

M. abluatur

Ad melan.

R. Semin. fœniculi } ã. vn. ss
Anethi
Ocymi
Pastinacæ

Vini albi lib. ij bull, & colatura abluantur melan.

Ad leuce.

R. Rad. dragunchuli } á. vn. ss
Astulæ regiæ
Piperis longi
Bulborum
Capparis
Aceti accerimi lib. iiij

Fiat inf. & ebullitio S. A. qua leuce abluatur.

De Cutis graueolentia. Cap. III.

FAEtidum græci ευρὸν, arabes [illegible] *dixere, meritoq; auerno tribuitur præ cæteris, quia nullum certius corruptionis indicium est, adeò vt etiam in vicina corpora, quasi contagione quadam serpat corruptio; quam sentiens odoratus vis horret, ac refugit. Et igitur graueolentia tristis sansatio odoratus, procedens a vapore corrumpente. Nostri instituti non est de læsa attione dicere, videlicet de tristi sensatione odoratus, sed de causa, vnde ea tristis sensatio procedat, nanque vitium non est in facultate sensiente, sed in corpore, vnde vapor erumpit, qui tristem sensationem inducit: ea tristis sensatio semper corruptiione procedit, sed non ex omni, verùm ea, quæ contagione corpora corrumpit, ad quæ fertur; nanque etiam, dum res comburuntur, patiuntur corruptionem, & tamen non adeò fædus odor erumpit ex corporibus combustis, atque ab his, quæ interna corruptione tabent, etiam si multo vehementior corruptio sit, quæ fit ab igne, quam ea, quæ sponte succedit; igitur a vapore corrumpente procedit grauolētia, & vitium non est in eo, qui læditur, sed in eo, vnde lædens vapor emanat.*

Locus corruptionis esse potest vniuersa cutis, aut quælibet pars corporis, vnde vapor pōt erumpere; sed, quia raro euenit vitam manere, vbi vniuersum corrumpitur ideò ferè peculiaris corporis pars est, vnde horrendus odor emanat. nonnullis caput male olet; aliis spiritus, qui ex naribus, aut ex ore erūpit, pæne omnibus ab alis, aliquibus ex pudendis; & quibusdam præter morem, aut vrina, aut alui egestio graueolet; ulcera præterea, vbicunque sint, malum odorem efferre

con-

tracto spiritu, qui indè maximè infestus exit: presertim ubi puer conspicuè desijt crescere, & seminalem uim incipit emittere, quod uocant hircire, ut latiùs Ar. si 13. ploblemat. 8. explicat.

Eandem patiuntur corruptionem pudenda tã uiri quàm mulieris. ubi semen emittere incæperit, & in abluendis partibus minus, quam decet accurati fuerint, sed frequentius, & infestius hoc malum mulier patitur, quia penitiora, & latiora habet loca, quibus corrumpendus humor detineri possit.

Ita urina, & alui egestio uel puris admixtione, quod ab interno aliquo ulcere emanet, solito horridior fit; uel caloris aliquo augmento, uel mora.

Pedes uniuersæ cutis fontem sequuntur, sed eò fædius olent; quo in infimo loco siti emissarum sordium plus admittunt, & quia ferè teguntur, admissis sordibus aditum liberum non prebent.

Omnium causa primitiua potest esse usus frequens alimenti, quod facile corrupatur. quale ferè est omne humidum alimentum, & pingue, præsertim si crebrò, & multum aßumatur, adeò ut concoqui nequeat, & in ore præsertim caro dentibus mandendo intermixta, itẽ uini immodica potio quoscunque odores uehementiores reddit, item hyosciamo uti, & cicere, aut faba cruda.

Somni longiores, & ocia corruptionis causæ præcipuæ perhibentur, & omnia immota putrescere omni patet experimento; quare etiam retenta excrementa & fædius olent, ubi eruperint, & interim, si qui flatus ex his discedunt, nares pessimo odore contingunt; eandemq; ocij sortem sequitur ignauia, qua quis se ipsum lauare, caput pectere, nares emungere, os abluere alas detergere; puden-

da curare, excrementa deponere, pedes a sordibus liberare, cutem vniuersam ab omni labe immunem facere, & conseruare neglexerit.

Graueolentia per se nota est, imò hoc ipso nocet, & non aliàs quo nota est, verùm quia ferè tegitur, notis opus est, quibus iugandi caueant; scire itaque oportet ferè pingues, & opimos tam mulieres, quam viros male olere, & ex his praesertim, qui carnem albidiorem habent. praeterea ex ignauia potest sui corporis incuria deprehendi, quàm ferè corruptionẽ sequi diximus. Item si faemina, & pinguis, & hirsuta est, huic caput male olere intelligas, quod eo certiùs deprehendes, si, vbi crines laxat, propè assideas, nanque, dum coma dilabitur, ex capillorum radicibus odor, qualis assiduo expirat, confertim emittitur. Nares ferè male olent simis, os ieiunis, & qui aliàs pallent, neque pallori maciem adiunctam habent;
Arist. 13. probl. 7. item si quem splenè laborare nouerimus non bono habitu, nec laudabili expiratione praeditum possumus suspicari; praeterea homines incurui, & gibbere grauati faedionem habere
Arist. 13. probl. 10. olent habitum; & oportet animaduertere nullum odorem eò infelicius occultari, qui ex alis est, in his, qui hircire dicuntur,
Arist. 13. probl. 9. si quidem eorum odor ferè vnguentis horridior euadit.

Medentis intentio eò dirigi debet, vt humores putrescibiles educat, putredinem impediat, & cutem, os, pudenda abluat, & abstergat è nisi haec fieri possint, odoratus sensum aut auertat, aut decipiat.

Graueolentia pessimum & rebelle admodum malum est, & coniugia rixis frequentissimis horrida minatur; si quidem forma, quodcunque oculi obiectum faciliùs occultatur, & per delicatissima oculi instrumenta minori impetu fertur, nec adeo crassum speciem praefert praeterea, & quae sunt in

ea.

colore cutis vitia, & quæ in mala membrorum dispositione quam plurima sarcit gratia, & congressus hilaritas. odor grauior erumpit, quo corpora magis propinqua sunt, & quo liberiùs hiant lusibus venereis: neque nox, neque vmbra, prauum habitum tegere potest; quæ deformem tegit. Tamen nisi incurabili aliquo corporis vitio putredo oritur, potest interdũ nisi prorsus euitari saltẽ mitior reddi. & ferè unguenta spẽ præbẽt, vbi ipsa sudori male olenti admixta olent suauiùs, namque vbi & multa. & intensa putredo est eadem fœdat vnguenta, ut grauius oleant, e nihil hac aura est efficacius thedis nuptialibus extinguendis. Arist 13. probl. 11.

Caput sæpe fricandum, & pectendum est, cui male olet, vt inclusus humor expiret, & si acor, aut aliud vlcus, aut crusta est, ea cranda est, pro ratione mali; ita in naribus ozenæ, aut polypi cura aliundè petenda est. pariterq; de vitijs dẽtiũ aliàs dicẽdũ est. et omniũ partiũ penè vna cura est ablutio frequẽs.

Item aerem oportet fugere crassum, & vliginosum, quo caput humescere, & splen intumescere consueuit; panem comedere bis coctum, carnes assas, & nunquam in faciem alteriùs ieiunũ loqui, Ouidius

Si grauis oris odor nunquam ieiuna loquaris,

Arist. in problematib. damnat legumina oĩa cruda, quia graue spiritũ reddunt, et præsertim viridia. damnet etiã Auicennas vsum fœnigreci; laudat casiam, asparagum, apium & omnia quæ vrinam mouent, credo quia humorem toti corpori detrahunt, Oportet etiam a cibo vino os abluere. Vigilare potius & exerceri & crebro nares emungere, & subindè atracto plantaginis succo detergere; aures mundare; vrinam ciere, et alui agestiones procurare, et frequenti balneo pedes, et vniuersam cutem defæcare, et præ cæteris abstinere 13. prob 7.

nere a Venereis, nihil enim est, quod fœdius corpus corrumpat concubitu frequenti, & importuno, quo omnis concoctio perturbatur, et sordes ad uniuersam cutem prolapsæ spiritum trasmutatem excipiunt, & corrumpuntur.

OFFICINÆ.

Ad Fætorem vniuersæ cutis.

R. fol. Sisimbrij, Mentę, Calamenthi, Citri, Salicis — ā m. ij
Aquæ com., Vini rubri — ā lib. ij
Aluminis vn. 1 ss
Bulliāt omnia simul & colatura perfundatur cutis vniuersa. vel
Aluminis vn. 1 ss
R. Fol. fl. rosarum, Iridis, Sampsuci, Abrotani, Citri — ā m. ij
Corticum citri, Sandalorum citr., Cyperi — ā vn. 1
Salis vn. ij
Vini rubri lib. iiij
Bulliant S.A. ad consf. 1 sest. & in finem adde
Spec. aromat. ros., Trium Sandal. — ā 3 iij.
M. abluatur vniuersa cutis
inde

R. Farinæ lupinorum, Erui, Lentium — ā v. 1 ss
Ex aqua rosarum absterg cutis post ablutionem.
inde
R. Olei myrthini, Mastichini, Rosati — ā vn. ss
M. inung. vniuersa cutis post abstersionem.
vel
R. Olei myrthini vn. 1. ss
Pulu cariophylli, Myrrhæ, Aloes — ā sc. 1
Ceræ parum M. p. o inunt.
Capitis ablutio
R. fol. lauri, Oleastri, Citri, Saluię, Betonicę, Pulegij — ā m. ij
Fl. camomillæ, Squinanthi, Rosarum — ā m. 1

Li-

Lixiul. cineribus vitis lib. vj.
M. fiat inf. per noctem & inde ebull. ad conf. ss. & decoct. caput abluatur

vel

R. fol. lauri
Citri } ã. m. ij
Saluiæ
Roris marini
Sampufci } ã. m. 1
Amaraci
Cariophyllorum
Myrrhæ } ã. vn. ss
Aloes
Stichados
Salis vn. 1
Vini albi lib. iiij
Fiat inf. & ebull. circularis S. A. & colatura caput abluatur.

Ad nares graueolentes

R aquæ plantag.
Rosarum } ã. vn. ss
Saccaron 3. ij
Aceti albi 3. 1
M. & postquam bene fuerint emunctæ nares attrahitur bis die,

vel

R. fol. sumac. m. 1
Ligni sandal.
Myrrhæ } ã. 3 ij
Bulliant in suff. q. succi granat. & decoctio atrahatur naribus.

Ad grauem oris halitum,

R. ligni sandal.
Aloes
Guaiaci } ã. vn. ss
Lentisci
Aceti rosati
Vini granat. } ã. lib. ss

Aluminis 3. ij
Fiat inf. per horas 24. & inde ebull. circularis per horas 4. & decoct. ore cōtineatur.

vel

R. corticum citri vn. ss
Caryophyll.
Cinnamomi } ã 3. ss
Macis
Vini albi gener. lib. ij. fiat inf per horas 24 & inde ebull. circularis per 3. horas & colaturæ adde.
Saccaron vn. 1 ss
Capiat ieiunus vn. ij

Ad fætorem alarum

R. Sādal. citr. myrrhæ
Cinnamomi, folij
Spicæ. rosarum. } ã. 3 ss
Aluminis
Tutiæ
Lythargyrij } ã. 3 iij
Caphuræ 3 ss
Cum aqua ros. fiant troch. S. A. quibus ex aceto alæ liniantur. vel

R. Spicę, amomi
Cariophylli, casiæ } ã. 3. iij
Xilobalsami
Costi, blactæ, bizāt
Asari sampsuci } ã. 3 ij
M. terantur ex vino aromatico, & linianiur alæ.

vel

R. aceti acerrimi vn. iiij
Myrrę vn. ss
Salis 3 ij
M. & abluantur alæ.

Ad fętorem pudendorum

R. sandal. rubri
Lentisci } ã. vn. ss

Cor-

Corticis ligni G. ℥ ij
Fol. flos, rubr. }
Folij } ā. ℥ 1
Vini albi lib. ij. incid. & inf. S. A. & bulliant vt viri pudenda abluantur si adsit inflam.

vel

R. Corticis ligni G. vn. 1
Mirrhæ }
Aloes }
Cinnamomi } ā. ℥ ij
Caryophyll. }
Vini albi lib. iiij. fiat inf. & bull. pro ablutione puded. mulieris.

Ad fetorem pedum,

R. fol. absyntij, saluię }
Oleastri, rosarum } ā. m. ij
Mirthi, menthæ }
Pul. myrrhæ }
Aluminis } ā. vn. ss
Vini albi lib. iij M: bulliant S. A. decoctione abluantur pedes.

vel

R. Corticis ligni G, vn. 1
Sandal rubri }
Ligni lentisci } ā. vn ss
Fol. sumach }
Mirthi }
Cupressi } ā. m. 1
Lentisci }
Rosarum }
Aluminis }
Salis } ā. ℥ iij
Aquæ com lib. viij.
Fiat inf. per horas 24. & inde ebullitio ad consu 1 quar. pro ablutione pedum.

De Vocis aspritudine.

Diximus de his, quæ oculos, et nares offendunt; sequitur etiam aliquid dicendum de vocis aspritudine, qua interdum non mediocriter aures læduntur. Aspritudinem voco inæqualitatem, quæ duobus præcipuis modis accidit & in sono prorsus intercepto; et in eodem continuo quidem, sed non æqualiter procedente, adeò vt vna pars soni grauior, alia acutior sit; hi, quibus uox prorsus inrercipitur a latinis appellantur balbi a græcis τραυλοί, *à quibus nostrum uulgus nomen accepit: ab arabibus* [illegible] *hi uero, quibus non intercepta, sed inæqualis; et aspera uox est, racui dicuntur a latinis, a græcis* βραγχώδεις *ab arabibus eorum affectio appellatur* [illegible]

Bal-

Balbos facit calor vehemens, qui facilè concitetur, quod in fœmina raro accidit, nisi ea virago est. efficit etiam instrumentorum, quæ vocis inseruiant mala constitutio; et quanquam omnis aspritudo a siccitate esse feratur, tamen hæc plerunque ab humore est; qui per vocis instrumenta diffusus ea efficit inæqualia, et quasi aspera: Ex causis primitiuis quælibet damnari potest, a qua iste humor, aut augeri, aut in fauces moueri potuerit, et præsertim frequens aeris mutatio ex calido in frigidum, aut ex frigido in calidum, item aer crassus, et humidus; mora longa sub sole cibi humidi, aut pituitosi somnus superfluus; et immodica quies; excrementorum retentio. V animi incostantia.

Hoc malum per se notum est et hæc est differentia inter balbos, et raucos quod balbi plerumque etiam furiosi sunt, parum loquuntur. et si quando vehementius ad loquendum concitantur vox prorsus intercipitur, et nihil loqui valent; rauci uerò, vbi placidiùs loquuntur, grauiorem vocẽ edunt; vbi verò concitantur, nõ intercipitur eorum uox, sed acuitur, et exasperatur. Atque balbi ferè ex natura sunt, et a pueritia, rauci verò plurimum a pubertate sunt, et multis aduenientibus tales fiunt, aut ex supradictis, aut ex morbis gutturis a quibus erosa, aut exasperata vocis organa fuerint.

Balbi caloris vehementia refrenanda est; rauci humor absumendus, aut, si quid demptum a morbo est, restituendũ: Medici consilium de refrenanda caloris vehementia expleri non potest, dum calor ex natura est humor verò, qui raucedinem facit, tolli potest, et si recens est carnis in vua, aut parte proxima absumtio poterit restitui; cæterùm, si guttur male figuratum ex natura est, aut si antiqua erosio, et lata est frustrà curam suscipimus.

Cura

Cura neque manu, neque pharmaco quicquam prodesse potest in balbo. quia malum ex natura est, quæ non nisi consuetudine, quæ altera natura dicitur, vinci potest, at consuetudo in victus ratione locum habet, non in catarcticis, aut venæ sectione, aut vstione.

Quare balbi aerem incolant frigidum, & humidum. cibosq; similes edant; panem parum coctum; carnes vituli aut agni annui, orizam, laganum, iurulenta omnia, nihil aromatibus conditum, nullum ex bulbis. bibant aquam leuem, frigidam: dormiant quamplurimum: & quiescant: curentq; frequentem excrementorum exitum: animumq; semper pacatum habeant, & omnem loquendi occasionem fugiant, dum testes adsunt, solitarij verò dum sunt, loquantur assiduo, vt assuescant.

Rauci non prorsus ab aere, aut frigido heduntur, aut calido; sed ab inæquali, quando modò calor modò frigus superat; hoc enim maximè grauedines, ac destillationes mouet; eademq; ratione cauere debent a quacumque occasione, qua corpus modò incalescere possit, modò refrigerari: propterea lenia admittant cibaria. & æquali semper mesura, horisq; statutis, & consuetis non acida comedant, non stiptica. non acria, præter quàm medicinæ gratia; & in cæteris omnibus mediocritatem seruent dormiendo, vigilando, ambulando, vt sensim ambulent, calefacti non statim ab omni exercitatione desistant, nec illico denudentur, aut sustineant vestibus grauari; fugiantq; omnes animi concitationes: in his enim quàm maximè hoc vitium proditur, & quàm minimè occultatur.

Balbus a pueritia animaduertere oportet an ligula, quæ sub lingua est, cum modo secta sit; & nisi bene secta fuerit se-

secundum rationem secare.

Qui rauci uenæ sectione curantur, horum morbus recens est, nec ad nostrum institutum pertinet.

OFFICINAE.

Ad Leniendam vocem.

R. vitelli oui elixati, Sisami excorti, Butyri ã. vn. ss
M. capiat quotidie tribus vicibus.

vel

R. Caricas pingues n. v.
Calamenthi vn. ss
Aquæ violarum lib. 1
Fiat decoctio S. A. & colaturæ adde gummi q. s. vt redigatur ad mellis con sist. & assumatur.

vel

R. succi liquiritiæ, Myrrhę, Thuris ã ℥. 1
Croci scr. ss
Sapæ vn. ij
M. & vtere lambendo.

vel

R. Belgioin ℥ 1. ss
Croci gr. vj
Mellis vn. 1
M. coque donec fieri posfint pilulę, quarum vna detineatur sub lingua.

vel

R. Croci gr. vj
Piperis longi scr. 1
Zingiberis ʒ ij
Amyli vn. 1
Mellis vn. ij
Coquātur leniter, donec fiant pilulæ, quibus utit. ut supra

vel

R. Olei Amygd. d., Amyli, Saccaron ã. vn. 1
Draganti ℥. iij
Piperis longi, Cubebarum ã. ℥. 1. ss
M. vtitor lambendo, vbi cantus exigitur.

De cutis duritiæ, aspritudine, & crassitie.

Cutis durities, aspritudo, & crassities ad postremum sensum nempè ad tactū pertinent, nō eadem vitia sunt, & neque easdem causas habent, sed, quia in proximo sunt, & breuibus singula sunt ex pēdēda, eodē capite comprehendā;

 nomi-

nomina ex his, quæ de capillis diximus, patent. sunt igitur vitia, quibus cutis qualitas mutatur, & forma læditur; omnium causa siccitatis est, & quanquam in cute, quæ crassa est, videtur ex pituita esse, quæ humida est, tamen leuis cutis fieret ex pituita, nisi præter morem exiccaretur, & lenta fieret. cutis dura, & aspera est, quæ tangenti difficilis ingratum illi sensum imprimit; crassa hoc idem efficis in tangente, sed sensum etiam habes, & inconspicuum efficit in eo, qui tangitur: ideò duo priora vitia ex siccitate proueniunt seu interna, seu externa; interna, & ex natura esse potest, vt in his, qui calidi admodum, & sicci sunt; vel ex morbo, vt in ecticis, & longa valetudine consumptis. externa causa potest esse solis ardor, si quis diu illi expositus exerceatur, aut pulueris volutatio, certaq; exercitationum genera, præcipueq; in artibus, quæ igne vtuntur, & aspera assiduo tractant. Si interna causa aspritudinis est, proterui hominis mores ostendunt, quiq; sibi ipsi probatas, ac stabiles mentis imagines habeat; morbus quoque tales inducere mores solet, itaque si noua prauitas est, ex morbo, non ex natura siccitas est; tamẽ ex artis sorditie, & humili hominis fortuna ingenuos mores expectare non consueuimus; nec quicquam admodum diuersum significare solet durities ab aspritudine; est enim, & in aspritudine durities, sed in duritie æqualitas est, crassities ignauiam ferè adiunctam habet, & bonam mentem, & validum corpus, quanquàm sine solertia, & sine agilitate.

Oportet calorem internum lenire, externum fugere, artes, & exercitationes, si fieri potest, mutare, qui ea cutis vitia cupit demere quæ compleri; ubi causa interna est, difficilè quidem est, sed non sine spe; si causa externa est, facilè hac remota possumus asperitatem depellere, nisi iam longa consuetu-

dine in quasi naturam malum transiuerit.

Itaq; aerem quærant lenem, frigidum, & humidum, qui cutem molliorem quærunt, sed nunquam membra ventorum rigori nuda exponant quia potius durarentur; comedãt quã plurimum, & frequenter panes ex siligine parum coctos sine sale, sine fermento: carnes pinguium animalium, præcipueq; vituli, atque agni, & piscium cuiuscunque generis, dummodo non salliantur, sed præ cæteris sunt purpuræ, & conchilia, & quadrupedum partes extremæ, præter quam in crassitie; vt vngues, pectunculi, rostra, vuluæ, & partes aliæ glutinosæ; bona etiam sunt oua sorbilia, laganum, zea, hordeum; omnia iurulenta. potus sit aqua; somnus noctu quantum longissimus esse potest, & etiam longis diebus per æstatem meridiari; Balneo vti frequenti, & præsertim a cibo, tum vngi, aut oleo ex græcis nucibus, quas amygdalas vocant, vel quocumque alio vnguine, etiam oleo ex oliuis, postea iterum lauari, & postremo corpus inunctum relinquere, animumq; quantum fieri potest suauibus cogitationibus mulcere,

Qui crassam cutem habent, huic oppositam victus rationem exigunt; vt sæpius exerceri, ruri plurimùm esse, venari, assiduisq; laboribus cutem absumere diximus enim differre crassam cutem a dura; ideoq his aer calidus, & siccus est oportunus; loca aspera, & septentrionibus exposita. panis biscoctus, salitus, ac fermentatus caro macra, eaq; graciliũ ferarum, aues montanæ minusculæ, assa omnia, & sale multo condita, sed modica quantitate, & raro assũpta; vigilare quam plurimùm; ieiunũ balneari in aqua marina, aut alias salita, aut sulphurea; nunquam vngi; & fusam aluum continere; animumq; solicitudinibus, & rixis agitare:

OFFICINÆ.

Ad Cutis duritiem.

R. Belzoin ʒ i
Ammoniaci vn. ss
Med. cr. vituli vn. i
M. S. A. & liniatur cutis.
vel
R. Olei amygd. d. }
Violacei } ã vn. i
E vitell. ou. }
Cerę parum
M. liniatur cutis
vel
R. Mucill. sem. lini
Fęnug. } ã vn. i
psylli }
Amyli vn. ss
M. liniatur cutis

Ad cutis aspritudinem

R. vit. ou. n. iij.
Sebi hedini vn i. ss
Draganti un. ss
M. liniatur cutis.
vel

R. Sem. lini }
Fænigræci } ã. un. i
Maluæ }
Violarum }
Fol. malue m. ij
Ammoniaci } ã. vn. ss
Bdellii }
Albumina ou. n. x
Decoctionis cancr. fl. lib. iij
Fiat inf. S. A. per dies 3. & inde extillatio, qua linia tur cutis.

Ad cutis crassitiem

R. ping. suillæ vn. iij
Asari }
Cinnamomi }
Cubebarum } ã. ʒ ss
Sinapis }
Contundenda cond. subtiliter, & M. pinguedini, qua cutis liniatur.

De Furfure, seu porrigine.

Aspritudinis species furfur est, quæ πιτυρίασις græcis dicitur, ab arabibus [illegible] *fit plerunque a materia acri, et nitrosa; quam sanguis melancholicus in supremã capitis cutem trãsponit, ibique uel uitio humoris admodum rebellis ad trasmutationem: uel etiam quandoque uitio alteratricis deseritur quod alimentum cutis esse debebant, et dempto glutine friatur, de qua Samonicus.*

Est

Est insensibilis morbus, sed noxia forma,
Qum caput immensa pexum porrigine ningit
Copia farris vti frangentibus ędita saxis.

Vt hoc malum arceatur, oportet sanguinem defæcare: materiam, qua cutis imbuta est, detergère, et facultatem nutrientem cuti integram reddere. In quibus peragendis tres gradus porriginis sunt animaduertendi: alia enim porrigo leuis dicitur, quæ facilè discutitur, credo, quia vitium non est in facultate, sed in materia, quæ tamen non admodum rebellis sit; secundus gradus eius est, quæ et a facultate simul, et a vitio materiæ pendet, sed in qua vitium non admodum vehemens sit; et hæc species porriginis validiora medicamenta inquirit, tertius gradus eius est, cuius acredo vehemens est adeò, vt cutem exedat, et vlcus faciat, et hoc malum curam habet difficillimam.

Hanc poterit maluæ radix decocta leuare,
Aut tu fæniculum nitrumq; & sulphura viua
Contere, deinde caput permixtis oblıne cunctis,
Furfuribusq; nouis durum miscebis acetum,
Et varios crines tali des vnguine puros.
Prodest & tarda demptus testudıne sanguis,
Et Prodest cedro demissus ab arbore succus.
Desinet interea glomerari farrea nubes,
Cessabitq; grauıs crebræ porriginis imber.

Leuior porrigo oleo ex amaris nucibus, et rosa depellitur. grauior his etiam opus habet, quæ abstergunt, vt est decoctio seminum lini, et fænigræci, et althea: post quorum vsum caput inungitur. vbi uerò ulcus est, manu quoque opus est, et sanguinem mittere ante purgationem, & caput abradere; purgare oportet pilulis fætidis

con-

confectione Amech. aut syr. e polijpodio pro vt liquidum, aut medium, aut solidum medicamentum exposcitur.

OFFICINÆ.

Ablutio leuis ad furfur.

R. Sem. lini
Fænigreci
Altheæ
Cydoniorū } ā. p. 1
Aceti lib. 1
Aquæ com lib. iij
Contund. sem & fiat inf. per diem, & inde ebull. ad cōs. 1. quar. & colatura abluatur caput.

vel

R. fol. Salicis, cannabis
Sisami apii } ā. m. 1
Aceti vn. ij vini albi lib. ij. fiat decoctio.

vel

R. Farinæ ciceris
Lupini
Fabarum
Fænigręci } ā. vn. 1
Crętæ cymoliæ
Draganti
Thuris } ā. vn. ss
Aceti albi vn. 1
Vini albi q. s. vt dicta disoluantur pro vsu.

vel

R. Cacumin. mori pulu. vn. 1
Myrobalan. citr. vn. ss
Fol. salicis exicc. ℥ ij
Omnia in pulu. redig & ex oleo amygd. amar. liniatur cutis capitis.

Fortiora ad porriginem

R. Fellis tauri vn. iij.
pulu. staphis agr.
Nitri
Sinapis } ā. vn. 1
M. liniatur cutis

vel

R. Olei rutacei
Keirini } ā. vn. ij
Fæcis vini
Cretæ cimoliæ
Calamenthi
Sulphuris
Chalchanthi } ā. ℥ 1
M. liniatur caput.

vel

R. Vrinę asini lib. vi
Saponis dam. lib. ss
M. & abluatur caput

vel

R. pulpæ colocynthi ℥ ij
Rutæ agrestis
Fol. salicis } ā. vn. 1
Fellis taurini
Farinæ lupinorum } ā. vn ij
Vrinæ pueri lib. ij
Lixiuii, e cineribus vitis lib. iij
Bull. omnia simul post infusionem, & colatura abluatur caput.

De

De Pediculis.

FAEdissima asperitas est, quæ ex quibusdam vermibus pendet, quos latini, credo, a multis pedibus pediculos dixere, græcis φθεὶρ arabibus قمل causa ab omnibus humori traditur, & pluri mi non ab omni humore pediculũ gigni arbitrãtur, sed ab eo, in quo vis quædam seminalis admixta est; quam, credo, melius diceremus putredinis originẽ, quàm generationis, vt semen est, quia in pueris vis generandi, nec semen est, & tamen hi pediculis maximè abundant: item ex Columella alia bruta animantia sunt, quæ pediculos nutriunt. est igitur putredo quæ seminium comune in omnibus animantibus, & inanimis est; neque, qui pediculos ex se ortos occidit, parricida est, quia non ex semine, sed ex sudore putrescente oriuntur. ex causis procatarticis creditur omnis aeris mutatio; alij credunt non aeris, sed aquarum mutationem causam esse, credo, potius quia, qui aerem mutant, etiam a solito sui corporis cultu aliquanto recedunt, vnde potissimum hi vermes procedunt. ex cibis omnes lenti, & dulces pediculos generant, quia lenta excrementa ad cutem deducunt, vt ficus, & vua passa, nuces & iuglandes. & auellanæ præsertim ex saccaron, aut mellæ conditæ; item bibere melicratum; plurimum dormire vestimenta raro nouare, ablutiones intermittere, & exercitationes, & sudores non abstergere, aut alia excrementa continere, & ignauiæ se dedere pedicosum facere solet, ac præcæteris veneris cogitationes, & lusus.

Nati pediculi sunt occidendi, et, si quas lendes pepererint, hæ quoque sunt enecandæ, postea ab omni sorde cutis mundanda est, ac demùm, si malum perseuertet, totum

quo-

quoque purgandum est.

Morbus pedicularis, vbi causam habuerit extraneam, facilè tollitur mutata victus ratione: si ex innata humiditate fit, vt in his, qui carnes albidiores habent, dificiliùs remouetur, si vitium est in humoribus, ferè nunquam ex toto vincitur.

Pediculi, et lendes facilè occiduntur vnguine, quod ex argento viuo paretur; et victus ratio eò debet tendere, vt humiditatem, et putredinem non nutriat, vt est degere sub aere sicco, et montano, vesci pane biscocto, ac salito, carnibus assis, et plerumque ex venatione, dimittere legumina, et fructus omnes, qui passi comeduntur, vt vua, et ficus, et dactili, non comedere nuces, ac præsertim iugulandes: et omnia fugere ex dulci condita: sed omnia condiantur ex acri, et acido; vinum bibatur nigrum, et austerum: vigilare, exerceri: sed, si ab exercitatione sudor sequatur, eum abstergere oportet, et vestimenta sæpe mutare, et interna cutiq; proxima ex lino, externa ex serico. balneum sit frequens, sed præcipuè ex aqua marina, aut aliàs salsa, et post balneum cutis inungenda non est, sed abstergenda amaris pulueribus, vt ex lupinis, lauro, colocynthide.

Ad Phtiriasin.

R. Olei laurini Adipis suilli	s. vn. ij	Olei Spicæ	ʒ ij
		Argenti viui	vn. ss
Staphis agriç Ellebori albi	ī. ʒ 1	M. fiat vng. S. A.	
		vel	

Recip.

R. Fol. sumac.
Acetosæ
Granat.
cupressi
ā. lib. ss
Aluminis
Salis
ā. vn. ij
Aq. com. lib. xij
Bull. ad cons. 1. sect. & ea decoctione abluatur cutis extra caput.

vel

R. Fol. calamēti mont.
Pyrethri
Sisimbrij
Polij
Anisi
Pulegij
ā. lib. ss

Rad. capparis
Altheæ
Acetosæ
Semin. vrticæ
ā. vn. ij
Aq. com. lib. xij
Fiat inf. & dec. s. A. qua abluatur caput.

vel

R. Cinabrij
Colocynthidis
ā. scr. ss
M. demittantur in ignem, & excipiatur fumus panno, quo caput tegatur.

vel

R. Vng. rosati vn. 1
Argenti viui ʒ 1
M. S. A. & inung. pars.

Noxia corporibus quædam de corpore nostro
Progenuit natura volens abrumpere somnos
Sensibus admonitis, vigilesq; incendere curas:
Sed quis non paueat Pherecydis fata tragædi,
Qui nimio sudore fluens animalia tetra
Eduxit, turpi miserum quem morte tulerunt,
Sylla quoq; infælix tali languore peresus
Corruit, & fædo se vidit ab agmine vinci.
Sæpius ergo decet mordax aurire sinapi,
Vel nitro, & sale permixtis, acidoq; liquore
Laxatis (vt sint simul allia) tangere corpus,
Aut lachrymis hederæ, aut succo perfundere cedri.
Quin etiam furfur mixto medicatur aceto.
Vnda maris lendes capiti deducit iniquas,
Et quidquid cerebri defendit sylua capilli.

Ad Syrone		R. Aceti acerrimi	lib. ss
R. Olei com.	vn. ij	Salis com.	vn. 1
Argenti viui	vn. 1	Aloes	℥ ij
Ceræ albę	vn. ss	M. & coque eaq; decoctio-	
M.S.A. & vtere.		ne utaris.	
vel			

Dę Sciſſuris.

SCiſſura græcè ρωγες arabicè الشقوق *vnde noſtrum vulgus voces ſcrißuris nomen dedit.eſt quoddam aſpritudinis genus; pariterq; a ſiccitate pendet, ſiue ea ex naturali temperie ſit, ſiue ex morbo aliquo areſaciente, ſiue ex victus ratione; vt plurimum poteſt ſalgama comedere, & aquas bibere thermales, quæ ſalis aliquid, aut aluminis admixtum habent. differt ſciſſura ab vlcere, quia in ſciſſura nihil carnis abſumptum eſt, ſed tantum caro diducta eſt; differt ab aſpritudine, quia in hac cutis continua eſt, in ſciſſura eſt diuiſa. Cæterùm ad curã eadem intentio habenda eſt, videlicet humefacere, et, ſi quid nitroſi intus eſt, aut aduſti, educere. quæ proſequi non creditur difficilè, niſi ſciſſuræ oræ duriores factæ fuerint, & naturalem cutis colorem amiſerint. Aer his confert humidus, nam pariter frigidus, atq; calidus ſcindit, ſi cũ ſiccitate eſt; panis requiritur male coctus, ſine ſale, & ſine fermento, caro magnorum animalium, ſed iuniorum, elixa potius, oua ſorbilia, amylum, alica, pulticula, laganum, ptiſana, oriza, lac, hedorum capitula, & pedes, & cerebellum, ac pariter vitulorum, & agnorum; & omnia glutinoſa vt oſtreæ, pectines, murices, purpuræ, cochleæ, & cancbri fluuiatiles; & quæ cõdiuntur vuapaſſa condiantur, aut defruto, & nucleis pineis cum ſalis momento ſine aroma*

tibus

tibus sine succo vllo acri; proderit etiam quotidie per multos dies assumere Vncias duas olei ex græcis nucibus.

OFFICINÆ.

Ad Scissuras ex frig.

R. fol. betæ
Napi } ã. m. 1
Acaciæ vn. ss
Adipis suilli
Hædi
picis humidæ } ã. ʒ iij
M. cum decoctione cancr. fluuiat. lin atur sciss.

Ad scissuras ex calore

R. Mucilag. psyllij
Portulacæ
Succi lactucæ
Violarum } ã. vn. 1
Quassentur pro vsu
vel
R. Cerati e cerussa
Sandalini } ã. vn. 1
M. utitor liniendo.

Ad Scissuram labiorum

R. Pingued. cerui
Vituli
Hedi
Porcelli
Olei amygd dulc. } ã. v. 1. ss
Ceræ albæ vn. 1
Poma appia n. ij
Caryophyll. scr. ij
Nucis muscatę
Stiracis calamitæ } ã. scr. j.
Spicę nardi scr. ss
Aquæ ros. q. s. ut fiat ung. S.
A. quo liniantur labia.

Ad scissuram pedum

R. Olei sisamini vn. 1
Sarcocollæ
Storacis liquidæ } ã. vn. ss
M. liniantur fissuræ.
vel
R. Olei amygd. d.
Mellis } ã. vn. 1
Lythargyrij ʒ vj
Ceræ vn. ss
M. liniantur pedes

Ad scissuras manuum

R. Olei oliuæ vn. 1
Sarcocollæ vn. ss
Pulu cancri adusti ʒ iij
M. liniantur manus

Ad scissuras inter digitos.

R. Pomatæ supra positæ vn. 1
Pulu. polypodij ʒ iij
M. liniantur inter digitos.

PARS QVARTA.

De Scabie Cap. I.

Expositis his morbis, quibus integra cutis alteratur, dicendum de illis sequitur, in quibus aspredo non prouenit ex cutis sola alteratione sed ei aliquid superadditur, & ex parte corrumpitur. & primò vulgatissimum malum occurrit scabies, & formæ maximè infestum, quod quinque capitibus comprehendemus. ita vt primum de scabie sit, secundum de papulis, tertium de igne sacro, seu herpete, quartũ de impetigine, quintum de lepra. Ordiar a scabie, quæ a græcis ψώρα ab arabibus الجرب dicitur; nostrum vulgus huius nomen accepisse videtur a græco vocabulo ῥόα quod significat malum punicum, cuius acinis simillimas pustulas hoc malum refert, quas, si comprimas, vt ex illius acinis succus, ita ex his sanies erumpit; vel a ῥωννύω hoc est valeo, quia, vbi scabies erumpit, prauos succos segregari ab integris, & in cutem demitti significat. Celsus hoc malũ appellauit humorem cutis, quia a scabie ferè humor emanet; & si genus scabiei siccæ sit: ea, quæ humida est solam cutem inficere solet; arida etiam aliquid carnis ex est ex Auicenna.

Causa humidæ ex Galeno est prauus succus cuti inhærens, copiosior, & crassior, quàm in pruriginosis. Auicennas addit ei vim esse corrodendi acutam salsam, & sanguini hunc succum permisceri, & ad cutem propelli; vbi, qùm tenue euanuerit, crassum remanet, & putrescit, & in paruulam pustulam degenerat; causa siccæ ex eodem Auicenna

est atra bilis plurima, cui permiscetur tenuis humor acutus, qui ad cutem compulsus eam pungit; quæ, dum pars tanquam lædentem expellit, prurit, quia punctura admixtam delectationem habent eidem conterminam.

Inter externas causas adnumeratur crassus aer, cibiq; crassi, salsi, acuti, amari, aut aromata cibis admixta. potus aquæ è palude, aut aliàs limosæ, vinum salsum, aut dulce, aut acidum, aut alumine, aut simili materia alteratum. longæ vigiliæ scabiem siccam inducunt, item plurima exercitatio inordinata, qua corpus inæqualiter incalescat, vt humores adurantur; ac præ cæteris præter morem retenta excrementa scabiem pariunt, non tantùm in aluo, sed maximè sordium, quæ, nisi a cute depellantur, putrescunt, & retinendo expirationem pustulas mouent.

Scabiei multæ differentiæ sunt, sed, quia omnes in proximo sunt, & similes causas habent, nec admodum dissimilem curationem, vno capite comprehendi. humida est, quæ pustulas albas habet; sicca quæ ad modum aspera est, & crebris quibusdam quasi puncturis cutim maculat. hanc græci ἀγρίαν, latini scabiem feram vocant, quæ, vbi inueterauit, in impetiginem transit, de qua suo loco dicendum est. hæc sicca scabies a loco, in quo hæret, aliquam differentiam habere videtur: quia, si in scroto aduenerit, maiorem duritiem contrahit, magis prurit, & interdum vlcus efficit: Et quasi eius diuersa natura sit, græci vario vocabulo denominarunt, ψωρίσιν &, vbiq; sit, si a crassiori pituita esse apparet, ea species est, quæ a medicis phyzacion dicitur.

Scabies ab initio paruas pustulas habet leues, diuisas, pruriginosas, quæ postea pus contractum & effundunt,

& crustam pariunt subrubram, estq; humor sub cute rubicundus, ex qua pustulæ oriuntur, quædam humidiores, quædam sicciores. exit ex quibusdam sanies, fitq; ex his continuatè exulceratio pruriens, serpitq; interdum squamea; quædam etiam ab initio apparent arida, quod ferè hyeme euenit, statimq; abeunt, frigus enim humoris plurimum ad cutem efferri respuit, sed tantum tenue quoddam contractã cutem penetrat, & erumpit. huius pustulæ quo rariores eò maiores esse solẽt, quæ in acutum desinet, eam tenuiore humore fieri censendum est; latior, & profunda a crassiore, & hebetiore, ideòq; facultati propellenti crassior magis resistit, hebetior eandem facultatem minus irritat. Phyzacion paulo durior pustula est, & subalbida, ex qua, quod exprimitur, humidum est, & vitiliginis in morem, & lepræ scabies exacerbari dicitur, & pruritum vehementiorem excitare dũ instat pluuia, quia austri ferè a mari veniunt, & cutem rarefaciunt, & salsos attrahunt humores ad eam; & ita intelligendus est, vt credo, Galenus cum dicit instante pluuia humores frigidiores, ac pituitosiores fieri, hoc est a cute rarefacta facilius excipi: vel potius dicamus, veluti in cælis sũma aeris perturbatio oritur, quando instat pluuia: simile quoddã nostris corporibus accidere, a quo pruritus excitari possit.

In omni scabie corpus purgandum est, in humida a crassa pituita; in sicca aut a salsa, aut ab atra bile. postea praui humores, quibus cutis imbuta est, euocandi sunt, atque exiccandi; tum cuti robur addendum, quod benè succedit eius poros compellendo, ne amplius excipiant humores influentes.

Autumno vt plurimum scabies fera oritur; Vere mitior; quæ alio tempore euenit, nisi ex victus ratione est, prauum corporis habitum sequitur, et difficiliùs tollitur. In quibusdam

dam hoc malum serpit, atque in alijs quidem ex toto desinit, in alijs certo tempore anni reuertitur. cæteris paribus quo asperiorem cutem facit, quòq; altius prurit, minus facilè discutitur: non tamen semper malum minatur, sed bonum etiam interdum pollicetur, & indicium præbet segregari a sanguine prauos humores.

In victus ratione ab his omnibus cauendum est, a quibus fieri scabiem diximus, quærendusq; est aer tenuis, cibi meliores insipidi, boni chimi, & præsertim in antiqua scabie humescentes, & attenuantes, et qui non facilè putrescant; ambubeia proficua erit, si ex iure quoquatur; lac recens in antiqua, & sicca proderit; pro potu, aut vinum tenue; & lene, aut aqua cum saccaron esse debet. in arida condiendi cibi sunt ex oleo, sed ex græcis nucibus, aut ex sesamo; nihil peius comedi potest carne salita, & caseo uetere. Coitus ad scabiem nocentissimus est, quia putrescentes halitus euocat ad cutem. Balneũ scabiei aridæ præstantissimum remedium est; &, si pustulæ minutæ sunt, oportet in balneo desudare; simulq; super eas nitrum inspergere, oleoq; vinum miscere, & sic vngi, tum descendere in solium. Aqua maris pruriginosis & his, qui ab acribus humoribus vellicantur, prodest, si balneari soliti fuerint; neqùe balneo tantum summa cutis purganda est, sed per vices etiam interni ventres, lenibus tamẽ, quia acria exiccant. ideò catharticis id raro facere oportet, sæpius cibis humidis assumendo boraginem, cichoream, oleũ, è græcis nucibus.

Ab initio, dum parantur humores, vena cubiti secanda est, postea per anum sanguis ducendus; & si malum perseueret, aperienda vena est ei membro proximior, in quo plurimum scabiei fuerit; quæ, si partes superiores occupet, aut capitis

uena

vena aut frontis, aut post aures incidenda est, si inferiores, vena poplitis; fricandæq; hæ partes, donec sanguis plurimus sequatur, indè sale, & aceto condiantur; & in malo diuturno, si virtus ferat, etiam denuò, & tertiò sanguis mittatur, nec sine ratione erit in ea scabie, quàm feram appellari diximus, cucurbitulas cruribus adhibere, etenim crassus humor eò ferè vergit.

Lenientia esse debent ex his, quæ crassos humores ducunt; &, si scabies sicca est, in potu adhibita, si humida, quæ deglutiuntur; itaque siccæ confert rosæ succus cum melle, aut casiæ medulla humida, & hæc eadem casia, & aridum peplium, & filicula trita, & melle excepta Humores parant borago, lupus salictarius, fumaria, ambubeia: purgant peplium, filicula, elleborus, myrobalanus omnis trita, & melle excepta, sed meliùs decocta ex sero lactis.

Corpore perpurgato, humida scabies his simplicibus medicamentis oportunè poterit tolli; vt est furfur, granatorum cortex. aut vitis adustæ, vitis albæ radix, aloes, alumen, amurca, stercus canis, sordes ex gymnasio, flos æris, lentium farina, sulphur; quæ vel oleo è cyperis, vel salicibus, vel myrtho, vel rosa, vel ficu trita, vel apij, aut oxalidis succo, vel pice liquida, vel melle, vel resina terebinthina excipiuntur, aut ex aqua coquuntur, aut ex aceto teruntur; sic pro ratione medicamenti scabies, aut abluitur, aut fouetur, aut inungitur: Ad aridam salubrius adhibentur malua, oleum è nymphea, aut ex uiolis; aut mitiora medicamenta è superioribus eligantur, excipianturq;, aut suilla pinguedine, aut butyro, aut decoctione lini.

Purgat medicamentum, quod constat ex seri lactis triente, epitimi denarijs duobus, vel ex seri lactis, & aqua fumiterræ

terræ singulorum selibra, myrobalanorum citrinorum, nigrorum singulorum denar. iij. epithimi, den. ij. salis naphtici den. ij. multa quoq; alia componuntur tùm purgantia assumenda, quùm exiccantia applicanda, quæ melius fortasse erit officinæ præscribere.

OFFICINAE.

Leniens ad scabiem hum.

R. Diacattol. vn. i
Elect. Indi min. vn. ss
Conf. Amech. ʒ ij
M. fiat boli capi.

Ad aridam

R. Rodom. sol.
Syr. fum. sol. } ā. v. ij ss
Diss. cum sero lactis in quo inf. fuerit S. A.
Senæ
Polypodij } ā. ʒ ij
M. pro potu.

Præparans ad humidam.

R. syr. buglossę
Mellis ros. simpl.
Syr. bizantini } ā. vn. ss
Aq. buglossæ
Scol pendriæ
Melissæ
Luppulorum } ā. vn. i
M pro syr. capiat per vices,

Præparans ad aridam

R. syr. violacei
Enymphea
Cichorea } ā. vn ss
Decoct Endiuiæ
Cichoreę
Lactucæ
Violarum } ā. vn. i.
M. pro syr. capiat per vices,

Purgans ad humidam.

R. Pilul. alephang.
Aggregat. } ā. sc. ij. ss
Ellebori prep. gr. vi
Antimoni præp. gr. iij
M capiat in Aur.

Purgans ad aridam,

R. Elect. lenitiui vn. i
Capiat super bibendo seri lactis depurati lib. iiij

Vng. ad scab. humidam,

R. Boli arm.
Fol. sumac
Myrthi
Balaust. } ā. ʒ iß
Salis
sulphuris } ā. ʒ i ss
Terantur ex aceto, aut succo limonis, & liniatur scabies.

vel

R. resinæ terebinthinæ vn. ij
Salis com. vn. i
Aluminis rocchæ
Cerussę } ā. vn. ss
Aceti albi q. s. vt fiat vnguent. S. A.

vel

R. Sulphuris
Lytharg rii } ā. vn. ss

Salis com. ℥ ij
Aceti albi
Olei com. } q. s.
vt fiat linim.

vel

R. cineris quernæ
Sulphuris viui } ā. vn. ss
Salis com.
Olei com. q. s. vt fiat linimentum

vel

R Semin. fœniculi
Malicorij } ā. vn. ss
Ex aceto terantur & cum pauco salis liniatur scabies.

Ad scabiem aridam.

R. Olei vn. ij
Therebinthinæ vn. I ss
Salis
Ceræ albæ } ā vn. ss
Butyri
Cerussæ } ā. ℥ iij
M. pro linimento

vel

Butyri vn. I. ss
Spodij
Lythargirij
Myrrhæ } ā. ℥ I. ss
Cineris
Olei com. q. s. vt fiat linim. S. A.

vel

R. Succi enule
Limonis } ā. vn. I
Stiracis liquidæ vn. I. ss
Butyrii loti
Triapharmaci } ā. vn. ij
Ouum n. I
M. liniatur scabies.

Ad scabiem feram.

R. Succi emulę
Limonis } ā vn ss
Olei rosati vn I. ss
Aceti albi vn. I
Spodij
Sulphuris } ā. vn ss
Lythargyrii
M. ad ignem donec humores consumantur: & liniatur scabies

vel

R. hydrargyri sal. ext.
Sulphur. viui
Thuris } ā v. ss
Lythargyrii
Fol. oleastri
Omnia trita macerentur in aceto, inde inter lapides terantur & instillatione aq. fiat linimentum, quo vt.

vel

R. Olei laurini
Spicę } ā. vn. ss
Cerussæ
M. & vtere.

vel

R. Aloes
Lythargyrii
Auripigmenti
Argenti viui
Tartari } ā. vn. ss
Mastiches
Thuris
Sulphuris viui
Axungiæ suillæ veteris lib. ss
Olei laurini vn. ij
Aceti parum
M. pro inunctione.

vel

R. succi radicis inulę
Lapati acuti } ā. lib. ss

buthyri

Buthyri recentis vn. v
Terebinthinæ vn. iij
Picis naualis vn. ij
Argenti viui ℥ ij
vitrioli albi }
Aluminis iameni } ã. ℥ I ss
Salis nitri }
Sarcocollæ } ã. ℥ I
Lythargyrii }
M. S. A. in formam vnguenti.

vel

R. Succi mentæ }
Olei laurini } ã. vn. iiij
Rosarum }
Cerussę }
Sabinæ } ã. ℥ I.
Sæpiæ }
Cadmiæ }

Lythargyrii }
Aluminis }
Argenti viui }
Cineris lentisci } ã. ℥ ss
Calamithæ }
Bulliant omnia simul usque ad cons. succi, & addendo ceræ q. s. fiat linimentum.

vel

R. Succi asphodeli }
Lapathi acuti } ã. vn. ij
Lactis caprifici }
Tartari triti }
Auri pigmenti }
Vitrioli }
Fuliginis } ã. ℥ I
Aluminis }
Nitri }
Sulphuris viui }
M. & membra calefacta & fricata illine.

De Papulis, Cap. II.

Papula a græcis ξέανθημα *ab arabibus* [Arabic] *dicitur; affectio in mento iniucundissima a Galeno dicitur, proserpit enim aliquando per totam faciem, oculosq; contingit, & extremæ fœditatis causa est. Celsus a genere pustularũ distinguit; & pustulas a græcis exanthemata dici asserit, uerùm interpretes apud Galenum exanth. papulas vertunt. nigrarum papularum meminit Hipp. & Plinius; & papulas, vbi inueterauerint, in impetiginem degenerare ait Celsus; vt etiam nonnulli lichenes impetiginem vertant. Ideò papularum genus latius habendum a nobis est, quàm a Celso accipiatur, ita tamẽ, vt impetiginẽ excludãt, de quà singularis tractatio instituenda est; at includant ferunculos modernorum (Celsus* fu-

l. 5. de cõp. ph. sec. loc. cap. 7.

de rẽ. fac. par. C. II.

de humid. vsu T. II. lib. 28. cap. 17. lib. 5 cap. 8.

furunculos taberculis adnumerant, phyzacion, epinictidas, & alios morbos; qui, & , si nostræ considerationis non videntur esse, quia acuti ferè sunt, pertinere tamen ad nos dicimus, quia, & si breui abscedant, tamen sæpè reuertuntur; & quę semel apprehenderint frequenter soleant infestare; & nos sẽper præsentem morbum existimamus, qui semper impendet.

Papula apud latinos creditur dicta a papilla, ad cuius similitudinem extuberare creditur: non enim naturalis, & perfecta res a morbosa, & imperfecta nomen accepisse credibile est; et potius papilla a mamma, quæ papula dicta sit; diminutiuum dicenda.

Gal. 2. de sympt. caus C. 8. *Papulæ fiunt dum crassa, ac lenta materia, tenui, et acri, amaræ, nitrosæ, et salsæ admiscetur: acredine enim expultrix irritatur; et a lentore, et crassitiæ expulsio impeditur; vnde prauus succus sub cute sistitur; quinque assiduo pars tenuior expellatur ea media sensatio oritur, quæ inter suaue, et molestum pruritus dicitur. cutis hunc succum sistit quia densior carne, et se ipsa est: siue a Sole densata sit, siue a perflatu rigido, aut affusione frigidæ siue obstructa, aut a sordibus, aut a puluere: quare Hipp. ait in calidis lauachris ob oriri*

de humid. vsu T. 11 *furunculos; calida enim attrahit ad cutem, & tenues quidẽ succos euocat, crassos verò deserit; idem euenire in sudoribus refert Auicennas; exit enim quod tenue in sudore est, fex*

lib. 4. F. 7. T. 3. C. 8. *verò remanet. Ait quoque Hipp. fieri fæminis ex mensium sub cutem recursu. credibile est enim, vbi menses per consuetos vteri meatus non ferantur, id ex sanguinis crassitie procedere; & iccirco ab eadem crassitie cutem permeare non posse, & proindè pustulas fieri. Huc etiam reducere oportet siue ex frigore, siue ex igne, siue ex medicamentis fiant, vt Celsus ait. Sed non adeò facilè est intellectu, quomodo hæ pustulæ fiant,*

vt

ut Hipp. ait si quis ex frigore de repente ad ignem, aut ad calida lauacra accesserit; his enim summa cutis dilatatur, potiùs, quàm adstringatur. Ideò animaduertendum est alterum genus papularum esse, quo per minimas pustulas cutis exasperatur; alterum in quo maiores pustulæ fiunt, quæq; incendantur; & ex hoc postremò genere esse, quas Hipp. fieri dixit, quando homo ex aere frigido in calidum transit; frigus enim compellendo internum calorem auget, unde ventres hyeme calidissimi dicuntur; & in his, qui prauo succo repleti sunt, ex ea compulsione necesse est inflammatio oriatur, quæ quanquam cutem frigore duratam vrgeat tamen non potest vincere; ubi verò quis ex frigore in calidum locum pertransierit, tunc facilè humor intus incensus a cute rarefacta excipitur, & papula oritur; vnde Hipp. accuratè refert, si quis ex frigore de repente ad ignem feratur papulas oriri, nam si quis ex loco frigido sensim in calidum transeat, non impetu moueri prauos humores, nec papulas magnas fieri; quæ sudorem plerumque sequuntur.

Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor, Virg. 3. georg.
Membra sequebatur; nec longo deinde moranti
Tempore contactos artus sacer ignis edebat.

Ita, cum Hipp. hæ fiunt, qùm quis ex frigido in calidum transit; dum verò ex calido in frigidum, minores pustulæ fiunt, præsertim si frigus aduenerit, dum cibi concoctio perficitur, quod tàm interdiu, quàm noctu potest accidere, verùm quia interdiù rarò accidit aerem refrigerari, ideò hoc minorum papularum genus a nocte, quando plerumque accidit, epinictis dicitur; & quanquam omnibus communis refrigeratio sit, non tamen omnibus hoc malum accidit, quia prauum succum intus esse supponit, vt ferè est his, qui alimentis malis Auic. L. 4. F. 7. T. 3. cap. 10.

vtun-

Gal. 2. de sympt. caus
Au lib. 4. F. 7. T. 3. C. 8.
In 1. Hipp. pe mm. pp. cō. 3. T. 51.

vtuntur, aut illoti diu permanent, nec sordes a cute remoue re student; quo verò differat ignis sacer a Virgilio positus a papulis, Galenus declarat, dum ait, papulæ sponte sua erumpunt ad cutem ex crassis humoribus, quoniam tenues exulcerant, non tument.

Differunt papulæ ratione loci, nanq; epinyctis ferè oritur in partibus eminentioribus, vt quæ facilius ab externo aere excipiuntur, & longius distant a caloris fonte. pruritus summam cutem occupat. furunculi altius continentur; item papularum aliæ rubent, aliæ aut liuidæ sunt, aut pallidæ, aut nigræ, aliæ rotondæ, aliæ aliter figuratæ; aliæ minimæ sunt; aliæ magnæ, ita tamen vt nulla eius pustula faba maior sit; maiores enim tumoribus adnumerantur; in alijs pus purum est, in alijs non nihil muccosum, aliæ molles, aliæ duræ sunt:

Papulæ plerumq hyeme, aut primo vere oriuntur; & fit in illis aspredo similis ei, quæ ex vrtica nascitur, eoq; modo rubent, interdum colorem cutis seruant; ferè plures varis similes oritur. non nunquam maiores varijs coloribus dixtinctæ, iuxta humorem, qui sub illis fuerit: atq; in ea, quæ elcodes dicitur, vbi rupta est, infra apparet caro quasi exulcerata. Phyzacion pustula paulo durior est, subalbida, acuta, ex qua ipsa, quod exprimitur, humidum est. Epimyctis ferè post sudorem nascitur noctu, aut quando aliàs aer refrigeratur, & hora, qua cibus concoquitur. in ea pruritus vehemens est, ita vt acerrimè affligat, colorem vnum non habet, nam, & subliuida, & sub nigra, vel alua esse consueuit; circa quam vehemens inflamatio apparet, &, si quando suppuratur, reperitur intus exulceratio muccosa colore humori, ex quo orta est, respondente, vt supra diximus, dolor ex ea acris est, vbi pruritus desiit. In papulis, quas pruritum, aut exudationē

appel-

appellant, ferè cutis insensibiliter exasperatur, & mox crustulæ decidunt, quæ verò propriè papulæ appellantur. aliæ minimis pustulis cutim exasperant, rubificant, & leuiter rodunt, mediumq; habent pauxillo leuius, tardè serpunt, & in rotundum incipiunt. & procedunt; alia est quæ agria, hoc est fera, dicitur, in qua similiter quidem, sed magis cutis exasperatur, & exulceratur, & roditur, & rubet & interdum pilos remittit. furunculos magnitudine distinguunt, maioresq; pustulas appellant, aliàs cæteris notis respondent.

In omnibus his crassi humores attenuandi sunt, vt educi possint: & intus obtundere ne irritent, & lædant; inde cutẽ rarefacere, si exitum prohibet, constringere, si attrahit ab internis, vnde humores vitiosi purgatione remouendi sunt.

Epinyctis pessima pustula dicitur; quia, etsi facilè recedit, tamen sæpe reuertitur. papula, quæcunque minus rotunda est, difficiliùs sanatur, & interdum, si non sanetur, vertitur in impetiginem. leuior papula, etiam si sola ieiuni saliua quotidie defricetur, sanescit, ac in vniuersũ pustulæ, quæ a calido humore gignũtur, cito iudicãtur, quæ a frigido, diutius perdurãt: Phiʒacion, et quæcũq papula durior est, molli difficiliùs sanescit.

Ad varia igitur cõuerti curãtis cõsiliũ debet, interest enĩ an humor depositus sit ad cutẽ, an attractus; totus ne sub cute insederit, an etiã aliquid uitiosi intus remãserit, quod assiduo ad cutẽ trãsponatur. Nãq ubi humor attrahitur, aer calidus fugiẽdus est, et omnis sudor perflatu coercẽdus, ubi deponitur balneũ cõfert, & aer calidus, qui sudorẽ moueat; Itẽ virium quoque habẽda ratio, et robustus calido in loco: ĩbecillus minus calido continẽdus. præterea in omni postularũ genere cibũ minuere oportet, ac, si pustulæ minutæ sunt, ac ualde pruriginosæ, aut dolorificæ, abstinere ab oĩbus acribus, et extenuantibus. Auic. L. 4. F. 7. T. 3. cap. 9.

& eadem ratione nutrix regenda est, si lactens puer ita affectus est. si verò latiores pustulæ fiant, & duræ, vt phyzacion, quæ dolorem non exhibent, extenuantibus opus est, non tamen acribus, nanque ab omnibus salsis, acutis, acidis abstinendum neq; caro salita, aut piscis ex muria comedendus est, abstinendumq; præsertim a caseo vetere; vinum circuncidendum est, & vigiliæ importunæ, & immodica exercitatio sed præsertim excrementa quærenda sunt, & balneo frequenti opus est, vt cutis, & munda, & laxa fiat.

Sanguinis missio conuenit, & curationis gratia, vbi iam papulæ apparuerunt, & præseruationis, vbi timentur; ad curam sanguis detrahendus est, quandocunq; papulæ eruperint; ad præseruationem Vere accedente, & in corpore boni habitus. nisi papulæ admodum dolorē excitent, & nisi crebræ sint, cutis fricanda est.

Purgare oportet aut ellebro, aut gnici semine, aut filicula, aut lactuca marinæ lacte sed omnium mitius medicamētum est serum lactis aut asinini, aut bubuli, aut caprini in quo aut epithimum, aut filicula decoxerit.

Sed quia cutis vitium hoc est, ideò externa medicamenta ei magis conueniunt, quæ plurima ab auctoribus proponuntur, ea tamen oportet prudentem medicum dixtinguere iuxta superius allatas indicationes. si enī humor euocandus est, trocus benè illinitur ab Auicenna propositus, ex quo, & ex lauri folijs recentibus, & lupinis decoctio fit, & ea papulæ abluuntur myrrha quoq; ex aqua mellis, aut lacte detrita illiniri potest, & vini fæx, cum anethi semine; aphronitrum quoq; laudatur, & vua taminia, thus, & sulphur, & thamarindi.

Si verò densanda cutis est, herba sanguinalis teri debet; &

& super imponi aut galla, aut bolus armena, aut cerussa cũ aceto, aut aceti fex.

Eadem ratione medicamenta componuntur; vt ad papulas infantum lapidis pyritis P.x viij. amaræ nuces quinquaginta olei cyathi tres, misceatur, sed prius vngi ex cerussa, pustulæ debent; laudat, quoq; Celsus medicamentũ Myronis, quod cum alijs melius erit officinæ proponere.

OFFICINÆ.

Ad papulas infantium.

R Lapidis pyritbes vn. 1
Amygd. n. 50
Olei vn. iiij. ss
M. liniãtur papulæ postquam cerussa fuerint vnctę.

Myronis ex Celso

R Turis }
Nitri rubri } ã. ℥ 1
Cantharid. pr. }
Sulphuris viui } ã. ℥ ij
Farinæ lolii vn. 1
Picis crudę vn. 1. ss
Res. tereb. liq. vn. iii
Nigellæ vn. iiii
Liniantur papulæ ex oleo ex Galeno.

R. Myrrę scr. ii
Calbani vn. ss
æruginis vn. 1
Ammoniaci vn. iii. ss
Spumę argenti vn. iiij
Olei veteris vn. v
Spuma ex oleo coquitur donec parum coierit; postea ab igne remotis chalabanum, & ærugo aspergitur, & rursus coquitur ad mellis consistentiam, demum myrra additur, & pelle seruatur vel

R. Scyllæ }
Hyosciami }
Folia sambuci } ã. vn. 1
Tusa, & ex aceto cocta apponantnr.

Ad papulas feruidas,

R. Spumæ argenti vn. 1 ss
Fol. rutæ virid. ℥ vi
Aceti }
Olei rosacei } ã. q s.

vt fiat linimentum

vel

R. spumæ argenti vn. 1. ss
Cerussæ vn. 1
Fol. rutæ vir. ʒ vi
Staphis agriæ ʒ 1. ss
Aceti
Olei myrth. } ã q. s.
vt componatur linimentũ.

Ad epinictidas,

R fol. brassicę
Solani
Hyosciami
Rhamni } ã. ʒ ij
Arida terrantur, & melle excepta liniantur

Ad mentagram.

R. Axungiæ porcinæ
Vng. rosati Mes.
Olei ros. compl.
Cerussæ
Succi solatri } ã. vn. 1
Lythargyri aurei vn. ss
Auri pigmenti
Arsenici cristallini } ã. ʒ 1. ss
Terantur, & fiat linimentum S. A.

vel

R. Thuris ʒ ij
Gummi
Atramenti sut } ã. ʒ 1 ss
Bituminis iudaici
Sulphuris viui } ã. ʒ 1
Aceti q. s., vt contusis S. A. fiat linimentum

vel

R. Oleum sulphuris
Quo leuiter liniatur mẽtagra

Ad lichenem

R. Succi solatri vn. 1. ss
Axungiæ porcinę
Vng. ros. Mes.
Olei ros. completi } ã. vn.
Lythargyri
Cerussę } ã. vn. ss
Auri pigmenti
Arsenici crstall. } ã. ʒ 1
Terantur in mortario, ac feruetur pro vsu.

De igne sacro. Cap. III.

IGnis sacer apud latinos interpretes vertitur is morbus qui ἐρυσιπέλας à græcis dicitur; ab arabibus [illegible] *alij tumoribus, alij vlceribus adnumerant. nos ab vtrisq; seiungimus. Celsus ulceribus adnumerat, non quòd vlcus sit, sed quòd ferè vlcus facit, ita Galenus nos docet. Plinius erysipelan uertit ignem sacrum, quem interpretes sequuntur. Celsus ignem sacrum diuersum ab græcorum erysipelate notis af-* 2.meth.C 2 *fert. Galenus reposuit erysipelan inter tumores. Ideò, credo, apud latinos non esse proprium nomen erysipelati respondens, sed*

sed græcum esse acceptum. atque ignem sacrum respondere herpeti; quod significat repere; & hæc est ignis proprietas; & repere hoc malum, quod ignem sacrum dicimus, & Celsus, & Galenus conueniunt. Et quanquam Celsus, quando loquitur de theriomate, de herpete quoque loquatur, ut propterea diuersum malum esse ab igne sacro censere videatur, tamen ibi græcam vocem recenset, & diuersitas morbi in eo consistit, quod herpes estiomenus est, hoc est carnes vorat; at ignis sacer tantum serpit per summam cutem & Celsus, ut hanc differentiam seruet in re, in nomine quoque refert; & si hoc latinè idem significet, quod illud græcè sine additione esthiomeni: ad ignem sacrum reduci possunt cenchria græcorum, & latinorum soster, ita a Pinio appellatur id malũ quod apud nostrum vulgus dicitur volatica, forsan quia ferè volam aut manus, aut pedis occupat. l.5. cap 28. 2. meth. m. cap. 2.

Est igitur ignis sacer aspredo serpens per summam cutem a bilis fluore exoriens; del vlcere aliàs dicendum est, a qua ignis sacer, & ab opyasi aspredine distinguitur; a phagedena verò, quia hoc malum serpit per summam cutem, illud verò carnes quoque vorat. a bile dicitur gigni, quia nullus humor ignis naturæ proximior est. Celsus duo genera constituit alterum rubicundum, aut mixtum rubore, atque pallore, exasperatumq; per pustulas continuas, quarum nulla altera maior est, sed plurimæ perexiguæ, in his semper ferè pus est. serpitq; id nonnunquam sanescente eo, quod primùm vitiatum est, nonnunquam etiam exulcerato, vbi ruptis pustulis ulcus continuatur, humorq; exit, qui esse inter saniem, & pus videri potest. fit maximè in pectore, aut lateribus, aut eminentibus partibus, præcipuèq; in plantis, quibus verbis describit Celsus cenchriam græcorum, seu herpetem miliarem, quod

fit dum bili aliquid ſanguinis aut pituitæ admiſcetur. alterũ, genus eſt in ſummæ cutis exulceratione, ſed ſine altitudine latum, ſubliuidum, inæqualiter tamen, mediumq; ſaneſcit, extremis procedentibus, & ſæpe id, quod iam ſanum videtur, iterum exulceratur. At circa proxima cutis, quæ vitiũ receptura eſt tumidior, & durior eſt, coloremq; habet ex rubro ſub nigrum atq; hoc quoque modo, ferè corpora ſaniora tentantur, aut quæ mali habitus ſed in cruribus maximè. in hoc genere biliſlauæ atram ad miſceri ex colore, & duritie manifeſtum eſt &, ſi ait Galenus herpetem a bile ſincera naſci; id ſincerum intelligere oportet, ubi parùm admixtum alterius eſt. Quatuor igitur recenſentur ignis ſacri differentiæ; vna eſt Galeni herpes, quæ a bile ſincera, aut quaſi oritur, & cruſta in ea fit, vt ambuſtis colore flauæ bilis; ſecunda in qua bili adimiſcetur pituita, quã dixere miliarem; tertia quæ miſcetur bili atræ; quarta arida eſt, & ſumma cutẽ lædens.

Oportet itaque ad curam cutis aſperitatem remouere, a toto corpore bilem educere, & membris bilem generatibus proſpicere refrigerando.

Ignis ſacer ex ſe nullum affert periculum, etiam ſi in oſſe denudato alterius mali indicium ſit; tamen difficilè tollitur. interdum medicina eius fortuita eſt febris, quæ vno die noxium humorem poteſt aſſumere. in eo, quò craſſius, & albidius pus eſt, eò minus periculi eſt; ideò miliaris faciliùs tollitur, difficilius ſoſter. Item faciliùs eſt humorem influentem, aut deriuare, aut digerere, aut purgare, quam aridam cutem naturali humiditati reſtituere. item recens morbus & in ſano corpore, & iuuenili facilè tollitur; at vetus, aut in ſenc. aut in corpore aliàs mali habitus adueniens fruſtra curatur.

Aer quam puriſſimus eligatur, & ab æſtu alienus: ſi febri-

bricula est, abstinentia opus est, neque glutinosis cibis, neque salis, & acribus vtendum est, sed his, qui inter vtrumque sunt, qualis est panis sine fermento, piscis, hedus, aues. potio cibo liberalior ex aqua leuissima; dormire, et, nisi febris adiuncta est, mediocriter exerceri; & omnis excretio salubris, ita tamen, vt ea, quæ per cutem fit, alijs succedat, post quas balneum frequens, & sordes abluit, & euocat malos succos; sciendumq; calida lauacra magis conuenire, quia frigidæ vsu, aut inspersione corpus perhorrescit, & magis perturbatur.

Si ignis sacer a bile sincera est, & cutis pallet sanguis mittendus non est, quia bilis acredinem mulcet: si cutis rubet, sanguis mittendus est ex venis brachij, & si vergit album ad nigredinem sedis vena aperiatur, nec sine ratione erit purgato corpore cutem. quæ iuxta asperitatem est scalpello incidere, quo plus puris exeat; verùm hoc præsidij genus, et ante purgationem, et in eo, qui malo habitu corporis præditus est, etiã si purgatus fuerit, periculosum est; eademq; animaduersione adhibita frixio et adhibenda est, et vitanda.

Lenire oportet corpus succo rosarum, et melle, parare cichoreaceis, purgare radice ægiptia, et scammonio, et, si fuscedo in cute est, addere filiculam, et helleborum; in miliari gnidi semine purgatur corpus, et lactucæ marinæ lacte, quod sæpius est repetendum, quia ferè malum reuertitur.

Extra, si bilis sincera est, confert polygonus, et rhamnus, semperuiuum, et lycium; in miliari confert etiam brassica: sed spem omnem Galenus in purgante medicamento videtur reponere, dum mulieris exemplum affert, quæ igne sacro laborans in malleolo, medicamentum ex halica adiecit, & cicatrix inducta est, sed subinde illi proxima, cutis est excoriata, quæ, cũ et medicamẽto adhibito sanaretur

pars

pars superior eadem modo exulcerata est usque ad genu, abinde medicamento ex sandice super imposito usque ad bubones eodem modo irrepsit, neque prius sanata est, quàm scammonium in sero lactis assumpserit.

OFFICINÆ.

Ad Ignem sacrum ex Celso.

℞. Spumæ argenti ʒ vi
Cornu bubul. usti ʒ ij
Conterantur, & adijciatur inuicem vinum myrthæũ donec fiat vnguentum.

Ad herpetem in extremis part.

℞. Succi lactucę
Portulacæ
Semperuiui } ã. v. 1. ss
M. liniatur pars effecta.

vel

℞ Succi solani
vmbilic. ueneris } ã. vn. ij
M. vtatur, vt supra.

vel

℞. Cerussę lotę ʒ iij
Lactis mulibris vn. ss
Succi plantaginis
Lithargyri } ã. vn. 1
Olei rosacei vn. iij
Primò teratur lithargyrium, & cerussa, deinde cætera sensim debent effundi, donec misceãtur.

vel

℞. Cerussę vn. ss
Lithargyrii vn. 1
Succi portulacæ
vmbilici vener. } ã. v. 1. ss
Olei rosacei omph.
Aceti acerrimi albi } ã. vn. ij
M vt supra addendo quolibet vncia opij gr. ij.

De impetigine. Cap. IIII.

IMpetiginem græci λειχῆνας, *arabes* القوبا *vocant. est summæ cutis asperitas maximo cum pruritu procedẽs ab humorem nitroso arido. eius duas species recenset Galenus. Celsus quatuor. Primam, ait, similitudine scabiem representare, secundam similem esse papulæ feræ, tertiæ nigræ cognomen esse dicit, quartam lepræ proximam descripsit; Auicen. diuisit in humidam, & aridam, superficiariam, & profundam*

dam; serpentem, & subsistentem, recentem, & antiquam. nos Celsi distinctionem sequimur, quia aliorum videtur includere differentias: Galenus a bile flaua, & pituita salsa fieri retulit. cui respondet prima species a Celso posita, dummodo intelligatur pituita salsa non dum per assationem arefacta, sed adhuc fluida, & pituitæ rationem retinens, proxima temen vt arescat. Ita secundas species quam rubricam nominat, a flaua bile fiet sanguinis icori mixta, vndè rubēs tanquā in erysipelate oritur. Nigram impetiginem ex bile quoque fieri, sed assata. Quartū genus a pituita salsa, verùm non fluida, vt primum sed super assata; qui humor, & si ater non est, tamen atra bilis dicitur ab Auicenna, quia eodem modo assatur, quo bilis.

Omnia impetiginis genera oriuntur maximè in pedibus, & mãibus, & vngues quoque infestãt nigra in temporibus aut oritur, aut desinit. Primum genus cognoscitur, quia scabiei simile est, sed rubet, & durior est, exulcerata est, & roditur, & distat a scabie, quia magis exulcerata est, & variis similes pustulas habet, videnturq; esse in ea veluti bullulæ quædam, ex quibus interposito tempore squamulæ resoluuntur, certioribusq; hæc temporibus reuertitur. quæ rubrica appellatur, similis est pustulæ feræ, sed asperior, & rubicundior, figuras varias habens, squamulæ ex summa cute discedunt: roseo maior est, celerius, & latius procedit, & certioribus temporibus quàm prior, & fit, & desinit. Impetigo nigra & crassior, & durior est, in summa cute finditur, & vehementius rodit, ipsa quoque squamosa, & latè, & tardè eminus serpit, & in temporibus, aut oritur, aut desinit. Quartum impetiginis genus ab his omnibus colore distat, nam subalbidum est, & recenti cicatrici simile, squamulasq; ha-

habet pallidas, quasdam lenticulæ similes, quibus demptis nonnunquam profluit sanguis, alioqui verò humor eius albidus est, cutis dura. atque fissa est, proceditq; latius. quæ rubrica a Celso dicitur, sanguinea dicitur ab Auicenna, non quia fiat a sanguine, sed quia acris humor pruriens sanguinē attrahit ad cutem; vnde Galenus quoque dixit in omni impetigine squamulas ex cute abscedere, sub quibus locus rubicundior est.

Easdem habet indicationes hoc malum, quas cæteræ aspredines, resoluendi, incidendi, liquandi, attenuandi, humefaciendi; ea ratione vt ea vis in medicamento superet, cuius opposita superat in malo.

Impetigo mitior, quæ similitudine scabiem representat; recens, & in qua plus tenuis, quàm crassæ materiæ est; facilè etiam cedit medicamentis fluida, & quæ, dum fricatur, sanguine suffunditur; & ros sequitur. Rubrica peior est, & tamen hæc duo genera a Galeno inter mitia reponuntur. Nigra, quam ille feram vocat, deterior est, nec vnquam ex toto tollitur. Quartum genus, & latius procedit, & curationem omnino non recipit.

Victus ratio, & manus administratio iisdem animaduersionibus procedit, quibus in igne sacro. et iisdem medicamentis vtendum, nempè sero lactis, elleboro, filicula; et superuacuum videtur illa repetere.

Quibus verò extra liniri debeat, simplicia sunt gummi, aut gluten, quod ex coniis fit ex aceto soluitur: mali medici succus recenti conuenit, vt etiam ieiuni hominis saliua, aut aqua hordei cum semine tamarisci. ex Galeno feram impetiginem tollit farina hordei ex aceto; humidam aqua marisi aridam psyllii muccago, et amoniacum ex aceto, et succus portulacæ,

tulacæ, & prunorum, & nucum, & rutæ syluestris. ad impetiginem infantium facit gummi ex pice & cera. Ad impetiginem rebellē valentiora debentur remedia, vt asphodeli radix, aut sinapi ex aceto, aut aqua sulphurea, aut oleum tritici, quod effluit dum inter ignitas laminas triticum constringitur, aut mel anacardi.

Si recens impetigo est, Auicennas laudat, quod componitur medicamentum ex gummi, amararum nucum, glutinis, stiracis singulorum paribus portionibus, quæ ex aceto liniantur; vel quod constat ex glutinis, thuris, sulphuris pari portione, quæ etiam ex aceto teruntur.

OFFICINAE.

Ad Impetiginem recentem.

R. Gummi
Amygd. d.
Glutinis
Stiracis } á. vn. j
Aceti q. s. vt fiat linim. S A. vel
R. Glutinis
Thuris
Sulphuris } ā. vn. 1
Aceti q. s. vt fiat linim, S. A.

Ad impetiginē durā in mānibus
R. Succi portulacæ
Lactucæ
Psyllii } ā. vn. 1
Cerussæ vn. 1. ss
Aceti acerrimi albi vn. ij
M. omnia S. A. & liniatur impetigo, & si dolor intensè adueniat, abluatur vino albo.

Ad impetiginem antiquam.
R. Olei tritici vn. ss
Cardamomi ʒ ij
Cineris allii
Sulphuris } ā. ʒ j
M. liniatur impetigo. vbi vero cutis dempta est.
R. Thuris
Draganthi
Sulphuris
Aloes } ā. ʒ j
Gummi ʒ ij
Ex aceto liniuntur, vel
R. Nitri scr. 1
Nigellæ
Hellebori nigri
Draganthi adusti } ā. ʒ. 1 ss
Succi mali medici
Asphalthi
Sem. erucæ } ā. ʒ ij
Olei e tritico ʒ iij
M. & liniatur locus.

De Lepra. Cap. V.

Λέπρα græcum nomen est, quod & latini, & nostrum vulgus accepere. arabes vocant برص *& nonnulli Auicennæ expositores idem prorsus esse referunt ἐλεφαντίασιν græcorum, atque arabum lepram: quod prope verum est, quia apud græcos elephantiasis non distat a lepra secundum rationem, sed secundum vehementiam siquidem mitius malū lepra est, elephas acrius. ita descripsit Actuarius; & Galenus dum ait elephantiasin curatam degenerasse in lepram; apud Græcos sola differentia consistit in nominis deriuatione nāque lepra a λεπίδ hoc est squamula nomen accepit ex Actuario, elephanthiasis a colore, quia alba cutis euadit, vt elephas, hoc est dens elephanti, non vt pellis ex Plinio.*

lib 1. cap 10. in empyr. inf. cap. 12.

Sunt geminæ somni portæ, quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris
Altera candenti perfecta nitens elephanto.

ita album vnguentum Celsus appellauit elephantium ab eboris colore: quare apud græcos parum distat elephātus a lepra, sed apud Arabes distat plurimum برص *lepra est* الجذام *elephas; lepra inter aspritudines: elephas inter tumores ponitur; lepra albam cutem facit: elephas nigram & maculosam. et ratio diuersitatis est inter elephantiasin græcorum, et arabum: quia arabes a cute elephanti denominarunt, græci a colore dentium elephāti; hoc alba cutis, & nigra fit; quare Celsus elephantiam descripsit arabum, non græcorum, dum ait malum esse ignotum penè in Italia, frequentissimum in quibusdam regionibus; idem confirmauit Plinius lib. 26. Cap. 1 elephanthiasin ante Pompeij magni ætatem non accedisse in*

lib. 3. cap. 25.

Italia, & Aegipti peculiare hoc malum esse.

Est elephas morbus, qui propter flumina Nili
Gignitur, Aegipto in media, neque præterea vsquã. Lucret. lib. 6.

& quanquam dicat Celsus morbum a se descriptum elephantiam nominari a Græcis, credo scriptum, ne barbaros sequi auctores videretur, aut quia Celsus a græcis quidem acceperit, illi verò ab Aegiptijs accepissent.

Est igitur lepra, de qua nunc agimus, vniuersæ cutis crustacea, & elephantina durities procedens a prauo succo, crasso, ac superassato. hæc durities ab ea duritie, de qua primo egimus, differt, quia hæc crustacea est, ab impetigine, & scabie, quia elephantina, hoc est alba, est, & vniuersam cutem occupat dixi fieri a prauo succo quia, & si omnes ferunt fieri ab atra bile, de ea intelligendum est, quam ponit Auicennas fieri ex pituita superassata, hoc est a succo crasso, & lento, qui assetur, antequam concoquatur; vnde in his corporibus ferè oritur, quæ carnes magnorum animalium, vt chameli, aut bubali ingurgitant, & inter legumina lentes diu comedũt; præsertim si in his cutis angustia sit, qua calor præfocatus exstinguitur, & sanguis refrigeratur, & redditur crassior; lien quoque occasionem huic malo prebet, si aut debilis est, aut obstructus. nanque, si debilis est, quidquid atræ bilis recipit, crudum remittit, vt in totum corpus diffundatur; si obstructus est, non recepit; idem præstat venarum obstructio, per quas vel anus, vel vterus expurgari consueuit; ex semine etiam, aut menstruo sanguine inquinatis hoc malum potest procedere, ea ratione, qua contagio procedit.

Lepra agnoscitur ex duritiæ totius corporis, & aspredine, & squamulis candidis, sub quibus cutis rubens tanquam vlcerie st; totius corporis fædus aspettus est, & inde sudor,

& odor graueolens capilli, piliq; totius quidem corporis, sed faciei præsertim attenuantur, & pristinum exuunt colorem, postea decidunt aut succisi, aut medio erosi. oculi album ruborem ad nigredinem decliuem contrahit: nares angustiores redduntur, & simæ fiūt tanquā capellæ; &, quū homo loquitur, vox ex naso respondet, & eius chartilago roditur, & interdum decidit; genæ rubent, & acutiores fiunt: supercilia procidunt, & pene oculos tangunt: facies horrida fit, & nigrescit: labia quoq; sub ea candida porrigine nigrescunt, & tument: sub lingua venæ varicosæ fiunt: mentum acuitur: vox rauca fit, & anhelat æger, magnamq; respirandi difficultatē patitur: pulsumq; debilem venarum habet, cuius venæ quietæ in pectore turgent: somnia terribilia apparent, & prauis moribus æger deteritur, quos inducere atra bilis solet, & præsertim libidine tenetur inexplebili, qualis satyrorum esse dicitur: totum corpus hebes est: lotium veluti iumentorum perturbatum est, & si vlcus in cute oritur, fædissima sanies sequitur.

In hoc malo medici intentio illhuc conuerti debet, vt crassos humores purget: hepar refrigeret, & humectet: totam cutem abstergat, & roboret: obstructas partes aperiat.

Quibus satisfieri posse Galenus auctor est, sed, credo, in recenti lepra, ac debili; sed etiam vetusta hoc boni habet, quòd tutò tractatur, quia cum vniuersam cutem occupet, nullam sanam partem reliquit, in quam virus possit deponi. quæ curationem recipit, etiam longis morbis adnumeratur, &, vbi morbus factus est vetus, ferè oritur febricula, quæ hominem consumit. Quæ fit ex bile superassata, magis quidem fœda est, accidentia difficiliora habet, & acrius corpus adurit, & vorat, tamen, quia radix humoris mobilior est, curationem in-

interdū recipit. Quæ fit a fæce sanguinis, & quietior, & tutior est, nec æquè exulcerat: quæ a bile atra adusta superioris vehementiam habet, sed est curationi rebellior. at quælibet species assiduo pergit calorem assumere, quo viuimus, donec viscera nobiliora obsederit, & hominem occiderit. Humor quidem a visceribus primò erumpit, sed nocendi vim alibi recipit, videlicet ad cutem: ideò necesse est, vt humor ad viscera reuertatur, vt occidat: nanque, vbi minimum caloris est, ibi primum vitiatur humor, nempe in extremis partibus, a quibus serpit, & diffunditur in totum corpus: in quo, si crebra vlcera fiunt, æger moritur antequam vitiosus succus ad viscera reuertatur. Nisi morbus curationem recipit, aut vita prorogari potest, aut leniri cruciatus; aut promissione promptæ rei æger à desperatione reuocari.

Aer eligatur quàm longissimè a mari, & a septentrionibus purgatus. cibi lenes, lenti, & faciles, vt pisces minuti, aues montanæ; lentos voco non frumentacei generis pulmentaria, neque raias, loligines, anguillas, aut alia huius generis cibaria. sed quæ, quod crustaceum habebant, iam deposuerunt, ut coclheæ, testudines, canchri, purpuræ, buccinæ, ostreæ, nisi tamen hos quoque cibos materia obstruens repulerit. Exerceatur æger dummodo non laboret; nanque, & si exercitatione in visceribus calor excitatur; tamen etiam ad cutem diffunditur, & æqualior fit. & quia ferè in hoc malo aluus comprimitur, assiduò ducenda est; concubitus omnino fugiatur.

Sanguis mittatur liberaliter ab initio, ante quàm virtus decidat: venaq; brachij secanda est, aut ea, quæ in manu est; & postea, si vis ferat, cutis scalpello est incidenda, & ex incisuris sanguis trahendus vel curcurbitulis, uel hirudinibus.

Vbi

Vbi morbus vetus factus est, interna medicamenta frustra adhibentur; ideo ad exesterna est confugiendum: inter quæ præcipuum locum tenent inustiones crebræ in anteriore, & summa partæ capitis, super guttur, & ad tempora, in collo, et manuum pedumq; articulis; quæ inustiones, & in antiqua lepra proficuæ dicuntur, & aduenientem arcere; vt etiam supercilia salubriter adurantur, & locus qui è regione lienis est, eaq. fiducia cutis capitis adurenda est, vt candens ferrum dimittatur, donec ad os deuenerit.

Purgando primùm aluus lenienda est sero lactis. aut rosarum succo. postea sunt parandi humores fumaria. lupo salictario, & alijs, quæ attenuare, & purgare sanguinē possunt. Inde helleboro, colocynthide, scammonio, filicula, myrobalanis, aloe purgandus venter est. Serum Aetius assumit ex lacte asinino, aut caprillo, & admiscet veratrum pondere triū obolorum, & scammonium duorum quæ medicamenta prius cum pauco sero potanda exhibet; inde sensim, ne repentina fiat ventris commotio, serum addit, quantum quis facilè assumit, vsque ad libras quinque. quo facto vomitus ciendus est: primùm a cibo; inde radicula ex oxymelle etiam ieiuno detur; postea eadem radicula, cum ellebore albo maceranda est, ac demùm simplex elleborus exhibenda, idq; bis saltem in men se faciendum est; at integram purgationem instituere, & validioribus medicamentis vti satis erit bis in anno Vere scilicet, et Autumno. Post totius purgationem capiti prospiciēdum est caput purgijs. Dein ad ea, quæ, robur addunt deueniendum est, et vim suam vsque ad cutem trasmittunt: inter quæ laudatissima est antidothus Mythridatis, sed quæ viperas recipit Thyriaca dicta. caro quoque viperæ prestantissimum medicamentum creditur ad lepram; et vini vsus, in quo vipe-

ra mortua sit, et diu permanserit. Viperæ eligendæ sunt montanæ, ad albedinem vergentes; eisq; simul cauda, & caput abscidantur. siue sanguis plurimus effluit, & tamen diu his partibus præcisis viuunt, et cõtorquentur: hæ optimæ sunt quæ verò parùm sanguinis effundunt, et illico moriuntur, reijciantur, reiciendæ etiam uiperæ sunt, quæ stagna, aut lacus incolunt, aut aliàs luto uoluantur, quæque ad mare degunt; siquidem hæ sitim pariunt: illæ ex soli frigitate uim similem anguillis recipiunt: Igitur, vt supra relatum est, trunca vipera, ab his, quæ intus habet, debet mundari, et inde cum aneto, porro, et cicere, et sale decoqui, donec sponte sua eius caro ab osse segregatur, tunc comedatur caro, et ius sorbeatur, neque id tantum semel, aut bis facere oportet, sed frequenter, nam necesse est alimentum ex vipera deueniat ad vniuersam cutem. In lepra, in qua spirandi difficultas est Auicennas lac maximè laudat, credo quia refrigerat, et humefacit primum viscera ex seri vi, dein frigidi succi facta separatione, nempe seri, casei vis lenta, et calida ad cutem fertur; quare duæ intentiones præcipuè eodem lacte complentur. Extra verò adhibenda esse diximus abstergentia, et resoluentia, quorum decoctione foueri, et ablui corpus debet. inter quæ sunt origanum, aloes, pyrethrum, vua taminia, piper, sinapi, lauri baccæ, nitrum, sulphur, et quæ eius generis sunt.

OFFICINÆ.

Purgans ad Lepram.

R. Saccaron	lib. i ss	Luppulorum	ã. lib. ß
Succi endiuię		Acetosæ	
Boraginis		Fumiterræ	
Bulgossę			

Ap

Apij vn. viij
Rad. polypod. vn. iij
Cym. epythymi vn. ij
Myrobalan cæbul } ā. vn. 1
citrin.
Senæ
Sem. melon. } ā. m. 1
Endiuiæ
Lactucæ
Contundenda contundantur, & succis incoquantur S. A & facta express. adde rhab. el. vn. 1. ss
Spicę vn ss
post diem bulliant S. A. ad consist. syr. & exhibeatur ad vn. ij

Syrupus ad lepram.

R Succi scabiosę } ā. v. 1 ss
Lampati acuti
Fumiterræ
Serpentariæ
Chelidoniæ
Ligustici
Sc rdij } ā vn. 1
Acori
Rad. tax. barb. } ā. ʒ vi
Asphodelorū
Cucum. agr. } ā. vn ss
Ireos
Ellebori
Decoctionis luppul. in quo vipera sit decocta lib. 1 ss. fiat decoctio, & cum saccaron q. s. fiat syr. S. A. sumitur mane, & vespere ad p. vn. ss cum aquæ fumiterræ vn. iiij.

Linimentum ad lepram.

R. Butyri } ā. vn. 1
Cerussæ
Terebinthynæ
Dialtheæ
Olei laurini
Argenti viui sal. ext. ʒ vj
Pingued. gallinę } ā. vn. ss
Ellebori albi
vit. ou. n. ij
M. S A. ad linimenti consist.

vel

R. Olei laurini lib. vij
Axungiæ suillæ vn. viij
Lithargyrii } ā. vn. iiij
Vitrioli
Mixtis oleo, & axungia lithargyrium, & vitriolum misceatur pro linimento.

Ad vngues leprosos.

R. pinguedinis arietis } ā. vn. ss
Colophhoniæ
M. liniantur vngues

Ad lepram & alias cutis infect.

R. Limaturæ argenti } ā vn. ss
æris
Ferri
Plumbi
Ladamię
Stiracis
Macerentur die vna in vrina pueri & adde.
Vini albi } ā. lib. ss
rubri
Succi fæniculi
M. & macerentur per dies quinque, & adde.
Lactis muliebris lib. 1
Albumina ou. n. xx
Fiat aqua stillat. S. A. pro vsu.

PARS QVINTA.

De Vlceribus. Cap. I.

VLcus a græcis ἕλκος, ab arabibus القروح *dicitur: et est soluta vnitas carnosæ partis cum carnis deperditione procedens a succo vitioso. carnis deperditio distinguit vlcus a vulnere: et, quia interdum vulnus est cum carnis deperditione, ex causa distinguntur: vulnus enim ferro, aut lapide, aut alio duro corpore fit, vlcus a succo: et potius dicitur succus vitiosus quàm erodens, quia ex Auicenna caro in-* l.4.F.4 Tr. 3.C.1.
terdum liquatur, & non eroditur, & tamen vlcus sequitur. præterea Galenus vitiosi succi sobolem aperte dixit, non ero- 4.meth.m. l.1.& C.4.
dentis, & malum corporis habitum, quem cacochimiam appellat esse ulceribus aduersissimam, & vlcus diu seruari vitiosi humoris influxu. nec ait a lacte erodente, sed a vitioso 6.aph.45.
puerum vlceribus repletum esse. Quare dum Galenus asse- 3. de alim. fac.C.14.de cibis boni, & mali succi C. 1.
rit vitiosam materiam acrimonia vlcus facere, præcipuam vlceris causam ponit, non solam; quia, vt ferè vlcus fit ab erosione sine putredine, ita interdum etiam a putredine sine erosione oritur; dum verò & erosio, & putredo concurrunt, vl- in 6. Hipp. de morb. vulg. Com.5.34.
cus simplex non est, sed serpit, & non solam erosionem vlcera parere Auicennas refert: sed vis imbellicitatem, ob quam facilè recepit, quæ transmittantur, addit, & sanguinis mali- loco citato.
tiam, & multitudinem. non igitur sola erosio causa vlceris est, sed vitium quodcunque: quo nexus dissolui valeat, quo caro ex natura coit, siue virus sit ex Galeno, siue frigus ex Celso, siue calor ex Auicenna fuerit; siue vlcus vulneri succe- de theriaca ad Pis.lib.5 cap. 28.
dat, siue abscessui, siue scabiei, siue pustulis, siue alicui ex cru-

 staceis

ſtaceis ideò fœdiora vlcera, vt esthiomenum, & cancer corpora mali habitus ſequuntur ex Celſo:

lib. 5. c. 25.

Vlcus ab vlcere nihil differt, & quanquam plurimæ illius differentiæ referantur, tamen hæ nō vlceris propriæ ſunt, ſed carnis, in quo eſt caro enim, in qua vlcus eſt, calida, aut frigida eſt; ea dolet; ea dura, aut mollis eſt, ea comburitur, & moritur, & glabreſcit, & diſcerpitur, & exeditur, & inflammatur, & putreſcit, & vermes recipit, & pilos; vnde dicitur vlcus calidum, aut frigidum, durum, aut molle, &c quia caro talis eſt.

Aut, ſi differt, hoc differt, quo ſolitarium eſt, aut multiplex; quo magnum, aut paruum: breue, aut longum; aridum, ſeu mundum, aut humidum, ſeu ſordidū; ſi cauū aut cubum; angulosum, aut rotundū: obliquū, retortum, vncum: in conſpectu, aut latens; æquale, aut inæquale, ſi ſimilitudine repreſentet, fungum, ficum, cancrum, ſauum: ſi ſerpit, aut conſiſtit; ſi recens, aut vetus eſt: ſi diuturnum, ſi ſummā cutem, aut profundius carnem occupet. ſi in iecore, ventriculo, pulmone, aut veſſica eſt; ſi in oculo; ſi intra nares; ſi in faucibus, in pudendis: ſi in lacerto rectum, aut tranuerſum eſt ſi ſordes continet, aut ſanguinem, ſaniem, pus, carnem, areniſq: aliquid ſimile, aut oleo, aut melli, aut pulti, aut pinguedini.

Tamen & ex his differentijs quæ propriæ vlceris ſunt, & ex his, quæ carnis, varia nomina apud auctores inueniuntur: ſiue ab aliqua inſigni differentia indita: ſiue a multarum leuiorum concurſu: Quare vlcera quæ longa ſimul, & anguſta ſunt, a Celſo dicuntur ſciſſa; quæ repleta ſunt ab Auicenna ſordida, ſeu humida. quæ fœtent, nigreſcunt, & diuturna ſunt, teriomata; quæ ſerpunt herpetes, & ex his quæ in ſuperficie ſerpunt, formicæ, ſeu myrmeciæ; in profundum

dū esthiomena appellantur, siue phagedēna. ita fungus, fauus, cancer, aut carcinoma, ficus, ficosis, ficoseos a similitudine nomen habent; vlcus etiam a pertinacia dicitur cachoete; &, quia homo nomine Telephus hoc vlceris genere dicitur correptus, a nonnullis dicitur vlcus thelephium. & quia Chiron primus ab eo liberatus est, vocatur chironiū. & quia vlcus varijs in locis oritur, ex hoc ipso uaria habet nomina, ut in capite tinea; sub capillo, aut barba sycosis; in oculo chyloma; intra nares ozena; in gingiuis parodontis; in faucibus aphta; in ano ragadium; in unguibus pterigium. Si caro super nascitur hipersarcosis. si quid oleosum exit, aut pinguedini simile uocatur steathoma, si pulti atheroma, si melli meliceris

Commune ulceris indicium est caro deperdita, & succus ab eo fluens. Internū ex dolore proditur, & ex pure, aut per se dē aut cū urina exeunte. Et malum, diuturnūq; omne censendum est, quod adhibitis accuratè medicamentis non sanescit. Scissa oblonga sunt, & in summa cute, & in his minimū carnis est deperditū. Vlcus sordidū crassū intus excrementū habet, & maleolet. Theriomatis color uel liuidus, uel niger est, odor fœdus; humor qui effluit muco similis, & multus atq; id ipsū vlcus neq; tactū, neq; medicamētū sentit, prurigine tantū mouetur, circa tamen dolor est, & inflāmatio, & interdū febris oritur, nōnunquā ex ulcere sanguis erumpit, etq; id quoq; malū serpit. Herpes hoc peculiare habet, nempe serpere, unde nomen habet; Sed vlcus in superficie serpens dicitur Formica, seu myrmeciū, vt diximus; Esthiomenon penetrat, usq; ad ossa serpit celeriter. et corpus uorat. ulcus inæquale est, et cæno simile, in eoq; est humor multus glutinosus, odor intollerabilis, et inflāmatio maior, quā pro modo vlceris videatur esse debere. Ignis sacer supra inter aspritudines adnumeratus est. sed repetere

hic oportet, quia etiam vlcus facit; eius duæ species sunt, ait Celsus altera, in qua pallori mixtus rubor est, exasperaturq; per pustulas continuas, quibus ruptis vlcus continuatur, & humor exit, qui esse inter saniem, & pus medius videri potest. in altera summa cutis exulceratur, sed sine altitudine. latum, subliuidum vlcus est, inæqualiter tamen, mediunq; sanescit extremis procedentibus, ac sæpe id, quod iam sanum videbitur, exulcerabitur, ac circa proxima cutis, quæ vitium exceptura est, tumidior, & durior est, coloremq; habet ex rubro subnigrum. Fungus ita dicitur, quia in eo caro fungo similis est. Fauus siue meliceria crassiorem humorem habet, glutinosiorem, subalbidum, melliq; albo similem & a fauo. cui simile hoc vlcus est, nomen habuit; hoc duplex est: alterum subalbidum furunculo simile, sed maius, & cum dolore maiore, quod, vbi maturescit, habet foramina, per quæ fertur humor glutinosus, purulentus, nec tamen ad iustam maturitatem peruenit; si diuisum est, multo plus intus corrupti, quàm in furunculo apparet, altiusq; descendit, rarò fit nisi in scapulis. alterum est minus, super corpus eminens, durum, latum, subuiride, sub pallidum, magis exulceratum, si quidem ad singulorum pilorum radices foramina sunt, per quæ fertur humor glutinosus, subpallidus crassitudinem mellis, aut visci referens. interdum etiam, si inciditur, intra caro apparet uiridis, vt oleum. dolor autem, & inflammatio ingens adeo, vt acutam quoq; febrem mouere consueuerit. In carcinomate circa locum aliqua quasi puncta sentiuntur, idq; non solum id corrumpit, quod occupauit, sed etiam serpit; deinde alijs, alijsq; signis decernitur, nam modò super inflammationem rubor vlcus ambit, isq; cum dolore procedit, . . græci nominant. Si cancer excisa vessica nascitur, per vulnus

nus, aut per ipsum colem fluit sanies mali odoris, & cum eo quasi concretus sanguis, tenuesq; carunculæ lanulis similes. præter hæc si oræ vulneris aridæ sunt, si dolent inguina, si febris non defuit, eaq; in noctem augetur; si ordinati horrores accedunt, si tendit ad colem indurescit is locus, & rubet, & tactu dolorem excitat, testiculiq; intumescunt; si tendit ad vessicam, ani dolor sequitur, coxæ durescunt, nec facilè crura extendi possunt; si in alterum latus, oculis id expositum est, paresq; vtriusque easdem notas, sed minores habet. In Sycosi caro excrescit, & id quidem generale est; eius alterum vlcus durum, & rotundum est; alterum humidum, & inæquale. ex duro exiguum quiddam, & glutinosum exit; ex humido plus, & mali odoris. fit verò vtrumque in his partibus, quæ pilis teguntur, sed id quidem, quod callosum, & durum est, maximè in barba, id uerò, quod humidum præcipuè est, in capillo. Cachoetes, quasi malum dicitur, quod & de tumore, & de ulcere dici potest, ex quo icor tenuis, subalbidus exit, maximeq; ubi neruo læso inflammatio sequuta est; Chironium ulcus & magnum est, & habet oras duas callosas tumentes, exit sanies non multa, sed tenuis, odor malus neque in vlcere, neque in eius humore est, nulla inflammatio, dolor modicus est, nihil serpit, interdum tenuis cicatrix inducitur, deinde interum rumpitur, vlcusq; renouatur. fit maximè in pedibus, & cruribus. Ypersarcosis nullas proprias notas habet, nisi quod super vlcus caro enascitur spongiosa, & hebes, fereq; sub capillo fit. Atheromata quoque, steomata, & melicerides ipse humor, qui ex his fertur, malum distinguit, cæteras notas ex his, quæ de tumoribus, petere oportet. Tinea in ea capitis parte fit, quæ capillo tegitur; in qua interdum cutis summa vlcere exeditur, colore penè eodem

per-

permanente, interdum color cutis mutatur, ac eadem exaſperatur, & ulcus uſq; ad membranam os tegens peruenit, aliquando etiam ulcus ultro procedit, & tumet circum in modum papulæ, in quo, ſi dolor adhuc eſt, et plus humoris atrahitur, ficus dicitur. In ea uero tineæ ſpecie quæ acor dicitur magis acer ſuccus eſt, et tenuior per exigua foramina fertur, et hunc ſuccum aquæ ſimilem eſſe ferunt, ſed qui aliquid muco ſimile admixtum habet. peſſima omniũ tineæ ſpecies eſt, in qua humor fertur per maxima foramina, ſimilitudine mel referens, unde faui nomen, et meliceridis accepit. Chiloma cognoſcitur ex pulſu, qui intus in oculo fit, cũ dolore, et uehemẽti cruciatu ob ſenſus præſtantiã ulceratæ partis. oculis quoq: conſpicitur in oculo ueluti minima macula alba quidẽ, ſi in cornea ulcus eſt, ſub rubra, ſi in adnata. ſub ea enim pus albũ conſpicitur ſub hac ſanguis, è uenulis effluens, quibus ea tunica repleta eſt. itẽ ſi corneæ prima tunica exulcerata eſt, et aſperitas quædã eſt, et conſpectus uitiatur, ut ueluti per fumũ ſe reſpicere æger ſibi uideatur: ſi ſecunda, denſius eſt, quod intercidit, et nubi magis ſimile: ſi in ima tunica ulcus eſt, lumẽ æger non ſuſtinet Ozena ulcus circa nares eſt, pluresq: cruſtas, & odorẽ fedũ habet. Parodontides ex loco innoteſcunt fiunt enim iuxta dentes. Aphtæ in gingiuis incipiunt, deinde palatũ, totumq: os occupãt, tũ ad uuã, fauceſq: deſcendunt, pueros frequentiſſimè infeſtant, fœminaſq: ac uiros molliores, & in malis febribus eos, quibus, dũ humor fluit a capite, ab ipſa febre incenditur. In rhagadijs in ano cutis exciditur In pterigio ſuppurari ſumma digiti pars, & recedere ab ungue caruncula magno cum dolore conſueuit.

Vlceris curãdi primũ indiciũ eſt orarũ unitio. ſi cauitas quoq: eſt, et repletio. ad hæc dirigitur exiccatio, quæ eo nitẽſior expoſcitur quo ulcus plus humoris habet, & quo maius eſt. ex aduerſo

uerso pars ulcerata, quo siccior natura est, co sicciora expetit medicamenta, quo humidior, humidiora, quia ea humiditas arcenda est haec seruanda. Si sordidũ ulcus est primò expurgantia requiruntur, inde replentia, mox glutinantia. Si tumor adest, is etiã, antequã sordi prospiciatur, remouẽdus est, ueluti & inflammatio, & dolor. in magnis ulceribus uitiosus succus a corpore remouendus est; aut ad contraria reuellẽdus, ut si ulcus in ĩfernis partibus est, per uomitũ, si in supernis, per aluũ, aut deriuãdus ad uicina. Si ne id quidẽ sufficit, causæ prospiciẽdũ est, a qua prauus is succus gignitur. si caro ulcus replet, ea remouẽda est. intemperies ulceri addita per cõtraria temperãda est. & in omnibus ea, quæ ars efficit, præcedere debẽt ea, quæ a natura expectãtur: nõ enĩ alio modo ulceri prospicimus quã remouẽdo ea quæ naturã operantẽ impediũt. Differre interdũ consiliũ præstat, ei, quod magis urget, opẽ ferẽdo. In ulcus si sãguis laudabilis fertur, facilè sequitur carnẽ eiusdẽ rationis restitui; cutis uerò nõ potest, ideo cicatrix fit, quæ cutis nõ est, sed pro cute, et illi similis est. et in simplici ulcere sola ligatura oras unit. uerũ si admodũ diductæ oræ sunt, si sanies, pilus, arena, oleosũ, sãguis cõcretus, dolor, aut inflãmatio aderunt, oræ difficilius cõmittuntur. itaq; ulceris sanationẽ præ cæteris promittit bonus corporis habitus: quare hydropicis ulcera difficillimè cõmittũtur: et cõualescẽtibus, quia, et si superatus morbus aliquis est, tamẽ, quidquid morbũ fecerat, per ulcus fert. ur ulcera circũ glabra mala sunt, quia, quod pilorũ radices erodit, carnes etiã liquare potest; et, quod malas pustulas sequitur, ægrè tollitur; &, quod putrescens, aut serpens est, aut medicamentis recta ratione adhibitis nõ cedit.
In leui ulcere mente non constare mortis indicium est, quia inflammatio intus sub eo est, & humor aliò fertur.
In prægnante difficilia ulcera sunt; neque tantum super

fluo

fluo humor influens, sed etiam ariditas nimia vlcus rebelle faciunt; humor enim gluten diluit, ariditas oras diducit, nec sinit humorem ad eas ferri; quo caro nutriatur propterea in senibus diuturna potius vlcera fiunt, quàm mala.

Sed, antequam ad singulorum affectuũ indicationem deueniamus, quædam communia indicia petenda sunt ex humore, qui ad vlcus fertur, cuius quinque species Celsus proposuit præter sanguinem; quorum trium ipsum se auctorem, duas a græcis accepisse ait; hæ sunt pus, eleodes, sanies, hydrops, melicera. Sanguis est omnibus notissimus, & horum omnium humorum materia; qui, quia ex natura est, sanæ carnis succus haberi debet. Ex cæteris humoribus crassiores sanitati magis proximi sunt, quia concoctio procedit incrassando, quodq; crassius est, siccitati proximius est, & vlcus siccum simile sano est. Quapropter pus crassissimum, albissimumq; & glutinosius ex vlcere fertur iam ad sanitatem spectante; & est laudatissimum album, crassum, æquale. peius est multum, tenue, dilutum, eoq; magis si ab initio tale est; itemq; si colore sero simili si pallidum: si liuidum si fæculentum est; si maleolet ex se; dixi ex se, quia interdum pus maleolet ratione loci, in quo est, dum carnium conuentu concluditur aliàs olentium; vt quod est in ano, sub alis, intra os, in pudendis, ad brachiorum, aut genuum flexuras, inter digitos præsertim pedum. Inter puris species Eleodes pus tenue est, subalbidum, colore, & pinguitudine oleo concreto non dissimile. ac tale apparet in magnis vlceribus sanescentibus; hoc peius est si multũ & minus pingue est. Sanies tenuior est eleode, variè crassa, & glutinosa, & colorata, mala est si multa, tenuis, liuida, aut pallida, aut nigra, aut glutinosa, aut mali odoris est, aut quæ & ipsum vlcus, aut iunctam ei cutem erodat melior est

non

non multa modicè crassa, sub rubicunda, aut subalbida. Hydropes peior est multus crassus, subliuidus, aut sub pallidus, glutinosus, ater, calidus, mali odoris; tolerabilior est his aduersus. Melitera mala est, multa, & percrassa. Protinus autem quantum curatio proficiat, quibusdam signis intelligi potest. nanque spem præbet somnum capere, facilè spirare, siti non confici, cibum non fastidire, si febricula fuit, ea vacare. timorem incutit spiritus grauitas, sitis, cibi fastidium, febris, sanguinis interruptio; &, si ante quàm sinus carne impleatur oræ carnosæ fiunt, præsertim carne hebete; at animam deficere vel in ipsa curatione, vel postea pessimum est. Quin etiam morbus ipse, siue subito solutus est, dein suppuratio exorta est, siue effuso pure permanet, non iniustè terret, estq; inter causas timoris, si in vlcere sensus rodentium non est. Hæc ex parte puris prædici possunt, at ex parte differentiarum vlceris alia pendenda sunt; & scissa in corpore boni habitus si recentia sunt, nec induruerunt, nec in his caro hebes facta est, facilè sanantur. Therioma vlcus est diuturnum, & ex eo ferè sequitur herpes esthiomenon. Sacer quoque ignis inter mala vlcera est, sed inter serpentia minus periculum affert, quia summam cutem occupant. Esthiomenon omnium pessimum est, quia celeriter vsque ad ossa corpus vorare solet. Fungus eò difficiliùs tollitur, quo durior est; Fauum quoque ex diuturnis est. Cancer curationibus potius irritatur; &, quò maior vis adhibentur, eò deterior fit; & scalpello, aut igne tactus protinus concitatur, & increscit, donec occidat; &, si exciditur, tamen post inductam cicatricem redit si uerò lenibus utamur medicamentis, quæ quasi blandiantur, non curent, æger diutius sub eò uiuit. In labris æque excisũ, atquè adustum ulcus inpleri non potest

gingiuarum vero ossa, quia hebetia sunt, in perpetuũ vstione nudantur, non enim postea caro renascitur. In vessica quandoq; sanari potest; sed cancro ibidem orto stomachus afficitur, cui cum uessica quoddam consortium est, quare cibus aut non retinetur aut non concoquitur, ideo necessario mors sequitur. sed vt his succurri nullo modo potest, sic a primo die tenenda ratio curationis est. Dum exciditur, ferè per vlcus vrina exit, deindè eo sanescente diuiditur, & pars per colem descendere incipit, donec ex toto plaga claudatur: quod interdum tertio mense, interdum non ante sextum, nonnunquam exacto quoque anno fit. nec desperari debet solida glutinatio vulneris, nisi aut vbi vehementer rupta ceruix est, aut ex cancro multæ, magnaq; carunculæ, simulq; neruosa aliqua exciderunt. sed, vt vel nulla ibi fistula, uel admodum exigua relinquatur, summa cura prouidendum est. Sycosis, quia frequens in oculo est, ob partis sensum delicatum medicamenta valida non sustinet, ideò cura longior est. Cachoetes ideò sic appellata sunt vlcera, quia curationi rebellia sunt. Chironium vlcus nihil serpit; ideòq; nullum periculum affert; tamen non facilè sanescit. Hypersarcosis facilè tollitur; maius negocium est efficere, ne redeat. Steatomata, atheromata, & meliceri-des ex his, quæ de tumoribus, patet cum difficultate tolli, & non nisi euulso, aut exciso folliculo. Tinea difficillimũ vlcus est, nec tolli potest nisi recens, & in his, qui adhuc adolescant, in alijs, etsi cum tota cute excidatur, tamen reuertitur. Ozenæ pauca spes est, vbi vlcus diu perdurauerit, & processerit, nec pars medicamentum validum, aut ferrum sustinet. esset enim maius in medicina tormentum, quàm in morbo. Parodontides & vlcera alia, quæ in latere linguæ fiunt, diutissimè durant. Aphtæ pueros fere cõsumunt; nõ tamen per se periculũ

in

in viris, & mulieribus est, nisi ex morbo, quem ferè aphtæ sequuntur; hoc enim miserius habēt pueri in hoc malo, quò minùs imperari rimedium aliquod potest. Pterigia, si diu perdurauerint, scire licet vnguis radicem iam esse corruptam, & supremum digiti os uitiatum; ideòq; longum fore morbum, & digiti pristinam figuram reddi nullo pacto posse.

Quia ex Hipp. vlcus siccum simile sano est. victus ratio ita instituenda est, vt exiccet, de qua aliàs dictum est, quibus materijs, & animaduersionibus paranda sit. hoc in exercitatione peculiare cōsiliū requiritur, ne partes ille exerceātur, in quibus vlcus est sed oppositæ. si enim vlcus in superioribus partibus est, proderunt cursus, & ambulatio; si in infernis, disco se exercere, & parua pila; in omnibus nauigare, vigilare, & alui excrementa ducere. Singulariter, si vlcus humidius est, & quod per illud fertur, ea quæ crassam pituitam generāt sunt exhibenda; vt in hydrope, & melicera oua sorbilia, pulticulam, laganum, orizam, & alia aliàs enumerata. In herpete esthiomeno, & theriomate quiescere oportet; & aquā liberaliter bibere, qua humoris acredo hebescat, & pernicies diluatur; atque in his, quæ serpunt exiccantia, & salita minus conueniunt, quia acuunt humores influentes. In ozena multa deambulatio, & cibus modicus debetur, neque valentissimus, neque acer. In aphtis alenda est nutrix, quia puer modū non capit. verùm, quia in his coniugia longinqua sunt, nostri instituti non est de his dicere, nisi dum de lactis alimento sumus loquuturi. In cancro inter initia cibus humidus debetur; vbi vlcus purgatum est, ex media materia. bibere liberaliter, & non nisi aquam; & crebrò meiere, ne vrina collecta laborem vessicæ inferat.

Medicamenta aliqua assumuntur, sed ferè vlceri adhi-

bentur. Si humor tenuis effluit, omne medicamentũ confert, quod succum rosarum recipit: si crassior, sero utendum est, & radice pontica. Humores parantur lentisci decoctione, aut uitis, aut rosarum. Purgãdus tenuis humor lactucæ marinæ succo, aut stibio; crassior hellebro, & myrobalanis, filicula, epithimo. Si ulcus internum fuerit aut in gutture, medicamenta, quæ super ulcere adhibenda sunt, sensim deglutiantur, ut, nisi diutiùs maneant, saltèm crebrò redeant. si in uentre ulcus est, deglutiantur liberè: si in crassis intestinis immittantur per sedem; si in gracilibus; tum per sedem immittere, tum per os ex hibere conuenit. Externis ulceribus multa ab auctoribus proponuntur ad uaria officia accõmodata; ut alia intemperiẽ remoueant, alia sordes abstergant: alia serpiginem sistant; alia carnem exuperantem demant, deficientem reddant, cicatricem alia inducant. Intemperiem frigidam remouet uinum validũ; aut aqua ex vino, quàm ardentẽ vocãt, calidã rosa: humidam bolus Armæna ex aceto: siccam fotus aquæ calidæ; ea animaduersione, ut fouere desinas, statĩ ac oræ ulceris, & cutis, quæ circùm est, rubeat, atque attollatur. Sordes abstergit aqua ex cinere, & mel rosaceum. Serpentẽ sistit chalcitis, cui parum resinæ, & rutæ admixtum fuerit, vel difriges cũ resina, vel sertula campana in mulso cocta, ac detrita, vel vua taminia cũ pice liquida. Celsus ad hoc medicamentũ componit ex nucum amararũ P. xiij. allij P. xi. croci parũ, quæ miscet, & super imponit. Carnẽ exedit ærugo. ideò, vbi caro nõ superat, ulceri inimica est; leniùs hoc facit mel coctũ cũ lenticula, vel cũ marrubio, vel cũ oleæ folijs ex uino decoctis, ostreæ texta exusta: fortiùs sal cũ aceto, alumen rotundũ, chalcitis, squama æris rubri, sandaracha, miniũ sinopicũ. Carnẽ alit, & ulcus implet resina pinea, ochra attice, vel astarace.

cæra,

cara. butyrũ, crocus, cadmia; cara ulceribus inimica dicitur, ubi sordes, aut humor multus est, quia cara mollit, tutius adhibetur eruifarina, dracantha, farina fabarũ & hordei, ubi calor in ulcere est: ubi uerò nullus calor adest, & pars humida est panaces, pompholix, thus, aristolochia adhibentur: si siccitas est in ulcere, glutiniũ pisciũ, & limacia adustæ, & cæra proderunt. Vlcera purgat & implet maximè inter neruos pars pondus butyri, medullæ uitulinæ sebi uitulini, adipis anserinæ, ceræ, mellis, resinæ terebinthinæ, rosæ, & olei cicini. quæ omnia liquantur, deindè liquida miscentur, tùm teruntur simul, & hæc quidem magis purgãt; magis uerò emolliũt, & carnẽ nutriũt, si pro rosa cyprus infunditur; sed tutiùs est a quocunque oleo abstinere, nisi sit uetustissimũ. Cicatricẽ inducit ægiptiæ spinæ fructus modicè siccando, & prohibendo praui succi influxum, item galla immatura, malicorium, thus, syluestris oleæ folia, glandium opercula, bolus armena, mali punici cortex, & flos; eytinum, lycium, ostreæ cortex adusta; ualidius æs ustum, lythargirium, chalcytis, myrrha, iris illirica; hæc tamen in carne teneriore adhibenda non sunt. quia eam absumunt.

Ad scissa, seu rhagades tracantha, & gummi, cum cerussa, aut scoria ferri, aut bolo armena miscetur; &, si dolor est, unguento è populo leniendus.

In theriomate, & herpete esthiomeno inspergenda est arida aloe, enanthe, &, si hæc parum proficiunt, chalcitis. si exesa carne neruus aliquis apparet, contegendus ante linteolo est, ne sub medicamento aduratur. Quicquid inspergitur, auerso specillo infundi debet, & superdanda cum melle sunt uel linamẽta, uel oleæ folia ex uino decocta, uel marrubiũ, eaq; linteolo cõtegenda in aqua frigida madefacto

dein

dein benè expreßo: circàq; quà tumor ex inflammatione est, imponenda cataplasmata; quæ reprimant. & , si locus non calet, aqua ex myrto, aut rosis, aut virga pastoris, vino austero, & aceto cum rosæ succo. si calet, plurima aqua frigida super infundatur, & si putredo est, aqua maris, & vinum, in quo malicorium; lens, spina ægiptia decocta sint. si sub his nihil proficit, ferro locus aduri debet, diligenter neruis, si qui apparent, ante contectis. adustum corpus vel ferro vel medicamentis primò purgandum, dein implendum est. Et commune sit, non tantùm in esthiomeno, sed in omni herpete totũ expurgare, & irudinibus, & cucurbitulis prauum succum extrahere.

Vlcus fungo simile fouendum est, si hyems est, egelida, si aliud tempus aqua frigida, deinde spuma, seu squama æris inspergendum, supràq: ceratum ex mirtheo factum, cui paulũ squamæ æris, fuliginis, calcis sit adiectum. si hac ratione non tollitur, vel medicamentis vehementoribus, vel ferro est adurendum.

Super fauum, seu meliceriam, quæ minus crebris foraminibus exasperata est, rectè imponitur & ficus arida, & lini semen in mulso coctũ, & emplastra, & malagmata materiam educentia; suprà alterum genus farina ex mulso cocta, sic vt ei dimidium resinæ terebinthinæ misceatur, & ficus ex mulso decocta, cui paulum hissopi contriti sit adiectum, & vuæ pars quarta fico admixta. Quod si parùm in vtrolibet genere medicamenta proficiunt, totum vlcus vsque ad sanã carnem excidi oportet, & vlcere ablato super plagam medicamenta danda, primùm quæ pus cienit, deindè quæ purgant, tum quæ implent.

In carcinomate remouenda sunt omnia acria, omnia vehemen-

hementia; &, si vlcus aequale est, ceratum ex rosa inijciendũ est, adijciendusq; ei puluis ex contrita testa, ex qua faber ferrarius tingere candens ferrum solitus est; sed, si id nimium suprà creuit, tentanda squama aeris est, quae leuissima ex adurentibus est, eatenùs nè quid eminere patiatur; sed ità si nihil exacerbauit, sin minùs eodem cerato contenti esse debemus; eaq;, quacunque in parte sit cancer, obseruanda sunt. si uerò cancer in pudendis fuerit, aliquid peculiare exposcit, vbi, si nigrities cutem occupauit, protinùs specillum subijciendum, eaq; incidenda est, deinde orae vulsella prehendendae, tùm, quicquid corruptum est, excidendum sic, vt ex integro quoque paululũ dematur, idq; adurendum. post vstionem lenticula imponenda est, deinde, vbi crustae exciderunt, vlcera sic, vt alia, sanentur. At, si cancer colem occupauit, inspergenda aliqua sunt ex adurentibus, maximè id, quod ex calce, chalcitide, & auripigmento componitur; si medicamenta vincuntur, hìc etiam scalpello praecidi debet quicquid corruptum est sic, vt aliquid etiam integri trahat. Illud quoque perpetuum est exciso cancro vulnus esse adurendum: sed, siue medicamentis, siue ex ferro crustae occalluerũt, magnum periculum est, nè, his decidentibus, ex cole profusio sanguinis insequatur. ergò longa quiete, & immobili penè corpore opus est, donèc ex ipso crustae purae leniter resoluantur. At, si vel volens aliquis, vel imprudens, dum ingreditur, immaturè crustas diduxit, & fluit sanguis, frigida aqua adhibenda est; si haec parum valet, deueniendum est ad medicamenta, quae sanguinem supprimunt, si ne haec quidem succurrũt, aduri diligenter, & timidè debet, neque vllo posteà motu dandus eidem periculo locus est. Quaedam etiam nigrities est, quae non sanatur, & serpit, &, si sustinuimus usque ad uesicam

ficam tendit, neque succurri postea potest. Si id in summa glande circa fistulam vrinæ est, prius in ea tenue specillum demittendum est, ne claudatur, deinde ferro adurendum. si vero alte penetrauit, quicquid occupatum est, præcidendũ est. cæterum eadem, quæ in cæteris cancris facienda sunt. Si quando autem vlcera oris cancer inuasit; primo considerandum, num corporis malus habitus sit, eiq; occurrendum; deinde ipsa vlcera curanda; quod si in summa parte id vitium est, satis proficit anthera humido vlceri arida inspersa, siccioṙi cũ exigua parte mellis illita si paulo altius, chartæ cõbustæ partes duæ, auripigmẽti pars una; si penitus malũ descẽdit, chartæ combustæ partes tres, auripigmẽti pars quarta, aut pares portiones salis fricti, & iridis frictæ. aut itẽ pares portiõe chalcitidis, chalcis, auripigmẽti. necessariũ autẽ est linimẽtũ in rosa tingere, & super adurẽtia medicamẽta impõere, ne vicinũ, & sanũ locũ lædat. Quidã ẽt in acris aceti eminã frictũ salẽ cõijciunt, donec rubescere desinat, deinde id acetũ coquunt, donec exiccatur, eumq; salem contritum inspergunt. quoties autem medicamentum inijcitur & ante, & post os diluendum est, vel cremore lenticulæ, vel aqua, in qua aut eruum, aut oleæ folia, aut verbenæ decoctæ sint, sic vt cuilibet eorum parum misceatur. Acetum quoque ex scylla retentum ore satis aduersus hæc vlcera proficit; ex aceto quoq; cocto sal sicut supra demonstratum est, rursus mixtum acetũ; sed & diu continere vtrumlibet, & id bis, aut ter die facere, pro vt vehemens malum est, necessarium est. quod si puer est, cui id incidit, specillum lana inuolutum in medicamentum demittendum est, ac super vlcus tenendum, ne per imprudẽtiam adurentia deuorentur; &, si dolor in gingiuis est, mouenturq; aliqui dentes, refici eos oportet, nam curationes ue-

he-

hementer impediunt: si nihil medicamenta proficiunt, vlcera erunt adurenda, quod tamen in labris ideò non est necessariũ, quoniam excidere commodius est: adustis lenticula imponenda est, donec sanitatem, qualis esse potest, recipiant. Si in vessica est primùm ad rem pertinet corpus rectè iacere, vt superior pars semper eadem sit, in quam vitium fertur, ita, si ad colem it, supinus is collocari debet, si ad vessicam, in ventrem, si in latus, in id, quod interius est deindè homo in aquã demittetur, in qua marrubium decoctum sit, aut cupressus, aut mepthus, idemq; humor clystere intùs adijcitur. tùm super imponetur lenticula cum malicorio mixta. quæ vtraque ex vino decocta sint, vel rubus, vel oleæ folia eodem modo decocta, aliaq: medicamenta quæ ad prohibendos, & purgandos cancros proposuimus; ex quibus, si quæ erunt arida, per scriptorium calamum inspirabuntur; vbi stare cœperit cancer mulso vulnus eluetur, vitabiturq eo tempore ceratũ, quod ad recipiendũ malũ corpus emollit, potiùs plumbũ elotũ cum vino inungetur, superq. idem linteolo illitum imponetur.

Super sycosin oportet imponere elaterium, aut lini semen contritum ex aqua coactum, aut ficum in aqua decoctam, aut emplastrum tetrapharmacum ex aceto subactum terra quoque erithria ex aceto liquata rectè illinitur.

Ad vlcera rebellia, quæ chachoetes, aut thelephium, aut chironium, aut noma dicuntur, post corporis purgationem, etiam sepè veratro albo venter tentandus, est, præsertim si, vt frequenter accidit, in inferioribus partibus vlcus sit vomitu enim & educitur, & euellitur prauus humor, mox super ipsum vlcus scoria ferri danda est, & malagrana Protarchi, quod ad parotidas Celsus præscripsit. de steatomate, atheromate, & meliceride trattauimus qũ de tumoribus diximus.

Tineæ aridum genus crustaceum potius est, & eàdem curatione, qua lepra opus habet, humidum plus vlceris habet; in quo totum priùs expurgandum est, & his, quæ crassiorem pituitam reddunt, humores sunt obtundendi, ne fluant, neue acredine cutim exulcerent; huius generis sunt lactuca, portulaca, quorum decoctione, aut succo melli admixto viginti dierum spatio æger vti debet, dein purgandum corpus, scammonio, & myrobalanis: quod medicamentum, si ad inferna acres humores attraxerit, aluum diù fluidam relinquit si post vim medicamenti crebra alui decoctio non remanet sæpiùs est repetendum medicamentum, & interà vlcus curare oportet, &, si quæ crustæ sunt, aut pili, euellendi, si pauci sunt, vulsella: si multi sunt, aut crustæ non sequuntur, nigra pix extendi supèr corium debet, indè ad ignem calefieri, & capiti depilando, aut decorticando superimponi, et diù sinere; posteà ui euellere, vt pili, et crustæ sequantur si ex his crustis, aut pilis parùm remanet, facile est vulsella demere, si multũ iterùm imponenda pix est, & eodem modo euellenda, donèc munda in totum cutis capitis remaneat, & nudum vlcus pateat, posteà exiccantibus, sed tenuibus lauacris humor influens euocandus est; ex his sunt aqua, quæ ex cineribus ficus, uitis, aut lauri educta est, quæ quia acuta est, & spinæ in modum pungit, rhamnus vulgò dicitur. ita post ablutionem plurimus humor sequitur; præsertim si rosmarinus, aut saluia, aut lauri folia incoquuntur, postquàm diù id factum est, & plurimus humor eductus est, post ablutionem arida medicamenta sunt inspergenda, quæ fiunt ex cucurbitæ cortice adusto, gallis aridis, rosarum, & oleastri folijs, saluiæ, & roris marini. sub his humor primò imminuitur, ac demùm cessat, tunc amplius abluere non oportet, sed solos pulueres in-

sper-

spergere: & humores medicamento pergere euacuare, donèc cutis capitis penitùs confirmata sit.

Chyloma vlcus corneæ est; in quo post purgationem fiant inustiones in brachijs, per quas acris humor fertur, & ab oculo diuertat. Inde adhibeatur medicamentum ex porapholige lota, & collyrio ex aloe, myrrha, thure, croco, & metallicis medicamentis. Si dolor est, addatur aut oui candidum, aut succus mandragoræ. Si ab vlcere ragæides procidat, adstringentia immiscere conuenit, qualis est aqua rosacea; si sordes in vlcere est, componitur collyrium ex vino, croco, sale, cadmia, & melle, aut pro melle saccaron dissolutum in aqua violarum, quia oculus delicati sensus est, & saccaron mitiùs rodit.

Ozenā lycium ex melle interdùm simplici cura tollit, aut succus marrubis, aut mentæ pariter ex melle sumptæ, omphacium quoque à Celso laudatur eodem modo melle exceptum, ex quo etiam nares exulceratas fouere oportet vapore aquæ calidæ, id est spongia expressa, atque admota, vel etiam subiecto vase oris angusti calida aqua repleto. Post id fomentū illinenda vlcera sunt aut plumbi recremento, aut cerußa, aut argenti spumā cùm quolibet horum aliquis conterit, eiq; dùm teritur, inuicèm vinum, & oleum mirthæum adijcit, donèc mellis craßitudinem fecerit. Si hæc parum proficiunt, caput ad cutem tondeatur, aßiduòq; uehementer perfricetur, ac multa calida aqua perfundatur, tùm in narem ipsā mel cum exiguo modo resinæ terebinthinæ conijciatur: quod specillo quoq; inuoluto lana fit, attrahaturq; spiritu is succus, donec in ore gustus eius sentiatur, sub his enim crustæ resoluuntur, quæ tùm per sternutamenta elidi debent. Puris vlceribus vapor aquæ calidæ, vt diximus, subijciendus est: deindè ad-

bibendũ, aut lycium ex vino dilutum, aut amurca, aut omphacium, aut mentæ, aut marrubij succus: aut atramentũ sutorium, quod candens factum, deindè contritum sit, aut interior scyllæ pars contrita, sic ut horum cuilibet mel adijciatur, cuius in cæteris admodùm exigua pars esse debet, in atramento sutorio tanta, ut ea mixtura liquida fiat: cũ scylla utique pars maior; inuoluendumq; lana specillum est, & in eo medicamentum intingendum, eoq; ulcera implenda sunt, rursusq: linamentum inuolutum, & oblongum eodem medicamento illinendum, dimittendumq; in narem est, & ab inferiore parte leuiter deligandum; idq; per Hyemem, & Ver bis die, per Aestatem, & Autumnum ter fieri debet. Apud quosdam positum est vel subtilem fistulam, vel enodem scriptorium calamum in narem esse conijciẽdũ, donèc sursum ad os perueniat: tùm per id tenue ferramentum cãdens dandũ esse ad ipsum os, deindè adustum locum purgandũ, esse ærugine, & melle, vbi purum est lycio ad sanitatẽ perducendũ: vel narem incidendã esse ab ima parte ad os, ut & conspici locus possit, & faciliùs cãdens ferramentũ admoueri, tùm sui nares debent, & adustũ quidẽ vlcus eadẽ curatione curari, suturam uerò illini uel spuma argenti, uel alio glutinante. hæc Celsus.

Ad parodontidas continendus sæpè ore cremor reprimẽs, cui paululũ mellis sit adiectum, vtendũ est ambulationibus, & non acri cibo, simul atque verò pura vlcera esse cœperunt, lenis humor, interdùm etiam quàm optima aqua ore continẽda est. prodestq; assumptum purum vinum, pleniorq; cibus, dùm acribus uacet: inspergiq; vlcera debent alumine scissili, cui dimidio plus gallæ immaturæ sit adiectum: si iam crustas habet, quales in adustis esse consueuerunt, adhibendæ

benda sunt hæ compositiones, quas græci ἀνθηρὰς nominant; linguæ quoque vlcera sub alia tractatione non sunt, quia non alijs medicamentis egent. quæ in latere eius nascuntur, diutissimè durant, videndumque num contrà dens aliquis acutior sit, qui sanescere sæpè vlcus eo loco non sinit, ideòq; limandus est; alia quoque vlcera in gingiuis oriuntur, quibus eadem, quæ in reliquo ore, succurrunt maximè tamen mandere ligustrũ oportet, succumq; eum ore continere. Vbi pus ex gingiuæ vlcere diutiùs fertur, locus aperiendus, dens eximendus, testa ossis, si qua excessit, recidenda est: si quid vitiosi est, radendum, post quæ quid fieri debeat, suprà in aliorum vlcerum curatione comprehensum est. Si verò a dentibus gingiuæ recedant, eædem antheræ succurrunt; vtile est etiam pyra, aut mala non permatura mandere, & ore eum humorem continere: idemq; præstare non acre acetum in ore retentum potest, aut iuglandium succus, & moræ, aut mansa polij, aut populi albæ, aut verbenæ radix, quæ si aridior est, quàm mandi possit, vino decoquenda, & illud ore continendum; idemque faciendum, si rhois, aut rubi, succus haberi facilè non potest.

Ad aphtas infantium post victus rationem nutrici institutam, si pituita in os infantis coit, vomere debet, tùm ipsa vlcera inungenda sunt melle, cui rhus, quem syriacum vocant, aut amaræ nuces adiectæ sunt, vel mixtis inter se rosæ folijs aridis, pineis nucleis, mentæ coliculo cùm melle, vel eo medicamento, quod ex moris fit, coquendo eorum succum eodem modo, quo coquitur succus mali punici, nempe ad mellis consistentiam; eademq; ratione, & crocum, alumen,

myr-

myrrha, vinum, mel miscetur, neque quicquam dandum est, ad quod humor euocari possit. Si verò iã firmior puer est gargarizare debet, his ferè, quæ suprà comprehẽsa sunt; &, si lenia medicamenta in eo parùm proficiunt, adhibenda ea, quæ adurendo crustas vlceribus inducunt, quale est scissile alumen, vel chalcitis, vel atramentum sutorium.

Ad pterigiũ oportet alumen melinũ rotundũ in aqua liquare, donèc mellis crassitudinẽ habet, tùm quantũ eius aridi fuerit, tantundẽ mellis infundere, & radiculã miscere, donèc similis croco colore fiat, eòq; illinire: Quidam ad eundem vsum decoquere simul maluã solent cum paria pondera aluminis aridi, & mellis miscuerint; si hac ratione ea non exciderunt, excidenda sunt, deindè digiti fouendi aqua ex verbenis, imponendumq; super medicamentũ, tegendũq; linteolo aqua madefacto; tertio die digitus resoluendus est: si quid aridi est, iterùm excidendum, similisq; adhibenda curatio est: si non vincitur, purgandus scalpello, tenuibusq; ferramentis adurendus est, & sicut reliqua vsta curandus est.

Medicamenta, quæ ragadia excidere faciunt, multa prõponuntur a Celso, vt quod habet chalcytidis, malicorij, squamæ æris singulorum pares portiones, quæ excipiuntur ficu pingui leniter cocto ex melle. nostri vtuntur medicamento, quod ægyptiacum vocant.

Hic præsertim adnotandum est, quæ officinis scribuntur esse tantùm ex vulgata loquendi consuetudine, & varia artificium acceptione proposita, & distincta, etiam si ratione multa conueniunt, vt vlcus therioma, herpes, formica, æsthiomenon, phagedena, chironium, telephium intelligentibus eadem sunt, quamquam officinis distinguantur.

Offi-

OFFICINAE.

Ad Vlcus incarnandum.

R. Resinæ terebinth. vn. 1 ss
Olei rosacei vn. 1
Thuris ʒ ij
Myrrhæ
Colophoniæ } ã. ʒ 1
Terenda terantur, & Misceantur addendo ceræ parùm.

vel

In parte neruosa.

R. Ceræ albę
Resinæ pineę
Sebi vaccini
Picis naualis
Thuris
Myrrhæ } ã vn ss
Olei oliuo q. s. vt fiat vnguentum S. A.

Ad vlcus latum, quod plagam vocant.

R. Olei ros. omph. vn. iij
Resinæ pineæ
Terebinth. } ã. v ij ss
M. S. A. fiat vnguentum.

Ad eadem vlc. concaua in cruribus

R. Olei ros. vn. iij
Succi solatri vn. 1. ss
Ceręs albæ
Cerussæ
Plumbi vsti
Tutię
Myrrhæ } ã. vn. ss
Thursi ʒ ij
Antimon. iacinth. scr. 1

Contundenda contundantur subtiliss. & postquã bullierint fluida, ad consum. succi insperg. pulueres vt fiat vnguentũ S. A.

Ad mundanda vlcera

R. Vng. rasini vn. 1
Fl. æris scr. 1
M. S. A. pro vsu.

Ad vlcus humidum.

R. Rad. pentaphylli
Fol. oliuarum
rosarum } ã. m. 1
Mellis vn. 1
Vini albi lib. 1 ss
Bulliant ad cons. med' etatis & colatura fouatur vlcus

Ad vlcus calidum.

R. Olei rosati loti
Violati } ã. vn. 1
Terebinthinæ lotę vn. ss
Farinæ hordei
Cerussæ
Pompholigis } ã. ʒ. 1 ss
Ceræ albę q. s.
M. fiat vnguentum S. A.

Ad vlcus frigidum

R. Olei camomill.
Mastich. } ã. vn. ss.
Laurini
Rutacæi } ã. ʒ ij
M. foueatur vlcus.

Ad vlcus dolens.

R Olei

R Olei violati
Camomill. } ā. vn. i
Furfuris tritici
Farinę hordei } ā. ʒ vi
Vit. ou. n. i
Oesipi vn. ss
Sapæ q. s.
M. & fiat empl. S. A. & applicetur.

Ad vlcus sordidum.

R. Olei com.
Resinæ terebinth. } ā vn. ij
Succi hederæ
Apij
Plantaginis
Rutæ
Absynthij } ā. vn. i
Thuris
Aluminis rochę
Myrrhę
Aristolochię rot. } ā. ʒ. i. ss
Oleum, & resina cum succis bulliant, ad cons. succorum, & inde inspersis pulueribus fiat vnguentum S A.

Ad vlcus liuidum

R Saluiæ
Roris marini
Serpilli
Thymi } ā. m. i
Hæc trita infund. in aqua ardente & theriacæ admixta super imponatur vlceri.

Ad vlcus verminosum.

R. Fol. Absynthij
Calamenti
Centaurii } ā. m. i
Rad. cappari
Gentianæ
Dictami albi } ā. vn. ss
Bulliant in sufficienti q. vini albi, & ea decoctione foueatur vlcus.

Ad vlcus cum esse corrupto.

R. pul. rad. peucedani
Iridis
aristoloch. rot } ā. vn ss
Terebenthinæ ʒ ij
Olei laurini
Ceræ } ā. vn ss
Aceti albi vn. i
M. & coque donèc fiat ceratum S. A. quod in os corruptũ mittatur.

Ad therioma

R. Plumbi vsti
Lithargyrii
Cerussæ vstæ
Terræ lemniæ
Pompholigis } ā. ʒ i
Rad. aristoloch.
Iridis } ā. vn. i. ss
M. fiat puluis quo impergatur vlcus, si sit in corpore robusto.

vel

R. Gallarũ immatur.
Malicorii
Polii montani } ā. ʒ ij
Rad. centaurii
Dragunculi exicc. } ā. ʒ ij. ss
Resinæ therebinth. un iij
M fiat ceratum, quo vlcus liniatur.

Ad herpetem vlcerosum.

R terræ lemniæ
Tutiæ
Cerussæ vstæ
Testarũ vstarũ bucc ostrear. } ā. ʒ i
Thuris
Mastich. } ā. ʒ. i. ss

M. fiat

M. fiat puluis, quo herpes inspergatur.

Si verò corpus patiens, mollius, addere oportet.

Olei myrthini un. ij
Cerę un. I

Ad formicam.

R. Terræ ampletis
Polij montani
Cadamiæ
Lithargirii
Scoriæ plumbi } ã. ʒ ij
Rad. panacis
Camaleontis nigri
Squamę ęris } ã. ʒ I

M. fiat puluis, quo insper gat. ulcus.

Ac, si corpus mollius fuerit, add. resinę terebinth. un. iiij.

Et fiat ceratum pro usu.

Ad phauum, & sycosin.

R. Pompholigis
Plumbaginis
Malicorii
Cerussæ ustæ } ã. ʒ I
Gummi
Galbani } ã. scr. I
Squamæ æris scr. I
Cerę un. I. ss

M. fiat ceratum S. A.

Ad ulcus esthiomenon.

R. rad. dragun. siccat.
Aristolochiæ
Iridis } ã. ʒ ij

Ad atheroma exulceratum.

R. Plumbi usti
Lithargyrii
Malicori } ã. ʒ I
Squamæ æris
Aristolochiæ rot. } ã. scr. ij
Aluminis usti ʒ ss
Ceræ un. ss
Olei rutacei q. s. & fiat linim. S. A.

Ad ulcus chyronium.

R. Squamæ æris
Plumbi usti, & loti } ã. un. ss
Cadamiæ
Ceræ albæ } ã. un. I
Olei rutacei q. s. ut fiat linimentum.

Ad carcinoma.

R. Lithargyrii loti
Cerussæ lotæ
Rad. iridis
Testæ buccinæ cõ. } ã. ʒ I
Stibii
Thuris } ã. scr. I
Croci gr. iiij

M. fiat puluis, quo inspergatur carcinoma.

Ad ypersarcosin, siue carnem super crescentem vlceri.

R. rad. draguncuLi sic.
Iridis
Panacis } ã. ʒ I
Aluminis usti
Sori
Stomomatis } ã. ʒ ss

M. fiat puluis, quo ulcus inspergatur.

Ad tineam ulceratam

R. succi cælidonii
Rad. rumicis
Lapati acuti
Vini albi } ã. un. iiij
Aceti un. ij
Olei laurini un. I. ss
Salis un. I

Bulliant omnia simul, donec succi incrasentur, & li-

niatur tinea
vel
R. Lixiuii ex cin. vitis albę lib. ij
Fl. camæmeli m. ij
Fiat decoctio, qua caput abrasum abluatur, & inde
R. Olei oliu. vn. iij
Picis liquidæ vn. ij
Salis vn. i
M. & quotidie caput, vt supra abrasum & lotum liniatur. vel
R. Succi betæ
Celidonii ã. vn. ij
Ping. suillæ
Ellebori albi vn. i ss
M. liniatur caput.
vel
R. Aceti acerrimi lib i
Salis vn. i ss
Caput abrasum abluatur, & insperg. pulu. echin. castan. ac superimponantur folia betonicæ.
vel
R. Suc hyosciami, seu tabac. ũ ij
Aceti vn. i
Fellis testudinis ʒ ii
Opii triti ʒ i
M. & pãno lin<e>o his infuso caput foueatur.
vel
R. succi eupatorii lib. ss
Fellis taurini vn. iij
M. liniatur caput
Ad vlcera gingiuarum
R. piscis mandibulæ
Mastic hes
Thuris ã. ʒ i. ss
Myrrhæ
Rosarum sicc. ʒ i
Fiat puluis, quo gingiuæ inspergantur
vel
R. Vini austeri lib. i
Rosarum
Myrtillorum ã. vn i
Corticum granat.
Fiat inf. & decoctio S. A. qua gingiuæ abluantur.
Ad aurium humorem.
R. gallarum, malicorii
Aloes, myrrhæ ã. ʒ i
Aluminis scr. ii
Inuoluta in panno lineo comburantur, & fia: pul uis pro vsu.
Ad rhagades manuum
R. Mellis
Butyri ã. vn. i
Cerebri suilli
Vini albi lib. ss
Fiat decoctio, quo manus abluantur ex furfuris intrito.
Ad vlcus aurium.
R. Succi eupatorii
Mellis rosati ã. vn ss
Olei abietini ʒ ij
Aloes
Myrrhæ ã. scr. i
M. fiat linimentum emplasticum pro vsu.
Ad chiloma.
R. sandalorum rub.
Margaritarum
Fl. rosarum ã. ʒ ss
Fæniculi
Mastiches
Myrrhæ ã vn. ss
M fiat ceratum app. temporibus.

Ad

Ad vlcera papillarum

R. Olei ros un. ss
Draganth. inf. in aceto ros. ℥ iij
Cerę ℥ i
Thuris, Mastiches ã. scr. i.
Liquefactis liquandis add. puluis contusorum, & drag.

vel

R. Olei hipericon un. i
Sebi hircini vn ss
M. S. A. fiat vnguentum.

Ad chiloma

R. Tutię lotæ, Pompholigis lotæ, Cerussæ lotæ ã. ℥ i
Draganthi, Mucilaginis psyllii ã. scr. ii
Croci gr. iii
Opii gr. ii
Fiat puluis tenuissimus, qui excipiatur oui albumine, & app. oculo.

Ad oxenam.

R. pomum granatum acidum integrum, & cùm granis, & cortice contundatur, & extrahatur succus, qui in nares inspiretur.

Ad aphtas

R. Olei Sulphuris scr. ss
Aquę rosaceæ ℥ ii
M. & tangantur aphtæ.

Ad parulidas

R. fol. oleastri, Myrthi, Pimpinellæ ã. m. i
Rad. cyperi, Acori, Pentaphylli ã. vn. ss
Vini albi lib. i. ss
M. bulliant ad cons. medietatis, & colat. R. un. iii
Myrrhæ ℥ ij
Mellis ros. un. ss
M. abluantur os, & gingiua.

De Fistulis, Cap. II.

Συριγξ a græcis dicitur, quod calamo similis sit cauitate, & duritie: latini fistulā nominarunt & meliùs, nomen.
quia a fundendo fistula dicta creditur, per eam. n. humor effunditur, vt aqua per fistulā. ab arabibibus ناسور *apellatur. Hanc fistulam dixit Galenus tubulum callosum, angustū, oblongum, interdùm etiam obliquum, cui cicatrix obduci nequit, unde humor certis temporibus tenuis effunditur: Fit* generatio
in omni parte corporis, habetq; quædam in singulis locis propria. Ex abscessibus, & ex aliis vlcerum generibus

fistulæ oriuntur. Vetustate fieri ait Celsus, verùm, quia tempus ex se nihil efficit, quærendum, quid nam incidat in uetustate, quo fistula fiat. Credo fistulam esse quandam quasi cicatricem carni obductam, in hoc diuersam, quòd cicatrix in summa cute sit, fistula in omnis cauitatis superficie; item cicatrix, quia à natura sine ui oritur, lenis est fistula tanquã violenta dura est; quarè etiam fistula, & si naturalis non est, tamen dici potest à natura fieri; vt ex Auicenna colligitur dicente vlcus, dum non benè purgatum sanescit, fieri simile fistulæ. quarè etiam fistula sanescentis est, vt cicatrix.

Fistularum duo genera Galenus posuit; aliud eorum, quæ osculum in profundo habent, & in superficie sinum, Differẽtiæ. *quas cæcas vocant; aliud earum, quæ simul & os, & sinum in profundo habent. Celsus alias breues, alias altiùs penetrantes; alias, quæ rectæ intùs feruntur, alias, multòq; plures, quæ transuersæ posuit; alias simplices, alias duplices, triplicesq; ab vno ore intùs orsæ, quæ tres fiunt, aut etiam in plures sinus diuiduntur; aliæ rectæ, aliæ flexæ, & tortuosæ sunt, aliæ intra carnem desinunt, aliæ ad ossa, aut neruum, venã arteriam, vt addit Auicennas, aut chartilaginem penetrant, aut, vbi neutrum horum subest, ad interiora perueniunt; aliæ deinde facilè, aliæ cum difficultate sanantur, atque etiam quædam insanabiles reperiũtur; aliæ antiquæ, àliæ recentes; aliæ internæ sunt, vt septo transuerso, aut alio viscere, aliæ externæ, & rursus ex his aliæ in oculo, aliæ in mammis, vulua, ano, aut parte alia nostri corporis aliæ humidæ sunt, aliæ aridæ, & callosæ in his, quæ ad os sunt, alijs caries ossi adiuncta est, in alijs os integrum est.*

Signa. *Vlcus in fistulam degenerans oras duriores habet, quàm caro esse soleat; pluraq; signa differentiarum oculis patent;*

&

&, si puris plus fertur, quàm quod simplici spatio conuenit, plures sinus esse manifestum est. corporis quoque inclinatio docet, num in plures partes fistulæ peruenerint, quia sæpè, quùm quis aliter decubit, aliterq: membrum collocauit, pus ferri, quod iam desierit, incipit; testaturq: non solum aliũ sinum esse, ex quo descendit, sed etiam ad aliam corporis partem eum tendere. quùmq; ferè iuxtà sint caro, & neruus, & aliqua neruosa quales ferè tunicæ, membranæq; sunt, genus quoq; puris docebit, num plures sinus intus diuersa corporis genera perroserit: si quidem ex carne pus leuè, album, copiosius, aut interdúm lentus humor, craßus, turbidus, crudus fertur: ex neruoso loco pus coloris quidem eiusdem, sed tenuius, & minus; ex neruo pingue, & oleo non dissimile. Ad neruum quoque tendere cognoscitur, quia dolor vehemens est, præsertim vbi, quod subest, specillo tractatur, & ferè tunc affecti membri operationes difficiles sunt. si ad venas, & arterias fistula peruenerit, fæx egreditur; ferè ex vena sanguis multus, ex arteria subalbidus cum fluxu, & processu. Ante omnia autem demitti in fistulam specillum conuenit, vt quò tendat, & quàm altè perueniat, scire poßimus; simul etiam humida, an siccior sit, quod extracto specillo patet. Si verò os in vicino est, id quoque disci potest, si iam, nec ne, eò fistula penetrauerit quatenus nocuerit; nam si molle est quod vltimo specillo contingitur, intra carnem adhuc vitium est, si magis id renititur, ad os ventum est. ibi deindè, si elabitur specillum, non dum caries est, si non elabitur, sed æquali innititur, caries quidem est, verum adhuc lenis; si inæquale quoq: & asperum subest, vehementius os exesum est, ac ex osse humor tenuior, & pallore quodam luteus, & ad lentitatem vergẽs fertur. At chartilago vbi suberit, ipsa sedes docet: peruentumq:

tumq; esse ad eam ex renixu patet. Si ligamentum subest, dolor minor est quàm dùm neruus offenditur: cæterum similia patitur. ex his quidem colliguntur fistularum sedes, spatia, noxæ. Dum verò plura foramina apparent, & ambigimus, vna ne sit fistula, quæ plures oras habeat, an singulis oris fistula vna sit, sic proditur. in vnum foramen coloratus humor immittitur; qui, si ex eodem foramine solo exierit, plures fistulæ sunt; si ex singulis foraminibus redditur, hinc vnam esse cauitatem colligitur. Septum transuersum violatum esse à fistula intelligi ex loco, & ex magnitudine doloris potest; & quia eò nonnunquam spiritus cùm humore quasi bullante prorumpit, maximèq; vbi æger spiritum ore continuit. αἰγίλωπα græcis est parua fistula, per quam pituita assiduò destillat; idq; assiduè malè habet oculos; nonnunquã etiam exeso osse vsque ad nares penetrat idq; interdùm carcinomatis naturam habet. Vbi intentæ venæ, & recuruatæ sunt, color pallet, cutis dura est, & leui contactu irritatur, inflammationemq; in eas partes, quæ coniunctæ sunt, euocat. Callus autem hominem fallit, quià durus est, & aut albus, aut pallidus.

Eadem consilia ad curam fistulæ sunt, quæ vlceris esse diximus, præterq; ea, durities siue simplex, siue callo obducta est, excidenda, aut absumenda est, inde mundare, vt vulnus recens, postea carne replere, & cicatrizare oportet.

Omnes fistulæ curationi rebelles sunt. tamen, si sub cute trãsuersæ feruntur, minus difficultatis habẽt, quàm si rectæ intus tendunt: si tortuosæ sunt: si multiplices maius ex manu, quàm ex medicamento præsidium est. In his, quæ septum transuersum violauerint, medicamini locus nullus est: in cæteris verò, quæ circa costas, plus spei est. In ventre per-

nitiosæ

viciosæ admodum fistulæ fiunt: adeò vt Sostratus insanabiles eſſe crediderit. Id non ex toto ita se habere vsus ostendit, & quidem, quod maximè mirum videri poteſt, tutior fistula est contra iecur, & lienem, & ventriculum, quàm contra intestina, non quo perniciosior res ibi sit, sed quo alteri periculo locum faciat: cuius experimento moti quidam auctores parùm modum rei cognouerunt. nam venter sæpè etiam telo perforatur, prolapsaq; intestina conduntur, & oras vulneris suturæ comprehendunt, quod, quemadmodum fiat, mox indicabo. Si verò ea fistula intus patuit, excisa necesse est latius foramen relinquat, quod nisi magna vi vtique ab interiore parte sui non potest, quæ quasi membrana quædam finit abdomen, quam περιτόναιον græci vocant. ergo, vbi aliquis ingredi, aut moueri cæpit rumpitur illa sutura, atque intestina soluuntur, quo fit, vt pereundum homini sit, sed non omnino res ea desperationem habet, ideoq; tenuibus fistulis adhibenda curatio est. Itaque aliæ fistulæ facilè, aliæ cum difficultate sanantur, atque etiam quædam insanabiles reperiuntur. Expedita curatio est in fistula simplici, recenti, intra carnem, adiuuatq; ipsum corpus, si iuuenile, si firmum est, neq; verendum est, ne purum corpus puro corpori iunctum non coeat adiectis quoque medicamentis ad id efficacibus, qum sæpè xulceratio digitorum, nisi magna cura prospeximus, sanescendo in vnum coniungat eosdem digitos. Difficilè sanatur fistula, cæteris paribus, si os, vel chartilaginem, vel neruum, vel musculos læsit, & præterea, si articulum occupauit, si vel

ad vessicam, vel ad pulmonẽ, vel ad vuluam, vel ad grandes venas, aut arterias, vel ad inania, vt guttur, stomachum, thoracem penetrauit, ad intestina quoq; eam tendere semper periculosũ, sæpè pestiferum est, & vbique fistula profunda est, & oræ occalluerunt, aut tractantis manus parum sentit ægrè sanescet; quibus multum mali accedit, si corpus vel ægrum, vel senile, vel mali habitus est. Et ex his eas quæ quasi carcinomata habent, curare periculosum est, nam mortem quoq; ea res maturat; quæ uerò ad nares tendit non sanescit; quæ in angulo oculi est curari quidem potest, sed difficilis est, quantoque id foramen angulo propius est, eo difficilior, quoniam perangustum est, in quo uersari manus possit, recenti tamen re mederi faciliùs est, & cum mali humoris minus effluit, & pus redit aliquid proficere curationem indiciũ est.

In his aer frigidus fugiendus est: quia ferè neruus, aut os, aut chartilago subest, quibus frigus inimicũ est. Celsus in omnib fistularũ generibus siue manu siue medicamentis curentur uictum humidum deberi dixit, & potiorem aquæ liberalem; quippe uictus humidus facilius præbet nouando ulceri alimentum: & prauis succis humor admixtus eorum peruiciem diluit; ubi iam caro increscit, & balneis raris utẽdum est: & cibis corpus implentibus, qui carnem alant; aer vero siccior debetur, quo caro ad superficiem iam peruenta firmetur, & cicatrix inducatur. cætera ueluti in ulcere dictũ est seruanda sunt.

Medicamenta quoque pænè eiusdem rationis expetuntur quæ in vlcere proposita sunt, quia fistula vlcus uetus est, & ante quam curetur est innouandum. Galenus ad fistulam præcipit potentillam assumi per triginta dies. ac si longius a præcordijs fistula est ex interuallo ieiunum radiculas edisse,

deindè

deindè vomere. plura sunt, quæ applicanda proponuntur, quorum alia per se prosunt, alia sub ordinãtur. primò molliẽda est fistulæ durities ammoniaco, dragãthо, aut gummi ex aceto, ita enim exedentia medicamenta faciliùs operantur: si vermes intra fistulam sunt, aut succo plantaginis, aut thure ex vino contuso occidendi sunt. idem operabitur, si quis tythymalum cum sua radice exiccet in clibano, & ex eo puluerem faciat, quem per syphonem insufiando immittat, ac, si recens fistula est, quæ sine ferro absumi queat, tentandum est æris flore. aut cucumeris agrestis succo, aut helleboro, quæ trita, & immissa per tres dies sinenda sunt, vt duritiem assumant. Si & in carnem, & recens, & simplex fistula est, & neque rugosa, neque caua sede, neque in articulo, sed in eo membro, quod per se immobile non nisi cum toto corpore mouetur, satis proficiet emplastrum, quod recentibus vulneribus imponitur, dum habeat vel salem, vel alumen, vel squamam æris, vel æruginem, aut ex metallicis aliquid, exq. eo collyrium fieri debet altera parte tenuius, altera paulò plenius. Idq. ea parte, qua tenuius est, demitti debet in fistulam, donec sanguis purus se ostendat, quæ in omnibus fistularum collyrijs perpetua sunt. Idem deindè emplastrum in linteolo super imponendum, supraq; inijcienda spongia in acetum ante demissa, & satis est solui die quinta. alia, quæ componuntur a Celso, & Galeno, officinæ proponentur.

In hoc malo plus a manu, quam a medicamentis sperandum est. Ideò ex Celso si altius fistulæ penetrant, vt ad vltimam demitti collirium non possit, si tortuosæ sunt, si multiplices, parùm proficiunt medicamenta.

 Igi-

Igitur, si sub cute transuersa fistula est, demitti specillum debet, supraq; id eam incidi. si flexus reperiuntur, hi quoque simul specillo, & ferro persequendi sunt. Idem faciendum, si plures se quasi ramuli ostendunt. Vbi ad finẽ fistulæ ventum est, excidendus ex totò callus est, superq; fistulam dãdum est medicamentum glutinans. At si recta subter tendit: ubi, quò maximè ferat, specillo exploratum est, excidi is sinus debet, dein fibula oris cutis iniijcienda, & glutinantia medicamenta superdanda sunt. Aut, si corruptius vlcus est quod ferè osse vitiato fit, vbi id quoque curatum est, medicamenta debẽtur pus mouentia Solent autem inter costas fistulæ subter exire, quod vbi incidit, eo loco costa ab vtraque parte decidenda, & eximenda est, ne quid intus corruptum relinquatur. At animaduertendum quod in his, quæ circa costas sanabilia sunt, pinguia medicamenta inimica sunt, cæteris, quæ ad vulnera accomodantur, vti licet: præterq; ea, his, quæ carne replet, optimè tamen sicca linamenta, vel, si purgandũ aliquid videtur, in melle tincta imponẽtur. Vbi tenuis fistula abdomen perrumpit, excidere eam licet, suturæq; oras coniungere. si verò ea fistula intus patuit, excisa necesse est latius foramen relĩquat, ideò potius relinquenda. Propriam quoque animaduersionem desiderant ea, quæ in ano sunt. in quo demisso specillo ad vltimum eius caput incidi cutis debet, dein nouo foramine specillum educi lino sequente, quod in aliam eius partem ob id ipsum perforatum coniectum sit: ibi linum prehendendum, vinciendumq; cum altero capite est, vt laxè cutem, quæ super fistulam est, teneat: ideòq; linum esse debet crudum, & duplex, triplexq;, sic tortum, vt vnitas facta sit. Interim autem licet negocia agere, ambulare, lauari, cibum capere perindè atque sanissimo. Tantum-

tummodo id linum bis die, saluo nodo, ducendum est, sic vt subeat fistulam pars, quæ superior fuerit, neque committendum est, vt id linum putrescat: sed tertio quoque die nodus resoluendus est, & ad caput alterum linum recens alligandũ, eductoq; vetere id in fistulam cum simili nodo relinquendum. sic enim id paulatim cutem, quæ supra fistulam est incidit, simulq; & id sanescit, quod a lino relictum est, & id, quod ab eo mordetur, inciditur. hæc ratio curationis longa, sed sine dolore est. qui festinat, astringere cutẽ lino debet, quo celerius secet, noctuq; penicillo tenuia quædam intus demittere; ut cutis hoc ipso extenuetur, quo extẽditur. Sed hæc dolorem mouet. adijcitur, & celeritati simul, & tormento quoque, si & linum, & id quod ex penicillo est, aliquo medicamento illinitur ex his, quibus callum exedi posui. Poterit tamen fieri, vt ad scalpelli curationem etiam illo loci veniendũ sit, si intus fistula fertur, si multiplex est. Igitur in hæc genera demisso specillo duobus lineis incidenda cutis est, vt media inter eas habenula tenuis admodum eijciatur, ne protinus oræ coeant, sitq; locus aliquis linamentis, quæ quàm paucissima super inijcienda sunt, omniaq; eodem modo facienda, qui in abscessibus solet. Si verò ab vno ore plures sinus erunt, recte fistula scalpello erit incidenda ab eo cæteræ, quæ iam patebunt, lino excipiendæ; Si intus aliqua procedat, quò ferrum tutò peruenire non poterit, collijrium demittendum erit. In ægilope, quam fistulam in oculo esse diximus, summum eius foraminis excipiendum, deindè totum id cauum, sicut in fistulis alijs vsque ad os excidendum: oculoq; & cæteris iunctis partibus bene obiectis os ferramento adurendum est vehementiùs. quod si iam carie vexatum est, quo crassior his squama accedat, quidam adurentia imponunt, vt atra

mentum sutoriũ, vel chalcitidem, vel æruginẽ rasam, quod & tardiùs, & non idẽ facit. osse vsto curatio sequitur eadem, quæ in cæteris vstis. Vbicunque fistula est, neque composita est, sed callum habet: callum oportet quibuslibet medicamentis adurentibus perdere, aut, quibus maximè hæc in effectu sunt, erodere, satisq; est vel papirum intortum; vel aliquod ex penicillo in modum collyrij effictum eo illinire; scylla quoq; cocta, & mixta cum chalce callum exest. Si quando verò longior, & trasuersa fistula est, demisso specillo contra principium huius incidi commodissimum est, & collyrium vtrinque demitti. At si duplicem esse fistulam, aut triplicem, aut multiplicem existimamus, sic tamen, vt breuis intusq; carnem sit, collyrio vti non debemus, quod vnam partem curet, reliquas omittat: sed eadem medicamenta arida in calamum scriptorium conijcienda sunt, isq: ori fistulæ aptandus, inspirandusq; vt ea medicamenta intus compellantur; aut eadem ex vino liquanda, vel, si sordidior fistula est, ex mulso: si callosior ex aceto sunt liquanda; atque intus infundendum quicquid inditum est. superponenda sunt, quæ refrigerant, & reprimunt: nam ferè, quæ circa fistulam sunt, habent aliquid inflammationis: neque alienum est, ubi aliquis resoluerit, ante quàm rursus alia medicamenta conijciat, per oricularium chlysterem fistulam eluere; si plus puris fertur, uino; si callus durior est, aceto; si iam purgatur, mulso, uel aqua, in qua eruum coctum sit: sic ut huic quoque mellis paulum adijciatur. Ferè uerò fit, ut ea tunica, quæ inter ferramentum, & integram carnem est, uicta medicamentis tota exeat, infraq; ulcus purum sit; quod ubi contigit, imponenda glutinatia sunt præcipuèq; spongia melle cocto illita, neque ignoro multis placuisse linimentum in modum

col-

collyrij compositum tinctum melle dimitti, sed celerius id glutinatur, quàm impletur.

OFFICINAE.

Ad mundandas fistulas.

R. Mellis vn. ij
Aceti acerrimi vn 1
Fl. æris
Thuris } ã. un. ss
M. Ad ignem, & fiat vnguentum S. A.

Ad fistulam lachrymalem.

R. cochleam integram
Myrræ
Aloes
Opoponacis } ã. ʒ ss
Contunde cochleam vná cum testa & admixtis pulueribus fiat empl: app. angulo interno extra oculum

vel

R. cochleã intregam
Oui albumen } ã. n. 1
Farinæ orobi
ægilopis } ã vn. ss
Aloes ʒ ss
Croci gr. v.
M. & app. vt supra dictum est.

Ad fistulam ani.

R. Scobis guaiaci
Sandalorum } ã. un. ss
Fol. Absynth.
Saluiæ
Rosarum
Camomillę } ã. m. 1
Myrrhę
Thuris
Aloes
Myrobalan. citrin. } ã. ʒ 1
Vini albi q. s.
Fiat decoctio, qua fistula abluatur.

Potio ad fistulam.

R succi caulis rubri
Cannabis
Rad. ebuli
Pul. rubræ maioris } ã. un. ij
Vini albi lib. 1
Mellis un. 1
Fiat decoctio ad cons. tertiæ partis, & colaturæ capiat vn. 1. ss per vices.

vel

R Succi solatri un. 1
Piperis
Cinnam. } ã. scr. ss
Vini albi vn. v.
M. Capiat per vices.

vel

R. Absyntii
Pimpinellæ
Poligoni
Betonicæ } ã. m. 1
Aquæ com. lib. viij
Bulliant ad consumpt. 3. quart. & colat. adde mellis lib. ij.

M. capiat mane, & vesperi vn. iij. per vices.

vel

R. Agrimoniæ	m. iij
Plantaginis	m. ij
Fol. oliuæ	m. 1
vini albi	lib. iij

Contusa folia bulliant in vino, & colaturæ capiat æger vn. iiij. mane per vices vel

R. filicis maris	vn. 1. ss
Gentianæ	vn. 1
Centaurii	vn. ss
vini albi	lib. iij

Contusa bulliant, & colatura capiatur, vt supra.

vel

R. ligni guaiaci	un. ii
Vini albi	lib. vi

Incidatur, & fiat inf. per diem, & indè ebull. S. A. ad cons. 1. quar. & adde.

Gentianæ	ã. vn. ss
Centaurii	

Bulliant interum per mediam horam, & seruetur colatura pro usu, ut supra

Ad remouendũ callũ fistularum

R. spondilii rad. rasæ	un. ss
Nigri veratri	ʒ iij

Excipe amurca cocta, & in fistulam mitte

uel

R. Elatherii	scr. ss

Excipe teribinthina, & immitte in fistulas.

vel

R. Ammoniaci	ʒ ii
æruginis	ʒ ss

Excipiantur aceto, & fiant tũrundę, quæ in fistulas mittantur.

PARS SESTA.

DE TVMORIBVS PHOEDIS.

HVius loci non est omnia comprehendere, quæ de tumoribus scribuntur, sed ea tantùm, quæ de his tumoribus accepimus quæ diuturna qũm sint, formam vitiare solẽt. Ex quibus nonnulla quancunque corporis partem occupare possunt, aut saltem plures; alia alicui particulæ pecularia sunt. A primis incipiam, & eorum multiplices acceptiones breuitatis gratià quinque capitibus comprehendam; primum erit de struma, alterum de chachoete, tertium de verruca,

mox

mox de clauo, ac postremò de uarice dicam. Si quis enim vellet hæc genera in tot species diuidere, quot minimæ differentiæ adijcere possent, tædio plenam tractationem aggrederetur, nec fortaßè Auctorum, quæ variæ videntur, sententias compilaret: qùm rationis plurima varietas non sit, sed loci, & corporis & particulæ; vt etiam vno nomine hæc omnia comprehendere possemus, diuidimus tamen, ne legentis mens tot Auctorum varijs acceptionibus confundatur.

De Strumis. Cap. I.

VNde latini strumam dixerint, notum non est; Græci χοιράδες à χοῖρος, hoc est porco, vt خنازير Arabes, seù quod hoc animal huic morbo maximè sis obnoxium, vt colligitur ex Plinio lib xi. cap. 37. seù quod ex vno tuberculo multi statim oriãtur, vt ex porca porcelli multi nascũtur. Huic malo, quoniam eadem ferè medicamenta adhibent Auctores, quæ ad phymata, eorum explanationem adnectam, ne toties eadem repetere cogamur; etsi diuturna tubercula, de quibus omnibus nobis dicendum est, ferè ijsdẽ discutiuntur, est tamen aliqua tumorum varietas ex causis, aut his, quæ causis adnectuntur, unde species dixtinguatur, cumq. strumæ causa phymatis causæ aliqua ex parte conueniat, vtrunque malum vno, eodemq: capitulo comprehendam. Nam &, strumæ genus quoddam phyma Græci nominarunt, & sub hoc genus melicera, atheroma, & steatoma trahitur, & glandula, & gangilium. Gal. 1 Aph. Hip. Com. 4. 26.

RATIO.

Celsus lib. 5. cap. 28. 7. Cō. 4. aph. 26.

STrumam tumorem Celſus, Galenus latiori vocabulo paſſionẽ appellauit; glandulam dixit 14. meth cap. xi. & carnem ſiccam in lib. de defribus, quæ ſingula tumorem eſſe non renuunt, ſed propriam rationem non habere oſtendunt, vt varijs notis circumſcribi indigeat, quod in ſingulis ſupra poſitis tumoribus locum habet; ſunt enim aliàs dixtinguendi

Subiectum ſtrumæ.

lib. 5. cap. 28. 7.

STrumam maximè naſci in ceruice, ſed etiam in alis, & in inguinibus, & in lateribus, ac in mammis quoque fæminarum reperiſſe Megetem chirurgum Celſus auctor eſt quibus in locis ferè glandulæ ſunt, ideòq; vno verbo in glandulis fieri Galenus memoriæ prodidit; &, ſi Meges in mammis reperit, mammas eſſe ex corporibus glanduloſis idem fatetur, & ferè, in quo corpore, ætate, & particula caro mollis eſt, ibidem hoc malum contr ahi Auicennas innuere videtur,

lib. 4. fen. 53. T. 2. c. 9

dum dicit, in carne molli fieri. & ferè in collo, ac capite, his præcipuè, quibus collum breue eſt, & humor abundat, idem auctor & in alis euenire, & ſues his præcipuè infeſtari, dixit. Sciendum tamen in molli quidem carne hæc vt plurimũ fieri, ſed modus humiditatis eſſe debet, nam, ſi ſumma mollities eſt, inepta eſt ad eam duritiem procedere, qua ſtruma prædita eſt: ſi durior, affluentem humorem non excipit.

3. Aph. 26.

Propterea pueris quidem, ſed ſenioribus, ſtrumas fieri Hipp. retulit: iuniores enim craſſum adeò humorem non habent, qui poſſit in huius tumoris duritiem traduci. At fieri quoque nega-

uit idem auctor ab Anno 42. usque ad 63. quia in hac ætate densa caro affluentem humorem non admittit. Phymata quoque in glandulis nasci Galenus censuit, ut ex hoc fortasse euenerit; quandoq: hæc ad strumæ genus referri Idem autem auctor etiam alibi nasci testatur; ueluti circa glandē interdum oriri Celsus refert, & præsertim in inguine, quæ purulenta sunt, ac generatim quamcumq: corporis partem posse occupare aliàs Galenus dixit. At frequentia in capite sunt melicera heromata, ac steatomata, quæ postrema, etiam in ceruice, in alis, & in lateribus oriri solent, ueluti de struma dictum est ex Celso, quorum sedem Galenus quoque coniunxit, & idem hæc mala iuncturam cubiti occupare tradidit, & poplitis sedem. ijsdem ferè particulis adueniunt glandulæ, præterq: eas in uola manus. et in fronte, ut Auicennas scripsit, & in brachiali, ac metacarpijs in fæminis, quæ uictum sibi lana quærunt, ut Galenus refert. ex quibus manifestum est ex his tumoribus nullum certam sedem in nostro corpore occupare; in aliqua tamen frequentiùs euenire maximèq; ubi caro mollis est, & spongiæ similis, ut in ceruice, in alis, in inguine.

Coacar. prgn. T. 3.

2. de arte cur. ad Gl. cap. 2

lib 6. cap. 18

in introd. cap. 16.

lib. 7. cap 6

de introd. cap. 16.

de introd. cap: 18.

Causæ.

Causas diuersas latini referunt strumæ ab his quæ græci recensent; siquidem Celsus strumas fieri ait, ex pure, & sanguine concretis; cui non modò diuersam sententiam, sed aduersam Galenus refert, qui non ex calida materia, neque ad suppurationem properante, sed pituitosiore, & frigidiore fieri credidit. quare & pus mãifestè, & quodãmodo sanguinē arcere uidetur, dum à calida materia fieri negat; cumq: hos summæ auctoritatis uiros credam, conabor eorum sententias conciliare, nam arbitior Celsi sententiam ad Galeni

lib. 5. cap. 82. 7:

sententiam accedere in rationis explanatione, in verbis parum differre, quia qùm apud latinos pauci artis professores haberentur; non adeò multa vocabula apud latinos erant,
lib. 5. cap. 18. 11. *quibus omnia, vt græci faciunt, possent dixtinguere. Ac in strumis non esse calidam materiam apertè concedere videtur Celsus, dum omnia malagmata proponit ad strumas, quæ duris tumoribus, qui minùs facilè discuti untur, apta*
lib. 5. cap. 26. *sunt; ideòq; etiam concedit ex materia non esse ad suppurationem properante &, si vocat ex pure, & sanguine strumas esse. sciendum est pus ab eodem Celso vocari., quod crassissimum est, nec tamen ex pure, & sanguine concretis, qùm videlicet ab his humoribus, aut caloris vi, aut aliam ob caussam tenuiores partes expirauerint, ac remanserint crassiores. ex hoc modo Celsi mens a Galeni mente non recedit, immò*
14. meth. cap. 11. *arridet his, quæ aliàs protulit videlicet strumam esse glandulam in scirrhosum versam; scirrhus autem apud græcos est durities, quæ ex concretis humoribus fit, vt suo loco habebitur. neque ex pituita fieri Galenus dixit, sed ex materia pituitosiore, quæ materia etiam potest esse sanguis, vt Celsus scripsit, vt propterea fortasse dixerit aliàs Galenus strumã esse carnem siccam, quæ ægrè dissoluitur. &, vt manifestior hæc explanatio fiat, videlicet ex pure concreto etiam apud*
2. de arte cur ad Glauc. cap. 1. de tum. præter nat cap. 5. *Galenum strumam fieri, & in hanc calidos tumores degenerare, repetere oportet, quæ de phigethlo dixit, videlicet esse glandularum inflammationem ad erysipelam vergentem. item retulit phigethla in inguinibus, & alis nasci, atq; qùm hæ partes obduruerunt, strumam nominari, & aliàs fieri Galenus in corpore pletorico oborto ingenti bubone ab vlcere.*
2. de art. cur. ad glauc. cap. xi. *At phyma non adeò rebellem materiam habet, sed minùs frigidam; dicitur enim a Galeno glandularum tumor ad*

suppu-

suppurationem festinans. A quanam materia fiant, & quid intus habeant melicera, atheroma, & steatoma, ut coniectura praesagiri potest, sic ex toto cognosci, nisi qùm eiecta sunt, non potest; maximè tamen in his, quae renituntur, vt gangilia, aut lapillis quaedam similia, aut concreti, confertiq; pili reperiuntur. In his verò, quae cedunt, vt heroma, meliceris, & steatoma, aut melli simile aliquid, aut tenui pulticulae, aut rasae carthilagini, aut carni hebeti, & cruentae.

Signa.

STruma similis nodo est, verùm seiuncta non est, sed carni adhaerens suspensa permanet, haec velamento membranoso includitur; interdum, quae sola est, excrescit; interdum ex vna plures fiunt. quandoque ordine quodam strumae positae tanquam nodi in cinguli similitudinem in ceruice circũ eminent, vel ex vna parte, veluti racemus pendent, modò dolorem, caloreq: adiunctum habent, modò neutrum. Tumor verò glandularum, dùm ad suppurationem festinat, phima est. Gangilia hoc praecipuum habent, quod renituntur. Atheroma, meliceris, & steathoma magis cedunt. singula verò dixtinguere difficile est, nisi postquam adaperta sunt; tunc enim gangilia intùs habere apparent lapillis quaedam similia, aut concretos, confertosq. pilos, Atheromati subest qua si tenuis pulticula, & pulti similis humor. Meliceridi liquidior humor est, ideòq; pressus circumfluit, & melli simile exit. Steathomati pingue quiddam, idq: latissimè latere consueuit, resoluitq. totam cutem superpositam sic, ut labet, qùm in caeteris sit astrictior. Omnia ista ex paruulo incipiunt, & diù, paulatimq; increscunt, & tunica sua includuntur, quae-

Auuic l.4. F.3. T.2.c.9

Gal. de art. cur. ad Glaucõ. ca.p.iu

dam mollia, cedentiaq; sunt, quædam spatio temporis nudātur, quædam tecta capillo suo permanent, fereq; sine dolore sunt. Glandula auellanæ, aut iuglandis similitudinem habet, sed minor ferè est, ac multotiès, dùm comprimitur, redit, quamquàm id perpetuum in omnibus non est.

Indicationes.

Gal. 7. de s. m. c. 42. Auuic. l. 4. F. 3. T. 2. c. x Cels. lib. 5 c. 28. 7. Gal. 14 meth. c. xi. & Auuic. l. 4. f 3, T. 2. c. 9. Gal. de art. cur. ad gl. Gal. 3. meth. c. 1.

AD strumam ea medicamenta imponentur, quæ humorem, vel educunt, vel dissipant, vel pituitam ducunt, præcipuè vomitu. nullum tamen discutiens idoneum est, sed calidum digerens, idq; dissipare est. Adurentibus quoq; interdum opus est, & his, quæ exedunt, crustaq; eum locum astringunt, tunc verò, vt vlcus curare oportet. ac, vt vno verbo dicam, scopos comunes habet cum duritie, quam scyrrum græci nominant, ac, si quasi glandula dura subest, excidi aut ferro, aut medicamento debet. secus astringentibus, & exiccantibus. Gangilia, meliceriдes, heromata, & steatomata non diuerso genere curantur, eximi enim omnia debent, vt quæ vndequaque naturæ, & corpori aduersa sunt.

Prognosticum.

lib. 5. c. 18. 11. Cels. lib. 5 c. 28. 7. Au. lib. 4. f. 3. T. 2. cap. x.

AD strumam multa malagmata inuenisse Celsus testatur, credidisseq; propterea, quò peius id malum est, ac minùs facilè discutitur, eò plura fuisse tentata, quæ in personis variè responderunt, easq; vel maxime fatigare medicos solere, quoniam & febres mouent siuè ferro, siuè medicamentis curentur, nec vnquàm facilè maturescunt; & plerumque iterum iuxta cicatrices ipsas resurgunt. &, quæ minui cœperāt, denuò

denuò increſcuut . multoq; poſt medicamento opus eſt. quibus id quoquè accedit, quod longo ſpatio detinent, ac curatu diffi- ciles ſunt, præſertim in media ætate, ac in his, quæ ſunt ſine do lore: quæ verò pueris accidunt, faciliùs tolluntur. quin & in ipſa curatione periculum non exiguum ſubeſt; nam fieri poteſt, & interdum accidit, vbi ſtrumæ profundior ſedes eſt, vt, qui vel ferro ſecat, vel vngue euellit, neruos recurrentes diſtra- hat; quo fit, vt dempta ſtruma mutus homo reddatur. ac ſi nõ ſecetur neruus, nudatus tamen dum frigori exponitur, emo- ritur, nec redit vox, niſi locus calidis foueatur; venæ et, quæ iugulares dicuntur, ſecari eodem modo contingere poteſt. ac, ſi has ſecando ferrum altiùs demiſſum eſt, vix impediri poteſt, quin æger pereat ex ſanguinis profuſione. at gangilia, melice- rides, heromata, ſteathomata periculo non terrent. Gal. 1. de loc aff. c. 9. Cels. l. 7. c. 6.

Cura quæ manu fit.

QVum medicus curam agreditur, peractis his, quæ con- ueniunt. ſi ſanguis mittendus eſt, vena capitis ſecan- da eſt. ſi prægrãdes ſtrumæ ſunt, ferro, & medicamento opus eſt valenti, quo corrumpãtur, & exeſæ abeant. ſiuè ferro opus eſt, cauere oportet, nè neruus, aut vena quieta, aut mobilis, quam arteriam græci vocant, præcidatur, dum ſtrumã præ- cidere credimus: tutiuſq; ſemper eſt, tùm in his, tùm in ſtea- thomate cutem antea ſcalpello ſecare, tum ſtrumã digitis ab infartu nerui, & venæ auellere, ac ſic ab eorum complexu diſſolutã tollere. Phimata, quæ circa glandẽ oriũtur, uel medi camẽtis, vel ferro adurũtur, & cũ cruſtæ exciderũt, ſquama æris inſpergũtur, nè quid ibi rurſus ĩcreſcat. Galenus Phimata quoq; excidi iubet. Meliceris uapore aliquo calido foueatur, in dè cutis deducatur, tũ una paſſa exemptis acinis ſuperpõatur, Aui. lib. 4. f. 3. T. 2. c x Cels. lib. 6. c. 18. 2. in introd. cap. 18.

Cutem

Cutem diducere fortasse poterit, calx, sapo, cinis. simili mo-
lib.4. T *do educit Auicennas gangilia, præterquàm dùm in pede, aut*
2. c.5 *manu sunt; quoniam in his partibus nerui plurimi sunt, ex quorum læsione conuulsio aliqua sequi posset. Ideoq; ho-*
cap.6 *rum quoddam genus pondere est vrgendum, & fascia arctè obstringendum, &, si opus est, etiam antea conterere oportet, & indè plumbum modo, quem diximus, superligare, donec glandula abierit: postmodum digerentia illinire, eisq; plumbum immiscere; quod etiam, nè redeat malum, efficit. Eodem penè modo pustulas omnes minores, quæ istius generis sunt, hic auctor tollit. Verùm, dum his non cedunt, hac ratione eximit. Cutem, quæ supra tumorem est, extendit, & indè scalpello secat, cauet altius scalpellum dimittere, nè tunica, qua humor includitur, dissecetur, nàm humor afflue-*
Gal. in in- *ret; nec euelli tunica tàm facilè posset. Tùm pellis diductæ*
trod.c. 18. *hamulis oras appræhendit, quibus diductam continet, donec ea tunica, quæ humorem includit, à carne separetur; & integra, & cum eo, quod continet, eximatur; siuè is tumor paruus est, ità vt eo exempto cutis non superfluat, vulnus abluit, cutem suit, ac carnem reddi curat. Si magnus est, cutem extendit, & quod superfluum est excidit. Si tumori neruus, aut vena iuxtà est, isq; ex his est, qui purgari possunt, purgat: si quis tumor subest, eximit, quod intus est tunica inclusum, indè eam tunicam exedenti medicamento absumit, neq; carnem supernasci sinit, donèc benè nouerit totam eam tunicam absumptam esse. facilè enim rediret tumor. Dum medicamento exedit hic auctor, anteà locũ, vndè humor effluerat, gossipio replet; postea exedi curat. Indè melino inungit. Si vero æger secari renuat, effuso, quod intus est, oleo, & butyro eam tunicam putrescere facit, donec tota exciderit.*

Cura, quæ medicamentis.

ANguem si quis ederit, à struma liberari Celsus retulit. alij peculiarem vim tribuunt ad strumas cornu capræ combusto: quod si quis spatio septem dierum quotidie P. xij. sumpserit, ab hoc malo se liberaturum censent. At credibilius est, hoc facere album veratrum: Quod rectè dari ad strumas, Celsus retulit, denuo & sepius, donec strumæ digestæ fuerint. Inter ea, quæ componũtur ab Auicenna, laudantur ad strumam pilulæ, quas alguasili, seu aluasal nominat: & id medicamentũ, quod habet turbith, zingiberis, sacharon singulorum P xij hoc enim duci crassam pituitam refert, qua hoc malum efficitur. Admouere autem exteriùs debemus adiantum contritum, quem strumas digerere dixit Galenus, sed infirmissimum esse censeo hoc medicamentum. valentius hoc credo coriandrum cum lomento mixtum. & etiam ipsius coriandri aquã, & tritici decoctionẽ si calor aliquis in strumis percipitur. eiusdem uis etiam reor, aut parùm validioris erui farinam ex aceto, si attenuari materia, ex qua struma fit, magis postulat; si verò sperari possit pus esse mouendum, aut melle, aut pice, aut cera, aut oleo excipiatur. Idem potest farina lupinorum ex mulso aceto cocta, & illita, & cinis ex unguibus asini combustis oleo maceratis. Nec non etiam stercus bubulum ex aceto & mixtum, & coctum, & linitum pro malagmate; nec non etiam adipe suillo exceptum, aut oleo. Item vrina chameli arabici. His validior est Capparis radicis contex, & folia, & caulis, præsertim si bdellio misceatur, aut serpens mortuus sumatur, quantumq; hoc est aceti, & mellis, & in vas lutò probe abstructum claudatur

lib. 5. cap. 28. 7.

Auuic. l. 4 f 3, T 2 c. x

lib. 5. cap. 28. 7.

Comp. assumenda

Simpl. applic.

lib. 6. de simpl. med: fac c. 8.

tur, coquaturq. in furno è lateribus, appliceturq: Itemq; pix cum ficubus, aut ea, quæ ad naues obstruendas est, strumas probè digerit. Veluti etiam medicamentum, tùm quod ex cordumeno, tùm quod ex condisi dicitur. Adhuc valentiùs est ad hoc cyclaminus qui digerentibus miscetur, pro ut phima quoque discutit, & stercus columbinum cum oleo, aut hoc idẽ stercus cum iridis farina ex vino coquitur. Sed omnium validissimum est medicamentum, quod cucumeris agrestis radice conficitur, aut ex scilla, quæ ficubus, aut brassicæ radice admixta fuerit, aut viua calx mixta aut oleo, aut adipe suillo. His adijcenda sunt medicamenta, quæ ad strumas cõficiuntur siuè ex his simplicibus, siuè ex dicendis semper esse rosa excipienda, si his carcinoma adiunctum est. Commendatum quoque est oleum, quod ex nucleis persicis adustis fit, quorum ferè semper vicariæ sunt amaræ nuces: sed hoc nequè admouetur, nequè adsumitur, sed medio quodam modo se habet, nàm intra nares inditur, vt moueat sternutamenta, quibus pituita compellitur, ex qua strumæ fieri solent. Præterea equi fluuiatilis corium combustum, & ex aqua tritum, atque impositũ phimata tollere dicitur. Itẽ onabricis, vt aiunt folia virentia phimata digerere creditur, eaq. curare, quæ non admodum calida sunt paliuri folia: folia quoq; pignocomi dicuntur eadem discutere; verùm fructus valentior existimatur præsertim mixtum his, quæ digerunt, vt ea sunt quæ ex farina hordacea conficiuntur. At phimata, quæ cruda sunt, probè digerit, & vrtica contrita, & sordes est gymnasio super imposita.

Composita applicanda.

QVI verò vellet omnia quæ componuntur ad strumas, & eius generis tumoribus comprehendere plus tedij, quàm opis afferret, ideò magis laudata colligam. inter quæ est malagma Andreæ, quod habet seminum vrticæ P. xi. piperis rotundi, bdellij, galbani, ammoniaci, thimiamatis, resinæ aridæ, singulorum P. xiiij. resinæ liquidæ, ceræ, pyretri, piperis longi, lactucæ marinæ seminis, sulphuris ignem nō experti, quod apyron vocatur, fæcis aridæ aceti, spumæ nitri, salis ammoniaci, sinapis, cardameni, radicis ex cucumere syluestri, resinæ singulorum P. xviij. quæ ex leni vino contunduntur. linimentum quoque conficit ex pari portione farinæ erui, stercoris caprini, & ouis, quæ ex vrina infantis terit. Idem actor cauet, ne acuta medicamenta adhibeãtur, si calor aliquis apparet, nam medicamentis tunc densãtur magis strumæ, ac difficiliùs discutiũtur. Ad phimata recentia commendauit Celsus medicamentum Aristonis, qui miscebat iridis P. xi. nardi, cynnamomi, casiæ, chameleontis, iunci rotundi singulorũ P. xviij. seui caprini ex irino liquati P. xxx. iris in aceto acerrimo iacere per xx. dies debet. si vetustũ phima est, eadē medicamenta requirit, quæ ad strumam descripta sunt, Ad phimata peculiare habet Galenus confectum medicamentum ex myrrhæ P. xiiij galbani, æruginis singulorum P. xxx. resinæ, colophoniæ, pythijnæ, ceræ singulorum P. xlxviij. spumæ argenti P. xcc. olei veteris heminas tres, argenti spumam oleo coquendam præcipit. Atheromata, steathomata, meliceride, & gangilia non curantur malagmate sed ferro, manuq; quandoquidem intùs contentus humor cum tota tu-

nica, qua includitur, eximi postulat, nam etiam si humor ille discuteretur, tamen tunica relicta iterum humores admittit, & ferè malū reuertitur; si tunica non eximitur, vt putrefieri, aut erodi in eodem loco debeat, iam suprà dictum est; quo medicamento id fieri possit. Eximendi autem modus peculiaris à Celso hic proponitur. gangilium, meliceris, heroma, stheatboma, omnia derasa aute, si capillis teguntur per medium oportet incidere, sed stheatbomatis tunica quoque (quod in alijs cauetur, vt suprà scripsimus) secanda est, vt effundatur quicquid intus coit, quia non facile a cute, subiectaq; carne ea separaretur. In cæteris ipsa tunica. (vt diximus) inuiolata seruanda est; protinus autem alba, & intenta se ostendit, cum scalpelli manubriolo diducenda à cute, & carne est, eijciendaq; cum eo, quod intus tenet. Si quando tamen ab inferiori parte tunicæ musculus inhesit, ne his lædatur, superior pars illius decidenda, alia ibidem relinquenda est. vbi tota exempta est, committendæ oræ, fibulaq; his inijcienda, & super medicamentum glutinans dandum est, vbi vel tota tunica, vel aliquid ex ea relictum est, pus mouentia ad bibenda sunt.

Victus ratio.

D*Emum, quæcunque ratio curandi est ad strumam, aeris præcipuè crassitiem vitare oportet, itemq; auras fluminum, atq stagnorum: præsertim locorum, vbi summus quoque calor corpora exercere solet. nam ibi ex aeris crassitie facilè pituita contrahitur, quæ posteà à calore immodico densatur; pari modo vitentur cibi crassiores, & potus aqua post eos; abstinentia prodesse solet; verùm satietas sem-*

ſemper eſt noxia omnia, quæ ſomnum inducere poſſunt, & caput replere, vitentur; vt ſunt papauer, & lactuca æſtiua; neq; decumbens aliquis, aut per ſomnum caput inclinatum contineat. Corpus, puro vlcere, exercendum, atque alendum eſt, donec vlcus ad cicatricem perueniat: arma, & pila, quia ſuperiores partes magis exercet, & in eas materiam trahunt, minus apta ſunt, quam curſus, & ambulatio, clara lectio, rixa, & perflatus fere nocent, nam eximere tenue quidquam ſolent, quo malum leuari poſſet; verum craſſiorem pituitam extrahere non poſſunt, ſed tantum mouere, vt inter glandulas deponi poſſit. Aluus ſemper fuſa eſſe debet. & animus neque efferri, neque deici debet.

OFFICINAE.

Ad ſtrumas paruas.

R. Terebintinæ
Ceræ albæ } ã. vn. 1
Lithargiri
Thuris } ã. ʒ iij
Myrrhæ
Opoponacis } ã. ʒ j ss
Fl. æris ʒ ss
Olei q. s. vt fiat ung. S. A.

Ad gangilia

R. Sulphuris un. ss
Furfuris un. 1
Terebinth. q. s.
Vt fiat empl. app. ſi fuerint in inguinibus, aut in alis

Ad phymata recentia ex Celſo

R. Nardi
Cynnamomi
Caſiæ
Cameleontis
Iunci rotundi } ã. un. 1
Seui caprini ex irino liquati vn. iij.
Iridis ʒ 1
M. & ſub aceto acerrimo per dies uiginti contineantur.

Eiuſdem.
Ad carcinodas, & phymata.

R. Galbani
Visci
Ammoniaci ā. ʒ. i
Resinæ terebinth.
Seui taurini lib. ss
Fecis combustę q. s. ut fiat malagma. vel

Eiusdem.
Ad phymata.

R. Calcis
Spumæ nitri
Piperis rotundi ʒ. i
Seui caprini ex irino liquati vn. iij.
Iridis ʒ. i.
M. & rub. aceto acerrimo per dies viginti cũtineatur.
vel

Ad carcinodas, & phimata.

R. Bidellii
Galbani ā. v. i
Calcis
Sulphuris ā. ʒ. ij
Sinapis ʒ i
Ceræ q. s. Vt fiat cerat. S. A. vel

Eiusdem.
Ad Phimata.

R. Calcis
Spumæ
Piperis rotundi ā. ʒ. i
Galbani ʒ ij
Salis un. ss
Olei rosacei un. iiij
Ceræ parum
M. pro cerato.

Eiusdem.
Ad pannum, & phymata,

R. Cretæ combustæ un. i
Similæ un. ij
Contunde, & misce, atq; mellis instillatione fiat malagma S. A.

Eiusdem.
Ad strumam, tubera &c.

R. Sulphuris un. ij
Nitri vn. ss
Myrrhæ ʒ vi
Salis ammoniaci vn. ij
Fuliginis thuris lib. ss
Cerę lib. i
M. fiat ceratum pro usu.
vel

R. Myrrhæ
Salis ammoniaci
Thuris ā. ʒ. i
Resinæ liquidæ
Aridæ
Crocomagmatis
Cerę
Sulphuris ʒ. ij
Lapidis pyretes vn. ss
M. fiat ceratum pro vsu.
vel

R. Sulphuris ʒ i
Lapidis pyrites vn. ss
Cumini vn. ij
Resinæ teribint. q. s. fiat ceratum. vel

R. Lapidis pyrites vn. ss
Sulphuris vn. i
Resinæ terebinth. vn. i. ss
M pro vsu. vel

R. Seminis urticæ ʒ i
Piperis rotundi
Bdellij
Galbani ā. un. ss
Ammoniaci
Thymiamatis
Resinæ aridæ
Resinę liquidæ
Ceræ.
Pyrethri
Piperis longi

Semi-

Seminis tythymali
Sulphuris.
Fęcis aceti aridæ
Spumæ nitri
Salis ammoniaci
Sinapis — ā. un. I
Cardamoni
Rad.cu cum. sylu.
Ex uino leni contundantur, ut fiat malagma S.A.

Ad strumas.

R. Euphorbij
Piperis — ā. ʒ I.
Coriandr. uiridium
Alo es hepat, — ā. ʒ. I. ss
Mellis q. s. ut fiat ceratum S. A. vel

R. Calcis uiuæ — un. ss
Olei oliu.
Ping. suillæ — ā. q. s.
Vt fiat linimentum pro usu.
vel

R. F. farinæ
Pul mag. cochlearū — ā. ʒ. ij
Oui vitelli q. s. ut fiat empl. uel

R. Cort. n ucū uirid.
Rad. Buglossæ — ā. un. I
Decoquātur in aceto acerrimo, & fiat empl. contusis, vel

R. turbit. gumm. — ʒ ss
Succi raphani q. s.
Vt ex contrito turbit fiat pilula, quam capiat per octo dies quotidie super bibendo,
Decoctionis rad. plātag. lib ss
vel

R Argemonis succi — un. ij
Capiat manè super bibendo seri lactis lib. vi. per dies 9. vel

R. Troch. e talpa cocta, & soli exiccata
Hermodact
Turb th — ā. ʒ. I. ss
Asari
Piperis longi — ā. scr. ss
Spicæ
M. fiat puluis capiat in lib ss decoctionis rad. plantag.

De Cachoete. Cap, II.

CRassos humores duos esse, qui cæteris minus facilè discutiantur, dixi, pituitam, et atram bilem. à pituita strumam fieri, & cæteros tumores, qui eius propè rationis sunt; ab atra bile fit tumor cachoetes dictus, quo nomine precipuè insignitur, quia malignus est.

Nomina.

HUnc tumorem antiquissimi auctores latiori vocabulo duritiem appellabāt, vt Hippocrates, Dioscorides, & Celsus, quia ferè dolorem non inducit, neque quidquam duritia manifestius habet, eosq; tumores præcipuè sic appellabant,

bant; qui viscus aliquod, vt lienem, aut iecur occupassent; vnde tractationes instituerunt de duritie iecoris, &c. qui verò in conspectu erant, quia ferè in his venæ nigro humore plenæ apparuerant, vt cancri similitudinem præseferrent, cancri nominabantur, quamquam etiam carcinoma à Celso latè dictus videtur. Galenus verò ad tumorem talem in mammis fæminarum, & naturalibus vtriusque sexus coarctauit, circa faciem, nares, aures, labia. Tumor is, qui durities antiquioribus dicebatur, à Galeno, qui duritiei nomen ad vterum tantùm coarctauit, scirrus dictus est, &, si insura est, scirrhoma. ab Arabibus الطبن *dicitur, in quo, si venæ pedibus cancri similes apparuerint, etiam cancrum nominauit Galenus, etsi, vt nomen est, diuersam quoque rationem habere ei videbatur. Præterea hic tumor, qui cancri similitudinem refert, si sine vlcere est, cancer occultus tùm ab Hippocrate, tùm à Galeno dicitur. si vlcus adiunctum habet, communi vocabulo, & vetustissimis auctoribus, & his, qui post eos de medicina scripserunt, vsque ad nostra tempora cancer nominatur de quo plura dicere, dum de vlceribus sermo habebitur, differo. Horum quia sapiunt rationem terminithes, tractationi adiugam, etsi, vndè hi tumores sic dicti fuerint, non facile dixerim.*

Subiectum.

Cancer in cole frequẽter, & naturalibus fæminarũ, & in mamillis nascitur, quamquàm in neruosis quoque contrahitur, vt quæ præ dolore hiscunt, etsi nerui duritiem præseferant, & vbicunque caro mollis, membrumq rarum est, quod affluentem crassum humorem excipere possit.

Causa

Causæ.

DVritia plerumque ex diuturnis inflãmationibus nascitur. &, si atra bilis excesserit, cancer oritur, nam, dum atra bilis tanquàm fex, aut sola, aut pituitæ admixta coijt, condensatur, ac, si inflammatio aliqua subsequatur, hæc aut id, quòd coierat, adurit, aut aliquid acris humoris infert, & immiscet, à quo malus tumor fit.

Signa.

SI durities sola est, tumor sine dolore, & sine sensu est, plumbũ colore referens, cui laguno quædam super est si dolor adiunctus est, aut sentit, sincerus non est, & cineris colorem refert qui ab atræ bilis fæce fit; si inflammatio sequitur, & venæ in eo mouentur, & iam in conspectu sunt, tunc iam ad canchri naturam accedit, & vlcus instat. si quidem dolore, sensu, celeritate, & venarum pulsatione differt cancer occultus à duritie, seu scirro. aduenit enim illi materia quædam, qua tanquam fermento hebes illa materia tumet, & mouetur, venæq. subnigræ, & fusco uirore dispersæ apparent; fereq. cancer inflammationis residuum est: In carcinomate circa locum aliqua quasi puncta sentiuntur. isq: immobilis, inæqualis tumet. interdum etiam torpet. circa eam inflatæ venæ, quasi recuruantur; hæq. pallent, aut liuent; nonnunquàm etiam in quibusdam delitescunt, tactusq; is locus alijs dolorem affert, in alijs eum non habet, & nonnunquàm sine vlcere durior, aut mollior est, quàm esse naturaliter debet; nonnunquàm ijsdem omnibus vlcus accedit, interdũq:

nullum

nullam habet proprietatem, interdum similè his est, quæ vocant græci condilomata aspredine quandam, & magnitudine sua, colorq; eius ruber est, aut lenticulæ similis, nequè tutò fertur: nam protinùs, aut resolutio neruorum, aut distentio insequitur, sæpè homo ictus obmutescit, atq. eius anima deficit: quibusdam, etiam si idipsum pressum est, quæ circa sunt, inteduntur, & intumescunt. Vix perspicuum est per initia durum apparet, velut faba minor, sed rotundum fuscum, subalidum, in quo dolor vehemens interdum est: interdum leniter dolet, & à bile adusta, aut sanguine fieri cognoscitur, quia ferè in hoc vlcus accedit.

Indicationes.

C*Omunis intentio in hoc est tumorem nascentem propellere, aut saltem cohibere nè increscat. si id fieri non potest saltem cauere, nè vlcus accedat, aut, si id iàm factum est, illud curare: quod fit resoluendo, quod influit, & eximendo id, quod affluentem admittit. Incrementum prohibet humoris, ex quo fit, euacuatio, & repercussio, & membri robur additum. Dum tumori sensus, aut dolor est, secari debet; & in his, quæ imponuntur, resoluentia semper lenientibus sunt admiscenda, nè irritetur potiùs, quàm curetur.*

Prognosticum.

P*Essimum genus carcinoma est: fereq primum id fit, quod cachoetes a græcis nominatur, deinde ex eo id carcinoma, quod sine vlcere est, deindè vlcus ex eo thymium. tolli nisi cachoetes pot est, reliqua curationibus irritantur, & quo*

ma-

maior vis adhibita est, eò magis. Quidã vsi sunt medicamẽtis adurentibus, quidam ferro adusserunt, quidam scalpello exciderunt; neque illi vnquàm medicina profuit, sed adusta protinus concitata sunt, & increuerunt, donec occiderent. Excisa etiam post inductam cicatricem tamen reuertuntur, & causam mortis attulerunt: idq; ferè accidit, dùm aliundè humor profluit in eam partem, quandò, etsi totum membrũ excidatur, tamen humor redit, &, si membrum non est, in quod recipiatur, alterum integrum corripit. Cum interim plærique nullam vim adhibendo, qua tollere id malum tentent, sed imponendo tantùm lenia medicamenta, quæ quasi blandiantur, quò minùs ad vltimam senectutem perueniant, non prohibentur. Discernere autem Cacheotes, quod curationem recipit, à carcinomate, quod non recepit, nemo scire potest, sed tempore, & experimento opus est. ergo, vbi primò id vitium notatum est, imponi debent medicamenta adurentia. si leuatur malum, minuunturq; eius inditia, procedere curatio potest, & ad scalpellum, & ad vstionem. si protinus irritatum est, scire licet iàm carcinoma esse, remouendaq; sunt omnia acria, omnia vehementia. Cachoetes etiàm, super quò lanugo sit, curationem non admittit, eaq; irritamenta acrem humorem aut faciunt, aut attrahunt, quo cancer fit. & vlcus thimium. si digerere materiam nitimur lenibus vnà non adhibitis, etiamsi in deterius non decidat, tamen difficilius postea discutitur, quod remanet, & instar lapis indurescit; idem timendum est, si acetum malum non leuat, & insuper nerui læduntur. Cancer, qui vlcus habet, interdùm in eum, qui sine vlcere est, transmutatur. interdùm eum, qui sine vlcere est, scalpello curare vlcus inducit, cuius oræ duriores, ac crassiores fiunt. Idem cachoetes per initia conti-

fieri tantummodo potest, ne increscat, neue vlcus admittat, dumq; paruus tumor est, ferre sectionem potest.

At, si membrum aliquod præcipuũ occupauerit, non id quidem, sed proxima loca sunt adurenda, vt in ea humor influens trasponatur, si fortè tolli non possit. si curare carcinomata volumus, quùm rebellia admodùm sint, ferro, & igne vti debemus. Galenus primùm, vbicunque sint, præcidit, dein ferro non admodum ignito vrit, & etiam refert, nonnullos scalpello candente vti, quo simul secare, & vrere valeant. id tamen nonnisi purgato iam corpore faciendum est, & secta vena. Auicennas quoque, si membrum ferrum sustinet, cancrum excidit cum toto membro, quod humorem suscipit, uenasq; dispersas extrahit, plurimumq; sanguinis ex his effundi sinit. Neque hoc remedij genus aspernendum videtur, quando idem auctor refert duritiem aliquando tolli sub vena sectione, si sanguis niger admodum est. postquàm totum excisum est, vicinas partes adurit, vt igne humor influens absumatur.

Inter simplicia medicamenta laudatissimum ad cancrum habet idem auctor epithimi ℞ xi. cum lacte, aut melicrato, aut aceto mulso. nec non etiam veratri vsum commendauit, si quidem ambobus atra bilis ducitur. Ex his verò, quæ aut applicantur, aut liniuntur, comune præsidium ad omnes duritias habetur omnis adeps, & medulla, & fœni græci semen ex mulso coctum . hysopus humida, & lini semen tùm pariter ex mulso coctum, tùm etiam eius farina eodem mulso excepta, itemq; altea decoctio, & sertulæ campanæ, amylum, galbanum ex aceto dissolutum, ammoniacum, opoponacum, cæra, bdellium, seuum, oleum præcipuè antiquũ, & ex lilij bulbis, aut aneto, aut ficubus, aut l gustro ficus

cus arida, narcissi & radix, & semen, vitellus crudus, amaræ nuces, inter quas græcæ peculiarem vim habent, pix, cocolea cocta, resina, styrax, laudanum, butyrum, & si qua mollire possunt; vitandum præcipuè sal. Euocare etiam materiam possunt stercus asini, & columbi, mastix, lapis pyrites, præsertim si candens in acetum dimittatur, vaporq; eius excipiatur. Discutere verò affluentem humorem in cancro omphacium potest, coriandri aqua, lapis molaris, abrotanum, helenium, amaracus, alba uiola, mel, lilium, sampsucus, cyprius, lac, serpillum, cupressus, cedrus, iris, uiola purpurea, rosa, crocum, passum, iuncus quadratus, nardum, cynnamomum, casia, uua timinia, spuma argenti, tragoriganus, bitumen, sordes ex gymnasio, sulphur, & omnia, quæ caloris aliquid habent, ad emolliendum proposita. inter quæ hæc intercidit differentia, nam calida discutiunt euocando, frigida repellendo: hæc in nobili membro magis tuta sunt: illa in ignobili. Ex compositis uerò cōmune ad omnes duritias est malagma Menæti, quod constat ex spumæ argenti, olei veteris singulorum P. xc. resinæ, pithyinæ aridæ, ceræ singulorum xl. spuma ex oleo coquitur, & immiscetur, tùm resina additur, & hac liquata, cera immittitur; quæ omnia posteà in vase oleo circumlinito teruntur. minutim omnia quoque his conueniunt, quæ ad strumas iam descripta sunt. peculiare ad durities, quas scyrros græci vocant, est, quod constat ex pari portione stercoris asini, & fænigræci & radicis althææ. pro eodem galbanum, ammoniacum ex aceto, & bdellium teritur, additurq; oleum ex lilio albo, & ... ni græci decocti, liniq; crassior succus, ac imponit...

Peculiare verò ad cancrum, si quando curandus est, imponitur, quod habet terræ erithriæ, olei antiqui, plumbi vsti, succi psyllij, lactucæ, semperuiui, singulorum pares modos. Aliàs laudatum est, quod habet simile, thuris, cerussæ singulorum P. xi. terræ erithiæ, aloes loti. P. xij. omnia ista teruntur, & si vlcus humidum est, puluis inspergitur, si siccum est, idem puluis rosa excipitur, & imponitur.

Diæta *Huic quoque malo aptus est aer, qui ad strumas laudatus est, & omnis fere victus ratio, quæ in illis conuenit, est etiam in hoc eligendus; tamen quia ille ex pituita, hoc ex atra bile fit, ideò in hoc malo, præcipuèq; in cancro, in quo bilis exusta locum habet, cibi frigidi, & humescentes aptiores sunt, olera præsertim, quorum crudi caules assumuntur, vt intubus, & lactuca, item coriandum, cucumis, elixa cucurbita, beta, mora, cærasia, mala austera, pyra fragilia, caro elixa ex infirmissima materia, cibiq; omnes, vt in summa dicam, qui boni succi sunt, & ex infirma materia, vt oua sorbilia, minuti pisces, aues paruæ, vt ficedula, & turdus. & si calor quoque in tumore percipitur, assumitur aptè lac vaccinum statim, ac detractum fuerit butyrum; potus vinum tenue, lene, cum aqua, in qua hordeum mixtum fuerit, & in omnibus siuè cibis, siuè potionibus acetum est immiscendum quod, præter quàm quod intensè refrigerat, etiam craßos humores atterit. Somnus, & aluus, qualis ad strumas conuenit, & generaliter ad sanitatem, hic commendatur. Exercitatio verò imminui debet, nè humores vltrò aßentur. Et balneum est vitandum, nam tales durities præduras facere dicitur. Omnisq; animi tristitia cauenda est. In carcinomate, si sine vlcere est is locus, imponi ficum quàm pinguissimã, aut*

aut riphodes emplastum satis est. si ulcus æquale est, caratum ex rosa iniiciendum est, adiiciendusq; ei pulvis ex contrita texta, ex qua faber ferrarius tingere cādens ferrum solitus est. Si id nimium supercreuit, tentanda squama æris, quæ lenissima ex adurentibus est. ea tenus, nè quid eminere patiatur, sed ità si nihil exacerbauit, si minus eodem cærato contenti esse debemus.

OFFICINAE.

Ad Cachoeten.

R. Bdellij
Ammoniaci
Galbani } ā. vn. i
Terantur in mortario cum
oleo liliorum alb. & adde
Mucillag fęni gręci
Semini lini } ā. v. i. ss
Ficuum
M. fiat empl S. A
vel
R. Cort rad. altheæ
Pingued. anatis } ā. vn. ij
M. fiat cataplasma S. A.

Ad scyrrum lienis.

R. Hysopi
Panacis
Stiracis
Galbani
Resinæ } ā. vn. ij
Ammoniaci
Bdellij
Cerę
Seui taurini
Iridis aridæ } ā. un. ss
Piperis grana xl.
Succi libanotidis vn. i. ss
Olei liliorum q. s. ut
fiat cataplasma.

Ad duritiem ex Celso.

R. Galbani vn. i
Thuris fuliginis vn. ij
Ammoniaci
Ceræ
Thymiamatis } ā. vn. iiij
Picis aridæ lib ij
Aceti lib. ij ss
M. fiat ceratum S. A.

Ad tophos, & gummata.

R. Myrrhæ vn. i
Ammoniaci
Assæ fetidę } ā. v. i. ss
Olei de euphorbio ʒ ij
Laurini
Masstichini
Camomælini } ā. vn. i
Resinæ terebinth. un. ii
Cerę q. s. ut fiat ceratum

Ad cancrum incipientem.

R. Suc.

R. Succi rosarum
Solani
Plantaginis
Polygoni } ā. vn. ij
Medullæ panis vn. vi
M. & ponatur super tumore.
vel
R. Mucillag. sē. psyllij
Cydon
Rad. symph } ā. vn. i
Oui lutea n. ij
M. & app. super tumore.
vel
R. Succi solani
Portulacæ
Cydoniorum } ā. vn. i
Carnis dactilorum vn. i ss
Olei violati vn. ij
M. omnia in mortario plumbeo, donec succi, & oleum misceantur, & applica super tumore.
Ad cancrum increscentem
R. Mucill. sem. psyllij
Cydoniorū } ā. vn. ss.
Succi portulacæ
Lactucę
Nimpheæ } ā. un. i
Carnis cydoniorū
Dactilorum } ā. v. i. ss
Olei rosati compl. un. iij
Cadmię vstę & abl
squamæ æris vstæ } ā. un. i
M. omnia diū in mortario plumbeo, donec sordiū consistentiam recæperint, & vtere.
Ad ganglium.
R. Ammoniaci
Bdellij } ā. vn. ss
Stiracis ʒ. ij
Molliantur aceto ad cærati consistentiam, & applicentur super gangilio, & super imponatur lamina plumbea, qua comprimatur.

De Verruca. Cap. III.

VErruca myrmecium dicitur: ac, si pendet, latinis verruca pensilis, græcis achrocordon nominatur. illi proxima sunt tubercula, quæ thymium, & hyposphagma vocantur ثآليل *Arabibus nobis appensio dicitur. Hæc mala quamcumque corporis partem occupant, sed in cole fraquentiùs nascuntur. latini verrucam vt nomine, ità re distinctam habent à myrmecio, & hoc ipsum ab achrocordone seiungunt: ac achrocordon, et thymium pro eodem habere videntur, ità tamen, ut sub cute acrocordō: supereminere thymium*

um velint, quod à græcis dissonum est, qui pensiles verrucas achrocordonas appellant, quamquàm fortasse diuersam rationem intelligunt, vt variam curam adhibent, achrocordonis, & thymij. est enim aliàs valdè consona descriptio achrocordonis latinis, atque græcis simul. quo nomine signant tuberculum, vbi subcute coiit aliquid durius, & interdum paulò asperius coloris eiusdem, infrà tenue, ad cutem latius; idq. modicum est, quia raro fabæ magnitudinem excedit; At thymion nominatur, quod super corpus, quasi verrucula eminet ad cutem tenue, suprà latius subdurum, & in summo perasperum; idq: summum colorem floris thymi repræsentat, unde ei nomen est, ibiq: facilè finditur, & cruentatur: nonnunquam aliquantulum sanguinis fundit; fereq: circà magnitudinem fabæ egiptiæ est, raro maius: interdùm perexiguum; modò vnum, modò autem plura nascuntur, vel in talis, vel in palmis, vel in inferioribus pedum partibus, & in obscenis frequentiora. At achrocordon uix unum eodem tempore nascitur, sed ferè plura, maximeq: in pueris, eaq: nonnunquàm subitò desinunt, nonnunquàm mediocrem inflammationem excitant: sunt, quæ etiam in pus conuertuntur. Myrmecia autèm vocantur humiliora thymio, durioraq; quæ radices altiùs exigunt, maioremq: dolorem mouent infrà lata, supèr autèm tenuia minùs sanguinis mittunt, magnitudine vix vnquàm lupini modum excedunt. nascũtur ea quoque aut in palmis, aut in inferioribus partibus pedum: Hyposphagma est tuberculum extra cutem uibici simile. Appensio uerò est longiorum membranarum appensio ad uicina corpora. Vt hinc uideatur achrocordon, uerruca, & myrmecium ex impuro sanguine oriri, cui fæx plurima, sed glutinosa admixta sit, quæ in hos tuberculos erumpat, quasi facul-

Thymion.

Achrocordon.

Myrmecia

Hyposphagma.

Appensio.

Causæ.

cul-

culcatis errore. Thymium eandem, sed minorem, causam habet: quia vlceri ferè supernascitur. Hyposphagma atræ bilis aliquid habere videtur ex colore, qui percussæ carnis similitudine liuet. Appensio pituitæ potiùs uitium est.

Indicationes

Omnia hæc uitia sunt excidenda purgandaq: eorum corpora, in quibus hæc frequentia sunt; & quia uitium in sanguine est, etiam uenæ sectio laudabilis est, nisi in longis morbis hoc auxilij genus parùm proficeret, eò quia demptus sanguis in longa cura rursus renascatur, nisi uictu potiùs eius excessui prospiciatur.

Prognosticum.

Quo probè facto facilè tollitur omne uerracæ genus. Achracordon, & thymium sæpè etiam per se subito finiuntur, maximèq: in pueris. Verùm interdùm thymio exciso subtèr rotunda radicula nascitur, quæ penitus descendit ad carnem, eaq: relicta idem rursus exigit. Myrmecia sine curatione uix unquam desinunt, immò latissimis radicibus inhærent, ideoq: nè excidi quidèm sinè exulceratione magna possunt.

Cura quæ manu fit

Sunt, qui achrocordonas ore sanent, ut retulit Galenus. uerùm ille sanandi rationem, & tempus parùm explicuit: Idem myrmecia, thymos, achrocordonas excisos adurendos præcipit, uel psorico illiniendos, quod etiam Auicennas commendauit in moro simili tuberculo. Tamen excisis uerrucis super eas medicamentum ponit, quod sanguinem supprimat, postmodùm eadem ratione curat tùm eas, quæ in cole nascuntur, quàm eas, quæ aliam corporis partem occuparint.

Simplicia applicanda

Ex simplicibus medicamentis laudatissimus est fici succus, quo verrucæ pelluntur, purgaturq. Ad idem quoque valens dicitur cinis è salicis cortice ex aceto acerrimo tritus. vel stercus ouillum pariter ex aceto tritum; vel chamæsiches caules

ules teneriores admoti Ex compositis medicamenta applicandasunt in alijs, quod ex fæce vini fit: Myrmecijs id quod ex alumine, & sandracha fit, est aptissimum. Sed ea, quæ circà sunt, folijs contegi debent, ne ipsa quoq: exulcerentur. Deindè lenticula imponi solet. Tollit thymium etiam ficus in aqua cocta. Composita applicanda

OFFICINAE.

Ad Verrucas seù porros.

R Salis nitri
Vitrioli rom. } ã. lib ss
Calcis non extin.
Turatur, & extillentur; & eo liquore verrucæ liniantur.

vel

R. Olei, e lateribus lib. ss
Calcis non extintæ vn. iiij
Ammoniaci un. iij
Euphorbij un. ss
M. & omnia extillentur, & eo liquore verrucæ liniantur.

vel

R. pulu. fol. Salicis
Verrucariæ } ã. ℥ i.
Oximellis scyll un. ss
M. app. super verruca.

vel

R. Rad. draguncul mai ari
Cychlamini } ã. vn. ss
Flo. salicis m. i
Hæc omnia viridia contund. simul, & inspersione aceti acerrimi misceatur, & apponatur super verrucis.

vel

R. Rad. cychlamini
Allij viridis } ã. ℥ ij.
Fl. æris scr. ss
Contund. omnia simul, & app.

vel

R. Sandaracæ
Auripigmenti } ã. ℥ ij.
Fermenti parùm
M. & app.

vel

R. Caricæ ℥ ij
Salis vn. i
Elaterij scr. i
M. & verrucæ super impone.

vel

R. Cort. thuris vn. i
Succi corticis ficus vn. ii
Nitri vn. ij ss
Farinæ triticeę un. ss
M. ex aceto acerrimo: & applica super porro.

vel

R. Lactus tithimali
æruginis
Sulphuris uiui
Atramenti sutorij } ā. scr. I.
M. cum ocymi folijs, & applica
vel

R. Succi fol. rutæ
Fellis hircini } ā. ʒ ij.
Nitri
Piperis
Stercoris ouilli
Sulphuris uiui } ā. ʒ I.
M. ex aceto acerrimo, & super porrhos impone.

Ad myrmecias

R. pulu. cochleæ crematæ ʒ I.
Stercoris ouilli ʒ ij.
M. cum aceto, & super impone,
vel

R. Guttæ ammoniacæ un. ss
ossiū palmular. ust.
Salis } ā. ʒ ii.
æruginis ʒ ss.
M. applicetur.

Ad achrocordonas.

R. Succi rad. uitis
Vrticæ } ā. un. ss
Stercoris ouini
Caprini } ā. ʒ ij.
Lactis tithimali ʒ I.
M. super imponatur,
vel

R. Succi esulæ
Verrucariæ
Corticis salicis } ā. un. ss
Stercoris canis
Pulu. pedū gall. ust. } ā. ʒ s
M. cum aceto acerrimo, & appl.
vel

R. æruginis
Auripigmenti
Dactilorū vstorum
Calcis uiuæ
Vitrioli
Stercoris columb. } ā. scr. I
Farinæ siliginis
Pulu. nigellæ } ā. ʒ ii.
Fellis taurini q. s. ut fiat empl: app. super achro- cord: scarificatas,
vel

R. Ceræ rubræ ʒ ii:
æruginis scr. I
Argenti uiui scr. ss
M. & super impone,
uel

R. Fellis anguillæ
Tinchæ } ā. ʒ I
Succi brasicæ
Stercoris canis } ā. ʒ. I. ss
Alluminis rocchæ ʒ ii
Contusa omnia excipe amurca q. s. & super impone.

De Clauo. Cap. IV.

Nomen — *CLauus, callus apud latinos* مسمار *apud arabes,* τύλος *apud græcos eiusdem significationis nomina accepta sunt: ac eiusdem naturæ habetur furunculus*

calus durus, ut nonnulli etiam clauum dixerint τύλον *apud græcos, & nostrum vulgus, (nam apud arabes nodi nomine atheroma, steathoma, meliceris, & ganglium significari videtur) & gangilium. tophum lapideam materiam, ac renitentem Galenus dixit. Ganglium verò nerui collectionem naturæ modum excedentem, quæ in corpus concreuit. Clauum Auicennas dixit nodũ rotundum, album figuram capitis claui repræsentantem, vnde ei nomen est. Nascitur in pedibus maximè, nonnunquàm etiam alibi, præcipuè tamen ex contuso: quamuis interdum alitèr post abscessuum curationem; quiq; in pedibus est, quia in digitis plurimùm fit, incessum prohibet, dolorémq;, etiamsi non aliàs, tamen ingredienti mouet. qui ex contuso fit, & clauus, et callus etiam vulgò appellatur; qui post abscessuum curationem, præsertim ex podagra, & morbo articulari, tophus: qui sponte oritur gangilium, & nodus. Clauus, & callus seu* τύλος *cutis colorem exuit, quia sanguinem non admittit, albescit, & quasi pellucet. oritur in locis, quæ frequenter contundi, & vrgeri solent tactu durioris corporis. tangentem pars, quæ occalluit, non sentit, & duritie renitet. Imò etiam in cole (quod membrum inter omnia membra promptissimè sensa admittit) interdùm aliquid occallescit, idq penè omni sensu caret; ac, si dolorem mouet, duritie sua facit, qua subiectas partes, vitaq; præditas compressus lædit. Thophus sub cute delitescit, ferè articulis inhæret; & quanquàm ossis duritiem non excedit, vt tactu dignosci possit, tamen magnitudinem, quam à natura habet articulus, superat: adiectumq aliquid ossi patet inspicienti, ac tangenti etiam, si quis articuli figuram, & molem rectè nouerit. Gangilium neruo continuatur, & veluti tophus sub cute delitescit, verùm clauo, & callo mollior est, nec*

Nodus

Gangilium

Tophus

Signa claui

Signa gangilij

fieri tantummodò potest, nè increscat, neuè vlcus admittat, dumq; paruus tumor est, ferre sectionem potest.

At, si membrum aliquod præcipuũ occupauerit, non id quidem, sed proxima loca sunt adurenda, vt in ea humor influens trasponatur, si fortè tolli non posset. si curare carcinomata volumus, quùm rebellia admodùm sint, ferro, & igne vti debemus. Galenus primùm, vbicunque sint, præcidit, dein ferro non admodum ignito vrit, & etiam refert, nonnullos scalpello candente vti, quo simul secare, & vrere valeant. id tamen non nisi purgato iam corpore faciendum est, & secta vena. Auicennas quoque, si membrum ferrum sustinet, cancrum excidit cum toto membro, quod humorem suscipit, uenasq; dispersas extrahit, plurimumq; sanguinis ex his effundi sinit. Neque hoc remedij genus aspernendum videtur, quando idem auctor refert duritiem aliquando tolli sub vena sectione, si sanguis niger admodum est. postquàm totum excisum est, vicinas partes adurit, vt igne humor influens absumatur.

Inter simplicia medicamenta laudatissimum ad cancrum habet idem auctor epithimi ℞ xi. cum lacte, aut melicrato, aut aceto mulso. nec non etiam veratri vsum commendauit, si quidem ambobus atra bilis ducitur. Ex his verò, quæ aut applicantur, aut liniuntur, comune præsidium ad omnes duritias habetur omnis adeps, & medulla, & fæni græci semen ex mulso coctum. hysopus humida, & lini semen tùm pariter ex mulso coctum, tùm etiam eius farina eodem mulso excepta, itemq; altea decoctio, & sertulæ campanæ, amylum, galbanum ex aceto dissolutum, ammoniacum, opoponacum, cæra, bdellium. seuum, oleum præcipuè antiquũ, & ex lilij bulbis, aut aneto, aut ficubus, aut ligustro, fi-

cus arida, narcissi & radix, & semen, vitellus crudus, amaræ nuces, inter quas græcæ peculiarem vim habent, pix, cochlea cocta, resina, styrax, laudanum, butyrum, & si qua mollire possunt: vitandum præcipuè sal. Euocare etiam materiam possunt stercus asini, & columbi, mastix, lapis pyrites, præsertim si candens in acetum dimittatur, vaporq; eius excipiatur. Discutere verò affluentem humorem in cancro omphacium potest, coriandri aqua, lapis molaris, abrotanum, helenium, amaracus, alba uiola, mel, lilium, sampsucus, cyprius, lac, serpillum, cupressus, cedrus, iris, uiola purpurea, rosa, crocum, passum, iuncus quadratus, nardum, cynnamomum, casia, uua timinia, spuma argenti, tragoriganus, bitumen, sordes ex gymnasio, sulphur, & omnia, quæ caloris aliquid habent, ad emolliendum proposita. inter quæ hæc intercidit differentia, nam calida discutiunt euocando, frigida repellendo: hæc in nobili membro magis tuta sunt: illa in ignobili. Ex compositis uerò cõmune ad omnes duritias est malagma Menæti, quod constat ex spumæ argenti, olei veteris singulorum P. x c. resinæ, pithyinæ aridæ, ceræ singulorum xl. spuma ex oleo coquitur, & immiscetur, tùm resina additur, V, hac liquata, cera immittitur; quæ omnia posteà in vase oleo circumlinito teruntur. minutim omnia quoque his conueniunt, quæ ad strumas iam descripta sunt. peculiare ad durities, quas scyrros græci vocant, est, quod constat ex pari portione stercoris asini, & fœnigræci & radicis althææ. pro eodem galbanum, ammoniacum ex aceto, & bdellium teritur, additurq; oleum ex lilio albo, & lini græci decocti, liniq; crassior succus, ac imponit.

Peculiare vero ad cancrum. si quando curandus est, imponitur, quod habet terræ erithriæ, olei antiqui, plumbi vsti, succi psyllij, lactucæ, semperuiui, singulorum pares modos. Alias laudatum est, quod habet simile, thuris, cerussæ singulorum P. xi. terræ erithiæ, aloes loti. P. xij. omnia ista teruntur, & si vlcus humidum est, puluis inspergitur, si siccum est, idem puluis rosa excipitur, & imponitur.

Dieta *Huic quoque malo aptus est aer, qui ad strumas laudatus est, & omnis fere victus ratio, quæ in illis conuenit, est etiam in hoc eligendus; tamen quia ille ex pituita, hoc ex atra bile fit, ideo in hoc malo, præcipueq; in cancro, in quo bilis exusta locum habet, cibi frigidi, & humescentes aptiores sunt, olera præsertim, quorum crudi caules assumuntur, vt intubus, & lactuca, item coriandum, cucumis, elixa cucurbita, beta, mora, cærasia, mala austera, pyra fragilia, caro elixa ex infirmissima materia, cibiq; omnes, vt in summa dicam, qui boni succi sunt, & ex infirma materia, vt oua sorbilia, minuti pisces, aues paruæ, vt ficedula, & turdus. & si calor quoque in tumore percipitur, assumitur apte lac vaccinum statim, ac detractum fuerit butyrum; potus vinum tenue, lene, cum aqua, in qua hordeum mixtum fuerit, & in omnibus siue cibis, siue potionibus acetum est immiscendum quod, præter quam quod intense refrigerat, etiam crassos humores atterit. Somnus, & aluus, qualis ad strumas conuenit, & generaliter ad sanitatem, hic commendatur. Exercitatio vero imminui debet, ne humores vltro assentur. Et balneum est vitandum, nam tales durities praeduras facere dicitur. Omnisq; animi tristitia cauenda est. In carcinomate, si sine vlcere est is locus, imponi ficum quam pinguissimam, aut*

aut riphodes emplastrum satis est. si ulcus æquale est, ceratum ex rosa iniiciendum est, adiiciendusq; ei puluis ex contrita texta, ex qua faber ferrarius tingere cādens ferrum solitus est. Si id nimium supercreuit, tentanda squama æris, quæ lenissima ex adurentibus est. ea tenus, nè quid eminere patiatur, sed ità si nihil exacerbauit, si minùs eodem cerato contenti esse debemus.

O F F I C I N AE.

Ad Cachoeten.

R. Bdellij
*A*mmoniaci
Galbani } ā. vn. i

Terantur in mortario cum
oleo liliorum alb. & adde
Mucillag fęni gręci
Semini lini } ā. v. i. ss
Ficuum
M. fiat empl S. A
vel

R. Cort rad. altheæ
Pingued. anatis } ā. vn. ij
M. fiat cataplasma S. A.

Ad scyrrum lienis.

R. Hysopi
Panacis
Stiracis
Galbani
Resinæ } ā. vn. ij
Ammoniaci
Bdellij
Cerę
Seui taurini
Iridis aridæ } ā. un. ss
Piperis grana xl.
Succi libanotidis vn. i. ss
Olei liliorum q. s. ut
fiat cataplasma.

Ad duritiem ex Celso.

R. Galbani vn. i
Thuris fuliginis vn. ij
Ammoniaci
Ceræ
Thymiamatis } ā. vn. iiij
Picis aridæ lib ij
Aceti lib. ij ss
M. fiat ceratum S. A.

*A*d tophos, & gummata.

R. Myrrhæ vn. i
Ammoniaci
Assæ fetidę } ā. v. i. ss
Olei de euphorbio ʒ ij
Laurini
Mastichini
Camomælini } ā. vn. i
Resinæ terebinth. un. ii
Cerę q. s. ut fiat ceratum

Ad cancrum incipientem.

R. Suc.

R. Succi rosarum
Solani
Plantaginis
Polygoni } ã. vn. ij
Medullæ panis vn. vi
M. & ponatur super tumore.
vel
R. Mucillag. sē. psyllij
Cydon
Rad. symph } ã. vn. i
Oui lutea n. ij
M. & app. super tumore.
vel
R. Succi solani
Portulacæ
Cydoniorum } ã. vn. i
Carnis dactilorum vn. i ss
Olei violati vn. ij
M. omnia in mortario plumbeo, donec succi, & oleum misceantur, & applica super tumore.
Ad cancrum increscentem
R. Mucill. sem. psyllij
Cydoniorū } ã. vn. ss.
Succi portulacæ
Lactucę
Nimpheæ } ã. un. i
Carnis cydoniorū
Dactilorum } ã. v. i. ss
Olei rosati compl. un. iij
Cadmię vstę & abl
squamæ æris vstæ } ã. un. i
M. omnia diu in mortario plumbeo, donec sordiū consistentiam recæperint, & vtere.
Ad ganglium.
R. Ammoniaci
Bdellij } ã. vn. se
Stiracis 3. ij
Molliantur aceto ad cærati consistentiam, & applicentur super gangilio, & super imponatur lamina plumbea, qua comprimatur.

De Verruca. Cap. III.

VErruca myrmecium dicitur: ac, si pendet, latinis verruca pensilis, græcis achrocordon nominatur. illi proxima sunt tubercula, quæ thymium, & hyposphagma vocantur ثآليل *Arabibus nobis appensio dicitur. Hæc mala quamcumque corporis partem occupant, sed in cole fraquentius nascuntur. latini verrucam vt nomine, ità re distinctam habent à myrmecio, & hoc ipsum ab achrocordone seiungunt; ac achrocordon, et thymium pro eodem habere vidéntur, ità tamen, ut sub cute acrocordō: supereminere thymium*

um velint, quod à græcis dissonum est, qui pensiles verrucas achrocordonas appellant, quamquàm fortasse diuersam rationem intelligunt, vt variam curam adhibent, achrocordonis, & thymij. est enim aliàs valdè consona descriptio achrocordonis latinis, atque græcis simul. quo nomine signant tuberculum, vbi sub cute coiit aliquid durius, & interdum paulò asperius coloris eiusdem, infrà tenue, ad cutem latius; idq. modicum est, quia rarò fabæ magnitudinem excedit; At thymion nominatur, quod super corpus, quasi verrucula eminet ad cutem tenue, suprà latius subdurum, & in summo perasperum; idq: summum colorem floris thymi repræsentat, unde ei nomen est; ibiq: facilè finditur, & cruentatur: nonnunquam aliquantulum sanguinis fundit; ferèq: circà magnitudinem fabæ egiptiæ est, rarò maius: interdùm perexiguum; modò vnum, modò autem plura nascuntur, vel in talis, vel in palmis, vel in inferioribus pedum partibus, & in obscenis frequentiora. At achrocordon uix unum eodem tempore nascitur, sed ferè plura, maximèq: in pueris, eaq: nonnunquàm subitò desinunt, nonnunquàm mediocrem inflammationem excitant: sunt, quæ etiam in pus conuertuntur. Myrmecia autèm vocantur humiliora thymio, durioraq; quæ radices altiùs exigunt, maioremq: dolorem mouent infrà lata, supèr autèm tenuia minùs sanguinis mittunt, magnitudine vix vnquàm lupini modum excedunt. nascũtur ea quoque aut in palmis, aut in inferioribus partibus pedum: Hyposphagma est tuberculum extra cutem uibici simile. Appensio uerò est longiorum membranarum appensio ad uicina corpora. Vt hinc uideatur achrocordon, uerruca, & myrmecium ex impuro sanguine oriri, cui fæx plurima, sed glutinosa admixta sit, quæ in hos tuberculos erumpat, quasi fa-

Thymion. Achrocordon. Myrmecia. Hyposphagma. Appensio. Causæ.

cul-

exulcatis errore. Thymium eandem, sed minorem, causam habet; quia Vlceri ferè supernascitur. Hyposphagma atræ bilis aliquid habere videtur ex colore, qui percussæ carnis similitudine liuet. Appensio pituitæ potiùs uitium est.

Indicationes

Omnia hæc uitia sunt excidenda purgandaq; eorum corpora, in quibus hæc frequentia sunt; & quia uitium in sanguine est, etiam uenæ sectio laudabilis est, nisi in longis morbis hoc auxilij genus parùm proficeret, eò quia demptus sanguis in longa cura rursus renascatur, nisi uictu potiùs eius excessui prospiciatur.

Prognosticum.

Quo probè facto facilè tollitur omne uerracæ genus. Achracordon, & thymium sæpè etiam per se subito finiuntur, maximèq; in pueris. Verùm interdùm thymio exciso subtèr rotunda radicula nascitur, quæ penitus descendit ad carnem, eaq; relicta idem rursus exigit. Myrmecia sine curatione uix unquam desinunt, immò latissimis radicibus inhærent, ideoq; nè excidi quidèm sinè exulceratione magna possunt.

Cura quæ manu fit

Sunt, qui achrocordonas ore sanent, ut retulit Galenus. uerùm ille sanandi rationem, & tempus parùm explicuit: Idem myrmecia, thymos, achrocordonas excisos adurendos præcipit, uel psorico illiniendos, quod etiam Auuicennas commendauit in moro simili tuberculo. Tamen excisis uerrucis super eas medicamentum ponit, quod sanguinem supprimat, postmodùm eadem ratione curat tùm eas, quæ in cole nascuntur, quàm eas, quæ aliam corporis partem occuparint.

Simplicia applicanda.

Ex simplicibus medicamentis laudatissimus est fici succus, quo Verrucæ pelluntur, purgaturq. Ad idem quoque valens dicitur cinis è salicis cortice ex aceto acerrimo tritus. Vel stercus ouillum pariter ex aceto tritum; vel chamæsiches caules

ulet teneriores admoti Ex compositis medicamenta applicandasunt in alijs, quod ex fæce vini fit; Myrmecijs id quod ex alumine, & sandracha fit, est aptissimum. Sed ea, quæ circà sunt, folijs contegi debent, ne ipsa quoq: exulcerentur. Deindè lenticula imponi solet. Tollit thymium etiam ficus in aqua cocta. Composita applicanda

OFFICINAE.

Ad Verrucas seù porros.

R Salis nitri
Vitrioli rom. } ã. lib. ss
Calcis non extin.
Turatur, & extillentur; & eo liquore verrucæ liniantur.

vel

R. Olei, e lateribus lib. ss
Calcis non extintæ vn. iiij
Ammoniaci un. iij
Euphorbij un. ss
M. & omnia extillentur, & eo liquore verrucæ liniantur.

vel

R. pulu. fol. Salicis
Verrucariæ } ã. ℥ i.
Oximellis scyll un. ss
M. app. super verruca.

vel

R. Rad. draguncul maiari
Cychlamini } ã. vn. ss
Flo. salicis m. i
Hæc omnia viridia contund. simul, & inspersione aceti acerrimi misceatur. & apponãtur super verrucis.

vel

R. Rad. cychlamini
Allij viridis } ã. ℥ ij.
Fl. æris scr. ss
Contund. omnia simul, & app.

vel

R. Sandaracæ
Auripigmenti } ã. ℥ ij.
Fermenti parùm
M. & app.

vel

R. Caricæ ℥ ij
Salis vn. i
Elaterij scr. i
M. & verrucæ super impone.

vel

R. Cort. thuris vn. i
Succi corticis ficus vn. ij
Nitri vn. ij ss
Farinæ triticeæ un. ss
M. ex aceto acerrimo: & applica super porro.

vel

 R. La:

culus durus, ut nonnulli etiam clauum dixerint τύλον apud graecos, & nostrum vulgus, (nam apud arabes nodi nomine atheroma, steathoma, meliceris, & ganglium significari videtur) & gangilium. tophum lapideam materiam, ac renitentem Galenus dixit. Ganglium verò nerui collectionem naturae modum excedentem, quae in corpus concreuit. Clauum Auicennas dixit nodū rotundum, album figuram capitis claui repraesentantem, unde ei nomen est. Nascitur in pedibus maximè, nonnunquàm etiam alibi, praecipuè tamen ex contuso: quamuis interdùm aliter post abscessuum curationem; quiq; in pedibus est, quia in digitis plurimùm fit, incessum prohibet, dolorémq;, etiamsi non aliàs, tamen ingredienti mouet. qui ex contuso fit, & clauus, et callus etiam vulgò appellatur; qui post abscessuum curationem, praesertim ex podagra, & morbo articulari, tophus: qui sponte oritur gangilium, & nodus. Clauus, & callus seu τύλος cutis colorem exuit, quia sanguinem non admittit, albescit, & quasi pellucet. oritur in locis, quae fraequenter contundi, & urgeri solent tactu durioris corporis. tangentem pars, quae occalluit, non sentit, & duritie renitet. Imò etiam in cole (quod membrum inter omnia membra promptissimè sensa admittit) interdùm aliquid occallescit, idq. penè omni sensu caret; ac, si dolorem mouet, duritie sua facit, qua subiectas partes, vitaq; praeditas compressus laedit. Thophus sub cute delitescit, ferè articulis inhaeret; & quanquàm ossis duritiem non excedit, ut tactu dignosci possit, tamen magnitudinem, quam à natura habet articulus, superat: adiectumq aliquid ossi patet inspicienti, ac tangenti etiam, si quis articuli figuram, & molem rectè nouerit. Gangilium neruo continuatur, & veluti tophus sub cute delitescit, verùm clauo, & callo mollior est, nec

Nodus

Gangilium

Tophus

Signa claui

Signa gangilij

demq; vis memoriæ prodit stercus ouillum ex aceto tritum & amurcam coctam, ait, clauo prodesse, qui oculis adnascitur. ac, vbicumq; sint, decidere retulit, si fimus bubulus ex aceto dilutus per triduum clauo superimponitur. Inter composita medicamenta apprimè laudatum est, quod diabalanon Critonis dicunt, quod habet aluminis scissilis, rotundi singulorum P. x iiij. anagallidis ceruleæ, papaueris cæratidis, marrubij, alterci fol. singulorum P. x vi. mannæ P. x viij squamæ æris rubri, resinæ, phitynæ siccæ, aloes singulorum P. x x vi. Herbæ seorsim terantur, & è siccis locis marinis eligantur; indè in sole leuigentur cætera ex aceto, donec sordium crassitudinem impleuerint, herbisq; adiectis, adijciatur quoque ceræ P. xi. olei veteris heminæ ij Peculiare ad callum ex Celso est, quod ipse ad Dexium auctorem retulit, quod constat ex calcis P: xiiij. cerußæ P x viij. resinæ pineæ P. x x. piperis grana x x x. ceræ P. ij, quibus, dum contunduntur, hemina vini lenis instillatur. Tollitur etiam clauus ex Celso, si quis eum circumpurgat, deindè imponit resinam, cui miscuit pulueris paulùm, quem ex lapide molari contrito fecit; Scio tophum quoque dici, quod in oße fracto oritur, dum seiunctæ partes coalescunt; verùm hoc induci potiùs, quàm tolli debet, ideò nihil de eo dißeram. Ad eum, qui ex doloribus articularibus induratus remanet, conuenit medicamentum quod habet galbani recentis vnciam, thuris fuliginis P. ij. ceræ, ammoniaci, thimiamatis trientes, picis aridæ P. xi. aceti heminas tres. Hoc Celsi est ad molliendum, in quo tamen fortaße aceti minor portio debeatur, quando hic articulis nocet. Postquam mollita pars est, subindè oportet imponere, quod

De draguuculo

Plin lib. 11. c. 45.

Causę externę

quod digerit, quæ coeunt, ex quibus sub auctore Medo est, quod habet ceræ P. ij. panacis P. semis squamæ æris, allumi nis rotundi, item sesselis singulorum P. i. plumbi combusti P. i & semis: Ad clauum victus ratio tota in exercitatione est, nè quis ingrediens eas partes comprimat, utq; sæpè balneo, & inunctionibus molliat: cæterùm ad tophos articulares dolores præcauendi sunt, cuius alia cura est hic prætereunda.

OFFICINAE.

Ad Callum in articulis.

R. Calcis	un. ss	R Abrotani		
Cerussæ	un. i.	Rosæ aridæ	} ã. ℥ iii	
Resinæ pineæ	un. ii. ss	Papauer. lachrymæ		
Piperis	grana xxx	Resinæ terebint.	un. ss	
Ceræ	un. ii	Thuris	} ã. un. i	
M. dum contunduntur instilletur Vini lenis.		Spumæ nitri		
	un. x	Iridis		
		Cedriæ	} ã. v. i. ss	
vel		Aristolochiæ		
		Ceræ	un. iij	
		Olei omphacini	lib. i ss	
		M.		

De Varice. Cap. VI.

Varix latinis κιρσος græcis: barbaris, & Galeno vena dilatata, الدوالي arabibus dicitur affectus, de quo sumus loquuturi, cui similia sunt dracontia dicta. Nil aliud itaq varix est, quàm vena latior à crasso sanguine, plurimaq; atra bile referto. Oritur ferè in ventre, coxis, & cruribus, inguine, & lateribus, præsertim sinistro, ac pedibus, dum ad eas partes grauem humorem natura dimittit,

Hip. de me dic. T. 5.

Causæ internę

tit, ut & venæ mem brana eo crasso humore imbuta crassior fiat, & repleta amplior; Dracunculus quoque, seù dracontia ferè in cruribus fiunt: interdùm in mãibus, et latere, pueris præsertim, etsi minùs frequentia his euenire, et mulieribus proditum est, qui humida habent corpora, quiq; balneo fræquenter vtuntur, et vinum parcè bibunt. Ex his malis hæc sunt, quæ quarundã regionum quasi propria sunt. nam feruntur in AEgipto plurimùm nasci, et in quibusdam urbibus Medena, et Corasceni dictis. Est igitur hoc malum varici simile. Vena dicitur, quia nulla alia pars extenditur. præter eam; quemadmodum in abscessu, et uomica euenire solet; pro dilatata debemus intelligere, ut supra dictum est, tùm ampliorem redditam, quod ad cauitatem spectat, tùm crassiorem, quod spectat ad membranam, quæ sanguinem continet. fieri quoq; à sanguine crasso, utcunq: talis fuerit. nam, etsi ferè atra bilis crassum reddit tamen potuit etiam sanguis purus crassior reddi, & non dum in atram bilem conuerti; potest etiam et crassior pituita admisceri, qua hoc malum oriatur. Neque interdùm solius sanguinis vitium est; sed venæ quoque imbecillitas concurrit, quò faciliùs sanguinem admittat, ac ægrè propellat, contineatq: intrà solitam cauitatem, vndè euenit hunc sanguinem nunquàm putrescere quòd, si extra exiret, illicò corrumperetur. Eò tamẽ descendit sanguis interdũ sponte, vt in his, qui splenes magnos habent, & frequenter morbo articulari vexantur: siquidem in illis, vt reor, crassus humor à liene protruditur, aut digeritur. in his veluti tenuis humor ad articulos penetrat, sic crassus intrà venas remanet, easque ampliores facit. Qua ratione etiam longarum ægritudinem quandoque relliquiæ esse solent varices.

De dragunculo

Plin lib. 11. c. 45.

Interdùm etiam externas causas habet, fitq; hoc malũ, Causę externę

aut ex cursu, aut sub graui face, aut ex longo itinere. stare etiam huic morbo causam præbuit; estq: propterea frequens hoc malum aulicis, qui stare coràm regibus solent; Dracontium verò est pustula vessicæ similis suffusa rubro colore, elongaturq: sub cute, tanquàm vermis, dumq: aut extenditur, aut abscinditur, labor fit. & dolor, & tumor, quo materia fuerit acutior.

Varix nullis aliis notis eget, quàm, quæ in eius ratione rodenda ex acta sunt.

Indicationes. Scopos hos Celsus habuit ad curam; vt vena omnis, quæ noxia est, aut adusta tabescat, aut manu excidatur, si recta est, si, quamuis transuersa, tamen simplex, si modica est, meliùs aduritur; si curua est, & veluti in orbes quosdam implicatur, pluresq; inter se inuoluuntur, utiliùs eximere est; at, si uarix suprà exulceratum locum est, uarix sanandus est, ut posteà alius sanari possit, ac in summa intentio eadem in his esse debet, quæ in duris tumoribus est.

Prognosticum. At in cruribus orti varices non difficili ratione tolluntur; ac, si sanitas probè sequitur uaricum, tamen diuturnum aliquod malum subsequitur, ueluti cuidam euenisse testatur Galenus, qui cum ad sanandum ulcus iuxtà positum uaricosam venam secasset, scalpello ulcus fecit, quod sanari nunquam potuit. Et varicum incisione corpus extenuari, alimento per eas detracto, &, in quibus corporibus sanguis putrescit, vlcera produci Auicennas retulit. tamen hæc mala interdum prealigenda sunt, quandò idem Galenus melancholiam esse sedatam uaricum beneficio testatus est, ac eosdem, facto per rectum abscessu furorem etiam curasse. Verùm hoc, sciendum est, euenire, dùm varix ex sanguine ex atra bile craßo tumet; quod ex cutis, quæ iuxta est, colore proditur; nam nigre-

scis.

scit. Si vero ex pituita crassa extendantur venæ, hæc mala timenda non sunt. sciendumq; est varices, qui sponte lienosis eueniunt, curam non admittere; nam assiduus est materiæ cursus ad eos ex liene. At dracunculus, etiam si in partibus laxi corporis fiat, curatus sanescit. calida tamen medicamenta in eius cura cauere oportet, nam eorum vsu ad esthiomenum perducitur.

Varices adurendi ratio hæc est. Cutis superinciditur, tum, patefacta vena, tenui, & retuso ferramento cadente modicè præmitur, vitaturq; ne plagæ ipsius oræ adurantur, quas reducere hamulis facile est. Id interpositis ferè quaternis digitis per totum varicem fit, & tum super imponitur medicamentum, quo adusta sanantur. At exciditur hoc modo. Cute eadem ratione super vena incisa, hamulo oræ excipiuntur, scalpelloq; vndiq; in corpore uena diducitur, caueturq; ne inter hæc ipsa lædatur. eiq; retusus hamulus subijcitur, interpositoq; eodem ferè spatio, quod supra positum est, in eadem vena idem fit quæ, quo tendat, facile hamulo extento cognoscitur. Vbi iam idem, quacunq; varices sunt, factum est; uno loco adducta per hamulum vena præciditur, deinde qua proximus hamus est, attrabitur, et euellitur ibi rursus abscinditur, ac sic vndiq; à varicibus crure liberato, tū plagarum oræ committuntur, & super emplastrum glutinans iniicitur. Hæc ad ipsum varicem fiunt. Alias Stratonicus venam in cubito secuit, cumq; crassum, nigrumq; sanguinem emitteret, postero die. parum detraxit, ac tertio, & quarto. Cirurgica adurendi ratio. Excidendi ratio.

Ad dracontia quoq; oportet, diuisis varicibus, summam cutē detrahere, et eadē ratione procedere. In hoc quoq; malo uena cubiti secari Auic. iubet, aut eā, quæ in poplite est, prout locus postulat, in quo dracontiū est. Interdū etiā hyrudines

conueniunt, quocumq; in loco sint, si lata, ac nigra sunt. Per initia conferre, ait, dragontium constringere, ac conuoluere, vt excidat absq; incisione. bonumq; esset plumbo inuoluere. etiam, nisi aliquid prohibet, perforeturq; extrahaturq; quod, nisi facilè sequitur, liniatur butyro, vt putrescat. Facilem quoq; eius exitum reddit dum scinditur, assidua frixio cum sale. & , si perforatur, curetur postea vulnus, vt vulnus postulat.

Parmaceutica.

Medicamenta ad varices, & dragontia commendata sunt, quæ sanguinem attenuare, purum reddere, & ab atra bile expurgare possunt; ex quibus illud est, quod cõponitur ex filiculæ, floris violarum, tamarindorum, absynth. rom. squinanti, centaureæ, eupatorij singulorum P. xiiij. epythimi cretici, myrobalanorum immaturorum singulorum P. xviij. passularum quadrante aquæ fontanæ libris tribus. in aqua ea coquuntur, donec tertia pares remanserit, & eius, quod superest, sumitur triens. cũ vncia olei ex amaris nucibus tertia quaque die. fiatq; interea empl. cruribus. Ad dracontium verò medicamentum è myrobalanis confectum assumitur. confert etiam epithymi decoctio, & pilulæ quæ cochiæ dicũtur, & trifera cum sena, & fumo terræ; at aloes omnium laudatissima; cuius prima die sumitur P. x. semis secunda P. x. tertia die P. xi. & semis. ac, si aloè quoque humida exterius dragõtium liniatur, tollitur. Varix autẽ molliri debet medicamento, quod habet olei sesamini, Keruæ, lentiscini, ex amaris nucibus, medullæ cruris vaccini, ceræ albæ singulorũ P. xiiij. adipis agni, porci, vrsi, vituli, cerui, hirci, onagri, anatis, gallinæ, vulturis, singulorum P. xviij ceræ rubræ, butyri, singulorum pondo. liquèscant omnia, & percolatis liniatur varix. At ad dragontium componere oportet à principio

Topica ad Varices.

cipio medicamenta, quae refrigerent, & humectent e succis frigidis addito parum sandali & camphorae, sed postquam corpus perpurgatum est, epitymo: & lapide pyrite, aut quolibet, & supradictis. Emplastra componi debent ex sandalo, aloe, camphora, aut myrrha, psyllio, & lacte dulci. Extenuetur interea membrum, & rarefiat ablutionibus, ex aqua calida, & caeteris mollientibus, quae simul refrigerandi vim habent, vt rosa cum portione olei e sertula campana, vt facilius, quod sub cute est, expiret. &, si haec non sufficiunt, oleum ex alba viola, & sambucinum, V de ben validioris erit vis: praesertim si superimponatur empl. e pice. cauere tamen calida medicamenta debemus in hoc malo quantum fieri potest, ne vlcus erodens exoriatur, quod esthiomenon vocant.

Victus ratio pene eadem in hoc malo requiritur, quae in superioribus; nam quodcunq; ex his malis ex crasso humore fit. sic enim fieri necesse est, cum tandiu perdurent. Aer igitur crassus in singulis nocet & cibi crassi: vinumq: tenue bibere oportet. dormire quamplurimum. parum laborare: nec ambulare. &, si varix in crure est, aut ventre, aut qualibet ex inferioribus partibus, brachia exercere, partesq: superiores. apie excernere. omnesq: tristitiae occasiones vitare. Dieta

OFFICINAE.

Ad Varices incipientes ex Aetio.

R. Bituminis iudaici un. viij
Olei vetustissimi un. iiij
Terebint. liquidę un. iij ss
Sulphur s viui un. ij
Bitumen crassius contusũ in oleo coquatur, donec liquescat. inde adde terebin. h. & coque ad cerati consist. & extra ignem sulphur adde, & M. in

mortario aqua pleno.

vel

R. Argillæ
Boli arm. } ī. un. ij
Aceti rubri acerr. q. s.
Vt diss. terra, & fiat lutum, quo liniatur varix.

vel

R. Myrrhæ
Aloes
Succi acaciæ
Hypocystidis } ā. vu. 1
Alluminis rocchæ un. ss
Aceti q. s. vt dissoluantur, & his linum imbutum super varicem imponatur

Ad dragunculos

R. Fol. Absynthij
Abrotani
Matricariæ } ā. m. ss
Sem. acetosæ
Santonici } ā p. 1
Olei laurini un. ii.
Folia, & semina contundantur, & in oleo coquantur, quo draguncului liniatur.

vel

R. Farinæ Lupinorum
Orobi
Lentium } ī un. 1
Myrrhæ
Aloes } ā, 3 ii.
Olei absynth.
Mastich. } ī. u. 1. ss
Contusis myrrha, & aloe fiat cataplasma, & apponatur super draguncu-los.

De Cornu. Cap. I.

CORNVA, seu dionisci barbaris κέρας græcis القرون arabibus sunt ossea eminentiæ iuxtà tempora exortæ, ex natura oriri solet hoc malum, nulliusq; notæ indiget, vt cognoscatur, imò hoc solum mali habet, quod nimis in cõspectu est. cæterùm neque vitæ, neque visus, neque iucunditatis ullum detrimentum affert. tamen ingenuo homini interdum grauissima res est, cui pudor cordi est, nam cornua vulgare turpitudinis indicium nostris temporibus habentur, quorum quasi spectrum sunt istæ eminẽtiæ, vnde nomen habent. Ideò aut comprimere, aut è conspectu tollere oportet. Comprimere in pueris facillimum est, adolescentibus non adeò facile est, ætate consistentibus, si non imminui, saltem ex parte tegi pos-

possunt; senibus neq; tolli possunt, neq; eos admodum interest formæ præstantia, neque vani pudores, quiq; non animi, sed corporis uitia sequuntur, sollicitare eos solent. Itaq; oportet si, dum puer nascitur, apparent cornua, ea digitis comprimere: nam facilè os cedit, dum adhuc tenellus infans est. si pueris senioribus apparent, & id ipsum sæpius repetere commodum est, & plumbi laminam superimponere, ac fascia super alligata assiduò os vrgere. Reliquis ætatibus, & plumbo, vt dictum est, contineri debet, & partes, quæ circa cornu sunt graui frixione exercere, vt pellis attollatur. sequitur enim, ut partim osse depresso, partim verò pelle, quæ circumposita est, eleuata, quasi æquor in temporibus sequatur, neque eminere quidquam appareat.

O F F I C I N AE.

Ad Cornu in pueris.

℞. Terræ lemniæ, Sang. drac. ā un. ss; Scoriæ ferri, Cerussæ, Succi acaciæ, Hypocyst. ā ℨ ij. Macerentur omnia contusa in aceto acerrimo; & inde in mortario plumbeo mixta super imponantur.

vel

℞. pollinis chalibis ℨ ij. Boli armenæ vn. ss. Olei ros. omphac. vn. j. M. & liniatur tuber, inde super imponatur lamina plumbea.

De Parothide. Cap. II.

TUmores, quos usq; adhuc proposuimus, aut quæcunque, aut plures corporis partes occupare possunt. Modò de his dicā, qui alicuius particulæ peculiares creduntur, à capite orsus,

sus, in qua nihil est magis cõspicuũ parothide: iã enĩ diximus superius de meliceride, & atheromate, quæ ferè in capite oriũtur. Parothis igitur iuxta aures sonat, à quo nomen habet, quia frequens eius locus post aures est: veluti parodontidas eas appellant latini, quæ iuxtà dentes oriuntur. Galenus παρωτίδες appellauit, & eadem, quæ latina, vox græca est. Ex Auicenna hoc malum ex genere abscessuũ est, quẽ locus distinguit. Est enim parothis abcessus post aures, & sub ipsis auribus oriri parothides solent, glandulis videlicet,

Causę *quæ iuxtà aurem sunt, affectis: idq; interdum in secunda ualetudine, ibi inflammatione orta, modò post longas febres illhuc impetu morbi conuerso: sed febribus plerunq; superueniunt, nam multi crassi, & crudi humores ex febre in caput feruntur, ac in glandulas parothides deponuntur. Satis notæ, per se parothides sunt, nam tumor durus plerunque post aures sentitur, nullasq; magis peculiares notas hoc malum habet;*

Signa *si verò tumor non est, timeri facilè potest, nè erumpat si æger veluti ex ciborum repletione fastiditus est. si morbus hebes est, & deorsum vergit: vel acutus, qui sursum repat: si ceruicis grauitas adest: si capitis dolor, & faciei tumor, & rubor: si frequens respiratio est: si somno vltrà modum vrgetur æger, si ab oculis pituita profluit; & oculi caligant. si nigra stercora prodeunt, & tussicula cum frequenti sputione, & surditate: si cum somno supradicto hypocondria tensa apparẽt, & fastidium adest. Ab ineunte verè fieri solent parothides sine dolore, sine operationum impedimento, sine febre, aut ea non diuturna.*

Indicationes. *Qum parothides abscessus genus sint, eosdem scopos habere debet medicus in his, quos in absceſſ bus habet; nullamq. nouam curationem desiderant. animaduersionẽ tantummodo*

hanc

hanc habent necessariam, quia, si parothis sine alio morbo intumuit, primum experimentum reprimentium est. si aduersæ alicui valitudini succedat, supprimere inimicum est: maturariq; & quamprimum aperiri commodius est; & præsertim, si in capite malum confirmatum fuerit, euocantia potius conueniunt. & etiam, si post febres oriatur parothis, naturæ conatus auxiliari debemus. &, nisi plurimum ipsa deposuerit, medicamentis attrahere: nam tunc, quæ aluum ducunt, commodiora sunt, aut venæ sectio, si sanguis plurimus est. si tumor durus est, mollientia euocantibus miscere oportet: repellentia rarissime conueniunt: quumq; adhibenda sunt, semper discutientibus misceri debent; quæ sola inueteratis aptissima sunt. Dolor lenientia postulat; crassities materiæ attenuantia.

Prognosticum.

Plerumq; parothides, quæ sine dolore sunt, diuturnæ sunt, cæteræ vigesima die ferè suppurantur; interdum etiam per se consumuntur, & in vessicam vertuntur. Vt cumq semper ad suppurationem verti melius est; nam hoc modo etiam febres tollere potens est.

Cura manu.

Interdum, dum materiæ impetus est, cucurbitula attrahimus, nè retrocedat; in coeteris & secari, & vri debent parothides, prout eorum materiæ resistentia, & suppuratio postulat; quod in alijs tumoribus, & præcipuè in strumis explicatum est.

Simplicia applicanda

Acetum feruens aut spongia, aut lana superimpositum tollere parothidem dicitur, sed præcipuè eam, credo, quæ ex pituita est. At idem quoq; posse testantur auctores nonnulli buccinam, & ferè quamcunque testã marinam vstam melle, aut adipe exceptam. aiunt enim vetustas discutere. cineres quoque, sed minus, eas discutiunt. Tritici farina, aut hordei, aut seminis lini ex mulso cocta, aut fœni græci,

aut

aut maluæ, aut sertulæ campanæ decoctione dolorem tollit: si vero aridæ ficui, & oleo miscetur, suppurat. si maiori vi opus est, eo uti possumus, quod ad strumas ualere diximus. Ex aridis farina, & stercore colūbino ex vino coctis vtimur, aut stercus colōbinū ex aceto teritur, aut calx uiua cū melle: aut bonum erit lupinorum farinam cum melle coquere, & parum calcis addere, ac super imponere. Per initia lanam butyro imbutam superimponere satis est, aut plantaginem cum sale, nisi dolor vehemēs est: aut rumicis sylvestris radicē ex vino fuluo tenui, medij temporis coctam, aut butyrum cum ficu. valet ad easdem marrubium cum sale tritum, aut solus sal, si perfricetur; & mustellæ sanguis, & totius vstæ cinis; si duræ sunt, cum oleo ex lilij bulbis, & vrtica.

Composita applicanda *Ex compositis laudauit Celsus illud Protarchi, quod habet pumicis, resinæ pineæ liquidæ, thuris fuliginis, spumæ nitri, iridis singulorum P. xviij. ceræ P. xix. miscetur bis, atq. olei cyatum, dimidiumq. adijcitur. & etiam Clesipontis, quod constat ex ceræ creticæ, resinæ teribinthinæ, nitri quàm ruberrimi singulorum P. semis, olei cyatis tribus. sed id ante per triduum instillata aqua teritur, & cum sextario eius incoquitur, donec omnis humor consumatur. Galenus uero Heræ medicamentum proposuit quod habet iridis, gallæ immaturæ, myrrhæ singulorum P xvi chalcitidis P. xvij. & semis chalbani P. xxij. scissilis terebinth singu. P. xxij. & semis, mannæ, propolis. singul. P. xxxv. spumæ argenti, bituminis iudaici, terræ ampelitidis singul. P. xc. mellis heminam; olei heminas sex. argenti spuma, bitumen, & ampelitis oleo coquuntur. Pro varia parotidis causa varia etiam victus ratio adhibenda est modo, qui supra positus est, sumtq; præterea infernæ partes excidendæ, vt eo materia feratur.*

OF-

OFFICINAE.

Ad parothidas pueri.
R. Butyri rec. vn. I
Salis com. ʒ I. ss
M. & excipe lana succida, & super impone.

Ad parothidas incipientes
R. aq. plantaginis }
Violarum } ã. vn. ij
Aceti vn. I
Mellis vn. ss
M. & spongia his madefacta foueatur parothis.

Ad parothidas abscessus
R. Rad. altheæ vn. I
Sem. lini }
Fœni græci } ã m. I
Fl. camomillæ }
Iuris capitis castrati lib. I.ss
Bulliāt omnia simul & adde Farinæ hordaceæ q. s.
Vt fiat empl: app.

Ad parothidas dolentes
R. Butyri recent. }
Olei com. } ã. vn. I
Medullæ panis vn. ss
Fol. hyosciami m. I
M. omnia S. A. & applica

Ad parothidas induratas
R. Farinæ lupinorum vn. ij
Stercoris caprilli un. I
Oxym. q. s. ut fiat empl. S. A. & app. super lana

vel

R. Farinæ lupin. vn. ij
Calcis }
Stercoris columb. } ã vn. ss
Olei oliu. }
Vini albi } ã. vn. iiij
Coquantur omnia simul, & app.

uel

R. Axungiæ veteris vn. I
Picis }
Olei antiqui } ã vn. ss
Sem. hyoscyami }
M. & applica.

De oculi magnitudine. Cap. III.

IN oculis vitia frequentiora, conspectioraq; sunt; vt etiā leuissima quæq; si in eos incidant, omne decus abripere possint; vt mirum non sit, si inter tumores quædam etiam annumerare audeo, quæ attolli minimè videntur. Id enim est oculi decus, & præstantia ad formam, vt benè quicquid le-

uissimum inest, etiam si non attollatur, magno alterius partis tumori comparari possit. Primùm dicam de his vitijs, quæ ad uniuersũ oculum spectare videntur: mox de his tentabo dicere, quæ plures partes occupant: postea de his loquar, quæ singulis membranis accidunt; ac demum de his differam, quæ angulos oculi deformes reddunt: quæ, quia in conspectu sunt, tanquam cutis vniuersæ vitia habeo. Ac primùm de oculi magnitudine, quæ græcis μεγαλοφτε arabibus العين قبير dicitur, dicam. quæ vel ex natura est, vel ex morbo. vtraq; decori detrahit. quæ ex natura est, plurimam humiditatem portendit ferè totius corporis, aut saltem eiusdẽ oculi, qua tumet, & tardus fit. scire hoc loco licet differre plurimùm oculum magnum à pingui nam pinguis, & facilem animam, & misericordem, & ad amandum idoneam significat, ideòq; qui cæteris par est, formã potiùs auget, quàm imminuat at magnus segnitiem, & bouis naturam præsefert, qua species insulsa, fit & indecora. Oculus, qui morbo tumet, siuè ex ictu, siuè aliquo spontè influxo humore fuerit, neq; diuersam morbi rationem habet eorum tumorum, qui vniuersam cutem posse occupare diximus, nec aliam curationem exigunt, præter quàm, quod vehementia medicamenta, etiã si aliàs morbo debeantur, tamen oculus non sustinet. quapropter sunt semper in oculo mitiora eligenda. Si magnum natura contigit, si fieri potest à puero, sin minùs, quàm citissimè linire oculum oportet pastillo ex plumbi scobe, acaciæ succo, terra erithria, lentisco, & his similibus confecto. hæc polygoni succo priùs subacta, vbi vsus exposcit, eodem humore iunguntur; sinunturq; super oculos cõcrèscere, vt oculi humor exauriatur. si verò totum corpus humore plenum est, notis medicamentis exiccantibus digerendus est humor. etsi hos

præ-

præsidij genus minus conducibile videtur, nam, etsi totum corpus consumptum fuerit, oculi tamen modus idem permanet, & idem respectus ad cætera membra.

Aer his, & alia, quæ ad victus rationem pertinet, talia adhibere oportet, quæ imminuant

OFFICINÆ.

Ad Oculi hebetudinem.

R. Succi rutæ
Polygoni
Roris cœlest. ā. vn. ſ
Oculus foueatur
vel
R. Fellis galli
Aquilæ
Testudines ā. vn. ij
Ericii
M. in vase æreo, ac per plures dies sub sole sinito, inde oculos illine.

Ad oculi percussionem.

R. Verbenacæ cōtusæ ā vn. ſ
Albuminis oui
Boli armenæ ā. vn. ss
Cerussæ
M. & liniatur oculos
vel
R seui caprini vn. ſ
Resinæ pineæ vn. ss
Boli armenæ ʒ ij.
M. & liniatur frons

Differt à staphilomate, quia in hoc malo nulla ruptio corneæ est, sed totus oculos exit.

De Proptosi. Cap. IV.

Προπτωσιν οφθ. græci [Arabic] *arabes vocant id vitium, quo oculi procidunt, ideoq; latini oculi procidentiam appellant; & ex barbaris nonnulli oculi exitum, alij expressionem dixere. & tale uitium sedis esse, non situs Hipp. testis est, & res ipsa demonstrat quando nō circumuoluitur oculos, sed sua sede propellitur. Id nonnunquam fit, dū ingens inflammatio, aut cuiuscunq; humoris effluxus tante* Præd. lib. 2 T. 28.

impetu erumpit, vt oculos sua sede propellat; siue sponte eruperit, seu vi aliqua humores, musculiq; adurgeantur. septimus præsertim, qui neruo adhærens firmare oculum solet, vt in his, qui strãgulãtur, accidit, his, qui luctatione exercẽtur, qui vomitu valido vexantur, qui vehementer clamãt, qui sub graui fasce laborant, & fæminæ, quæ difficilem partum habent. his omnibus oculus vrgetur, quod ex accidenti lædi, recentiores dicunt. At ipse oculus vitium habere propriè dicitur, dum resolutione, quam paralysin græci nominant, procidit. quod interdum ex ictu, interdum ex morbo comitiali. fereq; ex distensione neruorum, qua vehementia oculus ipse concußus est, & ab humore nota cuiuscunq: partis resolutionis causa. Manifestißimum est hoc vitium, nè signorũ indigeat. num verò propellatur, an resolutus sit oculus, cognoscitur: nam propulsus consistit, & quamquam segniùs, tamen ad voluntatem mouetur. at, qui resolutus est, neque quòquam intendi potest, nec omninò consistit, sed huc, illhuc sine ratione mouetur, ideòq: nè conspectum quidem rerum præstat. & in hoc malo acies in eadem magnitudine permanet: dum uerò repletur oculus, aut adurgetur, maior fit, quàm esse ex natura soleat, quia intenditur. Cura eum propositũ primum habet, vt oculus in suam sedem redeat, & consistat, quo rerum conspectum præstet. & huc refectur omnis causæ amotio, qua compellitur oculus, aut neruus resoluitur. Quæ consequi non est difficile, si musculus adhuc propellenti resistit, si verò cessit, & resolutus est, sperari reditus nõ potest; nã hoc modo, etiam cessante causa, prolapsus remanet. deinde futurum, vt aut inarescat is, aut in pus vertatur, nam scire oportet lumen esse amißum.

Si humor compellit oculum præsertim cum ingenti inflam-

imatione, si vires patiuntur, sanguis mitti debet ex fronte, vel naribus, & ab occiptio, incisa cute, cucurbitula admouenda est: ac, si etiam non impulsus procidit, in temporibus venas adurere. Quod si per hæc quoque medicamenta restitutus oculus in sedem suam non est, iamq; desperata res est, & suppuratio se ostendit, ab eo angulo, qui proprior tempori est, incidi oculus debet, vt, effuso pure, & inflammatio, & dolor finiatur, & intus venæ tunicæ residant, quo minus fœda postea facies sit. at si induruit, & sic æmortuus est, nè in pus verteretur, quatenus sede prominebit, excidendum erit, sic vt hamo summa tunicula apprehendatur infrà id, deindè scalpellus incidat, tùm medicamenta erunt conijcienda, donec omnis dolor finiatur.

Si sanguis mitti non potest, aluum ducere saltem oportet. At extra lenissimis medicamẽtis opus est, vt Cleonis collyrio, quod habet papaueris lachrymæ frictæ P xi. croci P. xi. gummi P. xi. quibus, cum teruntur, adijcitur rosæ succus. Neque alienum est malicorium, vel sertulam campanam ex vino coquere, deindè conterere, aut myrtum nigram cum rosæ folijs miscere, aut hyoscyami folia cum oui cocti vitello, aut farinam cum acaciæ succo, vel passo, aut mulso. Quibus, si folia quoque papaueris adijciantur, aliquantò valentiora sunt. Horum aliquo præparato penicillo fouere oculos oportet ex aqua calida expresso, in qua ante, vel myrthi, vel rosæ folia decocta sint, deindè ex illis aliquid imponi. Si excidendus est oculus, postquam excisus est, utendum ijsdem collyrijs est ex lacte aut ouo, vel croco, cui album oui miscetur, donec omnis dolor finiatur. Hijsdem medicamentis in eo quoque oculo vtendum est, qui primùm procidit, deindè per plura loca fixus

est,

est. Prodest etiam, vbi resolutus oculus est, & vbi pituita replet ur pellitur, gargarizando pituitam euocare, & toto corpore, ac capite prius probè expurgato, suffumigare oculos acribus medicamentis, vt per lachrymas omnis humor discutiatur; longiorem quoque diætã indici necessariũ est, dũ humoris concursu oculus arcetur. dum verò resolutus procidit, victus optimus est, qui pituitam extenuat.

OFFICINAE.

Ad Proptosin.

℞. Boli armenæ vn. 1
Tutiæ præp.
Sang. drac.
Gummi arab.
Tragacanthes } ã. vn. ss
M. omnia trita in aqua rosacea, & coquantur per horã in duplici vase, & in fine adde vini granat. acid. vn. ii coletur, & hac decoctione foueatur oculus.

vel

℞. Fol. rosaruo
Oleastri
Polygoni
Rubi } ã. m. i
Aceti q.s. vt his contusis fiat decoctio, & app oculo, nisi ingens dolor adsit.

vel

℞. gall. immatur.
Suc. uirgæ pastoris
Polygoni } ã. vn. ss
Bull. in vini dulc. q.s. & addito oui albumine app. oculo.

De Lippitudine. Cap. V.

Post totius oculi mala lippitudinem posui, quia ambiguũ apud auctores est, totius, ne oculi, an certæ particulæ morbus sit. Aristoteles, & Hipp. totius oculi morbum dixere: ille enĩ æstus, vt in corpore febrẽ, ità in oculo lippitudinem gignere protulit. hic verò effluxum ad oculos lippitudi-

nem vocauit, at Galenus singulare vitium cuiusdam tunicæ dixit, & post eum pænè omnes, qui de hac re scripsere. ideò cui placet totius oculi morbum dicere superioribus addat, qui partis, his annumeret. lippitudo, ophtalmia, inflammatio, seù perturbatio, psorophtalmia, sclerophtalmia, & xirophtalmia nomina sunt latinis, græcis, & barbaris eiusdem, aut penè eiusdem significationis. his annectunt alij phimosin, & chimosim, hyposphagma, & ectropium. hoc malum alij oculi intemperiem, alii vitiatam figuram, tumoremq; dixere. non, credo, quia varia sit auctorum sententia, sed quia, cum sit in hoc malo ferè æstus, & tumor simul, ex his quisq; recensuerit, quod potius habuit. Generalia vocabula græcis quidem λημαι, latinis lippitudo sunt; رمد arabibus, & apud plures auctorum; & si Paulus communius vocabulum taraxim, seù perturbationem accipiat, & sub hoc malum lippitudinem deducat. Hæ autem, vt nominum, ità & rerum sunt differentiæ: vt lippitudo, seù ophtalmia externæ oculorũ mẽbranæ tumor sit. Inflãmatio interdũ hoc idẽ: interdũ significet quęcumq; humoris effluxũ in quãcunq; oculi partẽ, aut in totum oculũ, sed sanguinis præsertim. Taraxis apud quosdã, seù perturbatio, vt apud Paulum, omne oculi vitium amplecti videtur, apud alios ipsam lippitudinem significat, seù incipientem, & non dum expletam. psorophtalmia lippitudinẽ quidem, sed quæ scabie palpebram occupet. Sclerophtalmia oculi duritiem, motumq; difficilem habet sine lacrima. Xirophtalmia est lippitudo arida Aetij cum pruritu, & sine lachryma, in hoc differens à psorophtalmia, & emphiesmate pruriginosa, quod in hac oculi externa tunica prurit, in illis palpebra. At verò phimosis fit, quando ex inflammatione palpebræ committuntur, nè amplius diduci ab ægro possint, chymo-

thymosis, quando inuertuntur. quod malum in eo differt ab ectropio, quòd in chimosi prae inflammatione palpebra inuertitur: in ectropio aut cicatricula, aut caruncula.

Hyposphagma est, venarum externae membranae abruptio.

Causae Hip. de gland. T. 9.

Fit in genere lippitudo ex humoris effluxu ad oculum, & praesertim ad externam oculi membranam, quam diximus. Humor quilibet hanc potest inducere. sed sanguis praesertim, & bilis. potest etiam à spiritu gigni. Verùm bilis atra, & pituita rarò sine tenuioris humoris admixtione deducuntur: sunt enim humores crassiores, quàm possint quolibet irruere: sed hi ferè humores aut sanguinem, aut bilem, aut spiritum admixtum habent, quo vehuntur, & in quo attenuantur. Sanguis, bilis flaua, & spiritus soli etiam possunt in oculum irruere: sed ferè admixti profluunt, & interdum prae copia nocent, vt bilis atra, pituita, & sanguis, & spiritus: interdum praua qualitate, vt hi ipsi humores, dum corruptione aliqua segnitiem suam, ac temperiem exuunt; & bilis flaua acredine naturae, ac spiritus etiam prae motus uelocitate. Qui humores aut simul, aut singuli modò redundant in capite tantùm, modò ab vniuerso corpore profluunt, aut per venas, aut per arterias, aut per vtrumq; ductum humorq; eò ducitur, vel transpositus: qum copia, aut qualitate totum laedit, & caput; quo fit, vt laesa pars humorem propellat, & ad oculum vertatur humor propulsus. interdum caput praesertim, & oculus (quod frequentius accidit) quacunq; aeris varietate conflictatur, dum modò calor, modò frigus mouet, quae res maximè distillationes parit. nam, si caput calefactum subito frigore excipitur, adeò partes adurgentur, vt omnem humiditatem effundant, & hae profluant. Si prae frigore constricta

Gal. de ocul. T. 9. Alex. l. 1. c. 23.

membra repentino calore laxantur, omnis humor, qui inter ea adherentia continebatur, procidit. in quibus etiã mutationibus fræquentiores sunt lippitudines; si frigida tempestas præcesserit, qua plurimus humor induci potuerit. Ideòq: memoriæ prodidit Hippocrates lippitudines maximè oriri humidas non graues, nec diuturnas, vbi hyems præceßerit frigida, ex qua homines capita habere frigida, & humida par est. de aer.aq. & loc.T.3. & 4. *Atq:, si hyems sicca & borealis præcesserit, ver autem pluuiosum, & australe, lippitudines inducit; æstus enim de repente accedit, terra humida existente, à vernis imbribus, & ab austro necesse est æstum duplicatum esse, & à terra irrigua, ac calida, & à Sole urente, atque hac de causa, Galen fieri protulit lippitudines potiùs, quàm cæteros morbos cum ver pluuium, & aquilonibus subditum, & nubilũ.* de aer.aq. & loc.T.25 *Diuturnæ quidẽ fiũt lippitudines ab humore plurimo, quià humor coctioni resistit, cum multùs sit, & diùfluere, ac redire properet, nè oculi uis sufficiat ad consumptionem eius; à frigore verò, vt qui calorem concoquentem obtundit. Ideòq: frigida lippitudo etiam dicitur, quæ pituitosis, ac frigidis humoribus in capite redundantibus fit. siue hos ea tempestatum constitutio promouerit, quam supra retulimus, siue subita mutatio aeris expreßerit, vt accidit dum dissimiles tempestates immiscentur, aut dum quis aeri frigido sese exposuerit, ac diù permanserit, præsertim post balneum.* Comm. 2. de mm.vu-lg.coſt.2.T 6: Gal.comm. in mm.vu-lg. coſt.2. T.6. Auu.l.4.f. 2.T.1.c.13. *Nec minorem huic malo præbere potest ex externis causis siccitas tempestatis. nam, etsi idem malum est, contrarijs tamen ex causis gigni potest, quandoquidem ex Alexandro, vt supra diximus, interdum copia, interdum vis humoris attenditur. copia quidem in humidis superius positis tempestatibus exuperat: vis in siccis maior fit.* Aetius l.7. c.xı.

Oo *Ideòq:*

Ideòq; in ciuitatibus quas auster neutiquam perflat, sed septentriones, pessimum genus lippitudinis accidit ex siccitate: duræ, videlicet & vehementes, quibus protinus oculos rumpi contingit; itemq; si æstas arida, in qua perflatus sint à septentrionibus assidui: aridæ lippitudines oriuntur: his præsertim corporibus, quæ bile plurima abundãt, in his enĩ tenues excitantur humores, sed quibus acris uis inest. Præter aeris intemperiem diuturnam, qua humores aut multi, aut acres fiunt, qui possint affluere; ac præter subitas tempestates, qua ingeniti humores, aut exprimuntur, aut exoluti pro cidũt absq; interni humoris cõcursu, aut quàm minimo, lædere oculũ dicitur, & lippitudinẽ inducere Sol, fumus, puluis, & ipse alterius lippientis conspectus. de solis radijs, fumo, & puluere nulla oritur dubitatio, quin possint acredine quadam, & humores quosdam in oculũ deducere, & acris sensus vesti gia imprimere, quæ diu oculus retineat, & facillimè suscipiat, vt ei facilis ad oĩa excipienda natura est, ẽt ad spiritalia. & veluti in ambusta aliqua corporis particula diu remanet urentis corporis impressa imago, & dolor adurens, ẽt adurente sublato: ità ẽt poterit Sole, puluere, & fumo remotis, persistere noxia, eorũ qualitas, præsertim in membro nobilissimo, & suscipiẽdis impressionibus apto. Maior est difficultas quomodo possit ipso aspectu torqueri. Gale. actor est: si quis lippos oculos intueatur, primùm eius oculos humore impleri, ac subindè, si acriùs, ac diutius aspiciat, ipsum quoq; eodem effectu corripi, eò quia oculi, affecti formidine correpti imbecilliores fiant, & faciliùs propterea accepto corripiantur. Aristoteles quoq; nobilissimum esse membrum oculum refert, quodq; omnium maximè obiectis similé reddatur; qui igitur lippienti propè accesserit, eum spiritum trahere opinatur, quem æger reddiderat,

Hip. de aer. aq. & loc. T. 6.

Gal. de ocul. T. 8.

Com 2. in Hip. de hum. T. 32.

Sect. 7. probl. 4.

rat, quare intuentem facilè similem contrahere morbū, quia insalubre est, quod spiritu attraxerit. Magnorum virorum auctoritatem in re difficillima attuli, ut quisq; quod sibi verosimilius videtur, accipiat. Firmiorem ego eiusdem Aristotelis sententiam habeo, qua tradidit oculum & ratione nobilitatis, & facilitatis ad sensus omnes excipiendos facilè eorum omnium, quæ obijciuntur & aeris sub quo manet, & exponitur qualitates, ac qualitatum mutationes admittere, & ab ijsdē perpeti. Cui sententiæ adderem lippitudines maximè ab aere pendere, omnesq; morbos, qui ab aere pendent, quum aer omnibus vnus sit, omnibus pariter communes esse, aut penè omnibus, prout ad suscipiendum idonea habent corpora, velutiferè omnes æstate sudant, ac hyeme algent. Qui igitur sub eadem regione degunt, comunes profectò aeris tempestates habent, qui in eadem ciuitate præter aeris constitutionem, situm quoque, positumq; cōmunem habent; qui verò eodem habitant aedificio, aut ob personæ conditionem simili victu, aut vestitu vtuntur, absq. dubio ad aeris alterationem excipiendam æquè disposita habent corpora, & hi sunt, qui vel affinitate, vel consuetudine, vel cognatione, vel negocij cōmunione alter alterū alloquitur, & intuetur. Quare, vt accidit vuas in eodem positu constitutas simul maturescere, vndè dicitur. Vuaq; conspecta liuorē ducit ab vua, *ità viros eiusdem conditionis, & corporis, sub eodem aere, eodem tempore, eodem morbo affici. Diciturq; fortasse, & in lippitudine, & in quocunque morbo, qui contagione propagari creditur; dicitur, inquam, opportunè communicari affectionē, quæ prædictas ob causas iā diù cōmunis erat, neq; ex alio in alium morbi transitus est, sed in singulis simul, aut prope simul eruptio. Igitur quicumq; effluxus cuiuscuuq; ma-* Sect. 1. probl. 19.

teriæ oculũ apprehenderit ab initio taraxim, seu perturbationem gignit: ubi confirmatum malum est, lippitudinem, seu ophtalamiam. si sanguinis effluxus est, inflammatio est, si salsa pituita unà effluit, & postquam ad oculum accesserit, à cæteris humoribus seiungitur, & ad externa depellitur, psorophtalmia fit; si melancholiæ plurimũ est, aut lenta pituita induruit, sclerophtalmia. Si acris humor minimæ quantitatis est, Xyropthalmia, seu arida lippitudo. dum humoris effluxus, & imflammatio externas palpebrarum partes occupat phimosis; dum internas chimosis apparet. At ectropij aut ulcus præcedens, aut plurimus humor carnem addens causa est. ac hyposphagmæ humoris effluenti impetus, & acredo.

Signa Praedicunt maximè lippitudines aridae tempestatum constitutiones, & ea omnia, à quibus gigni diximus, si præcesserint. Notæ verò, quæ præsentem ostendunt, sunt primò tu-

Hip. de glànd. T. 9. mor, nam oculi in ea intumescunt, & lacryma ut plurimum sequitur, ac crassa pituita oculos occupat ac, si vehemens lippitudo est, omnia quæcunq; circa oculos sunt usque ad malas attolluntur, cæterasq. omnes notas habet, quæ in coeterarum partium inflammationibus, ac tumoribus habentur, tumorem, inflammationem, duritiem, ruborem, ac præter eas lachrymas, dolorq: in lippitudine, dum cætera paria sunt, vehementior habetur ob membri nobilitatem, ac præstantiã. lippientes quoq; lux redarguit, ac lædit, fusca verò, & cærulea sine molestia intuentur. Singulariter intensus rubor sanguinem ostendit, facies quoq: in eo rubore suffunditur, &

Alex. lib. 1. c. 23. turget, venæ prominẽt, grauitas est, & ad operationem hebetior est oculus, neq: lacrhymæ acres admodum sunt. liuor melancholiam admixtam significat. calidos humores dolor vehemens sequitur, frigidos remissus lachrymæ, quas mærendo

redo emittimus, calidæ sunt, quas oculis laborando frigidæ) in quibus, si inflammatio fit, tumida fit, & plumbea, neq; in his oculus plerunq. est ualdè rubicundus, aut perturbatus, lachryma extillat ferè per externum paruum angulum, quandoq; et per maiorem modica, ac frigidissima, at post longum tempus etiam inflammantur palpebræ, & punctura succedit. Arist. 31. plob. 24.

Medicamenta omnia ad hanc affectionem idonea sub comunem omnium inflammationum curationem veniunt. aßumere tamen necesse est aliquid pro eiusdem particulæ natura, mollicie, sensus acutie; ac corporis raritate ac medicamenta, quæ materiam ducunt, sunt adhibenda, mox quæ repellunt, neq: exasperant, quæ uidelicet adstringendi vi plurima non pollent, quorum, & natura moderatior sit. et, si quid exuberat lenientis alicuius humoris mixtione moderetur, quæq: persistit, materia educatur, & dolor tollatur. Indicatiões Gal. lib. 4 1. comp. ph. 5 lib. c. 2. & de oc part. 6. c. 5,

Atq: hoc modo optimè succedit permutari lippientes oculos: præsertim, vbi lachryma, & craßa pituita, & tumor simul incæperint, itemq; si lachryma pituitæ fuerit permixta, & non valdè calida, ac pituita alba fuerint, ac mollis tumor, lenis, solutus, noctuq: oculus conglutinabitur, & sinè dolore erit, res minimè periculosa, & non diuturna est ac per omne durationis tempus considerare oportet pituitæ consistentiam. si enim digito admoto misceatur, albaq: ac mollis fiat, maximè sub indicationis tempus proximè futurum penditur, vt finiatur. Itemq: tumor magnus, & sine dolore, & siccus absq; periculo est, ac, si lippiēti febricula accesserit, tollitur lippitudo, ac sæpè, grauis somnus, sæpè sudor, sæpè alui deiectio pituitæ cursum finit. His enim interdum vno die dolor remittitur, & passio declinat, ac statim sanitas subsequitur . . nonnunquam verò post curationem capiti adhibitam, Prognosticum.

atque

atque curati vel nullam amplius, vel vnam tantum accessionem passi sunt, eandemq; minorem, quam prius. At diuturnum fore malum expectare oportet, si lachryma procedit multa, & calida, pituitæ paulum, tumor modicus, idq; in vno oculo est; sed sine periculo id futurum est, idq; lippitudinis genus cum dolore est, sed vix ante vigesimam diem tollitur, nonnunquam per duos menses durat, sed quandoq; finitur. Redit interdum hoc malum, si ægro contigit melius habere in diebus non iudicatorijs, & malis indicijs persistentibus. solet etiam euenire nonnunquam siue tempestatum vitio, siuè corporis, vt pluribus diebus, neq; inflammatio, & minimè pituitæ cursus finiatur. Tempestatum quidem, vbi hæ humida, & frigida fuerint; humiditas enim coctionem retardat, quo aut diu perduret malum, aut si abierit, redeat. Frigus verò oculorum membranas constringit, nè humor expiret, & peius æger habeat: Corpus verò, si densis humoribus repletum fuerit, & crassis, (accidit enim interdùm propterea in duritiem abire hanc affectionem, vt paulatim ad coctionem ducatur, & diu perseueret.) qua de causa lippitudo sicca, mala. ac, si statim à principio glutinosi aliquid apparet aridum, id cruditatis indicium est, & diuturnã fore lippitudinem ostendit. quarè, & tempestatis, & corporis frigida intemperies longam lippitudinem faciunt. ac spatium videtur Hipp. pessimum in lippitudine censere, etsi ratio potius suadere potest & vlcus, & oculi ruptionem deteriora esse. & tamen probatissimus auctor memoriæ prodidit optima lippitudinis signa breuitatem promittere, pessima longitudinem minari. Ad quæ scire licet Hipp. notas præbere lippitudinis, vt quæ nullum morbum infert extra sui rationem, & optimam pessimæ lippitudini comparauit. qua ratio-

tione profectò ea pessima est lippitudo, quæ diu persistit, optima, quæ breui recedit. Neque tamen Hipp. aut cuiquam probatorum auctorum dubium esse potest, esse ipsa duratione peius, si ulcus, aut ruptio sequatur, quibus tolli rerum conspectus in perpetuum possit. Vix enim credi potest prætulisse Hipp. cæcitatem, per quam breuis malum finiatur, & dolor, diuturnæ lippitudini, etsi eam assiduus sequatur dolor. Quisq; enim, ut arbitror, quemcunq; dolorem potius sustineret, quàm oculi potentiam, qua cernit, prorsus amitteret. Itaq; peiora his indicia sunt tumor primùm magnus cum dolore, quo timetur, nè oculum ulcus corripiat, aut ipse oculus concrescat. multòq; plus timeri hoc debet, si præter hæc lachryma sequitur calida, & salsa, qua etiam ipsa acies tolli potest. Si verò tumor consederit: verùm lacryma multa, multoq; tempore cum pituita profluit, & pituita adest, viris quidem exulcerationis ex palpebris timor est; pueris verò, & mulieribus, quæ teneriores carnes habent, & palpebra inuerti, & ulcus sequi potest. Peius etiam num est, ubi pituita calida, aut liuida est, lachryma calida, aut multa profluit, caput calet, à temporibus ad oculos dolor peruenit, urget nocturna vigilia. si quidem sub his oculus plerunq; rumpitur, uotumq; est, ut tantùm exulceretur. Prodest his tamen febricula accedens, aut dolor ad lumbos innixus. Ac, si uterq; oculus hæc patitur, maius periculum subest exulcerationi: cum partiri amplius, & trasponi materia nequeat. uerùm breue hoc malum est. Si oculus ruptus est, & per scissuram prominet, malum difficilè sedatur, aut sine auxilio est. si verò etiam putredo subest, inutilis prorsus redditur. Tumor magnus, & siccus, præter quàm ulcus minatur, etiã hoc ex ulcere ferre potest, ut palpebra oculo agglutinetur. Ac si de nigro aliquid al-

bum

bum factum est, diù manet, si verò asperum, & crassum est, etiam post curationem vestigium aliquod relinquit, atq;, qui prædicere cupit, quid post vlcus futurum sit, locos inspicere oportet, & profunditatem, si enim summa putredo est, locus iuxtà pupillas, & materia altiùs insedit, quo vis minor arguitur, (Vis enim valida vltrò propellit ad externa) summus timor est.

Venæ sectione lippitudinem tolli auctorem pæne omnium consensus probat. Itaq;, si graues dolores sunt, commodiùs secundo die, si tamen res Vrget, etiam primo sanguis mittendus est, Vtique, si in fronte uenæ tument, si firmo corpori materia super est quibus agnoscitur, non in omnibus, sed in quibusdam huiusmodi dolorum Venæ sectionem conferre dum Videlicet sanguis plurimus in corpore est, quod ex venarum tumore patet. Nam, si bilis fuerit, quæ dolorem mouet, vtiq: sanguine detracto, qui admixtus eius Vim refrenare solet, ea acrior fiet, & Vehementiores dolores mouebit: si pituita doloris causa est, si sanguis demitur ea grauior, & coctioni rebellior fiet. Quare dum sanguinis indicia adsunt, & caput graue est, nisi quid aliud est, quod prohibeat, Vena secāda est, quæ in humero est, amplaq; scißura in ea Vena facienda est, Vt crassior sanguis effluat, & animæ defectus promptior fiat, sic enim dolor Vnà, & inflammatio extinguitur. in humero eam venam eligit Alexander, quæ a capite recta ad eum duci creditur, ac Rhasis eius humeri Venam aperit, qui ægro oculo contrarius est, cuius mensura, vt in omnibus, ab inflammationis Vehementia, & virium presentia habenda est. Post hæc hyrudines fronti, qua parte oculus dolet, applicandas esse Paulus præcipit. & rectè à loco detrahit, postquam à toto per opposita plurimum demptum est. Idem

quoq:

& Galenus cucurbitulam occipiti adhibendam esse præcipiunt, sub qua cutis incidenda etiam est, si res postulet, ut humor detrahatur.

At cæteri humores, à sanguine, medicamento duci debent, si summa eorum uis est, illicò ante uenæ sectionem, si sanguini sunt admisti, post eam. Si enim spontè fusa aluus lippientes iuuat, idem ars præstare poterit, & reducendo, & retrahendo, ut & aluus inferna, & caput ipsum humoribus noxijs depleatur. Si itaque minor impetus affluentis humoris est, aluus ducenda est, sed non nisi secundo, tertiouè die, quod commodè sequi credit Gal. sumpto infuso è myrobalanis, tum his, quos citrinos uocãt barbari, tùm ut Rhasis ait, tereniabin, & succo fructuum. Alexander vero veratri semunciam cum scammonij, & gummi dragma miscet, & succo brassicæ excipit, ac pastillos efficit ciceris magnitudine, quorum quinque præbet pueris, robustioribus septem, maioribus natu xi. post cibum potiùs, quàm ante eum, ut eorum vis vnà cum cibi effumatione, in caput feratur. Oribasius verò, vt Aetius refert, scammoniæ sumebat, & ellebori corticis sing. vnciam unam, salis ammoniaci, piperis, pulei, radicis panacis, singulorum dr. ij. ex aqua catapotia efficiebat, ac ad dr. ij. et scr. ij exhibet, sic moderatam fieri purgationem referens, alijs non plus scr. iiij exhibent. etiam sola aloes succo brassicæ trita aluum probè ducit; ac, si pituitæ multum effluit, hanc commodè educere creditur euphorbio, pipere, sale ammoniaco præparato admixtis; velnti bilis flaua quidèm aloè, et scammonio ducitur: nigra verò his iisdem, quibus epythimi dr. ij. adiectum fuerit. Cauendum tamen à medicamentis maximè est, vbi febris lippitudini adiuncta est, nàm eò acriores redduntur humores.

At, si summus est effluentis materiæ impetus, eos statim à principio repellere melius est; quod tamen neq: prima die tutum est; tunc enim, nisi modica inflammatio, nihil rectè conijcitur: quia sæpè potiùs concitatur eò pituita, quàm minuitur.) At secundo die graui quoq: lippitudini per indita medicamenta rectè succuritur, vbi vel iam sanguis missus est, vel aluus ducta est, aut vtrumq: factum, aut neutrum necessarium esse manifestum est.

Primòq. his, quæ repellunt, inter quæ sunt cupressi folia; & myrthus ex vino austero cocta, & portulaca, & plantaginis succus. Intybus syluestris, cucurbita, abrotanum, rubi ideæ flos, aster atticus, spongiæ crematæ cinis. quæ vel per se, vel cum cotoneo cocta, vel cum polenta mixta liniantur. Noctu verò, quo commodior quies veniat, non alienū est superimponere candidi panis interiorem partem ex vino subactam: nam, & pituitam reprimit, &, si quid lachrymæ processit, absorbet, & oculum glutinari non patitur. Si graue id, & durū propter magnū oculi sensū videtur, oui albū, & vitellus in vas fundendum est, adijcendumq: ei mulsi paulum, idq; digito permiscendum: vbi facta vnitas est, demitti debet lana mollis benè carpta, quæ id excipiat, superq; oculos imponi. ea res, & leuis est, & refrigerando pituitam coercet, & non exarescit, & glutinari oculum non patitur. farina quoq: hordacea cocta, & cum malo cotoneo cocto mixta commodè imponitur. neq; à ratione horret etiam penicillo potissimum vti expresso, si leuior impetus est, ex aqua, si maior, ex posca. priora fascia deliganda sunt, nè per somnum cadant: at hoc super imponi satis est, quia & reponi ab ipso commodè potest, & cum inaruit, interùm madefaciendum est. Hæc simplicia sunt.

Quæ

Quæ miscētur ferè diuersas facultates habēt, & stipticis misceri, quæ discutiant, solent. Vt acaciæ succo crocus, & iris, & lycium, castorium, mirrha, thus, & similia.

Rhasis commendat, quod constat ex paribus portionibus cadmiæ, foliorum rosæ, aloes, lycij, lentisci, nimpheæ, & croci. his pastillos conficit. ac, Vbi opus fuerit, succo coriandri, aut endiuiæ, aut rosæ excipitur, ac fronti illinitur, & palpebris. Ad quæ, scire licet, ea quæ vim astringendi habent, minimè conferre; cui vena sanguine plena est, aut ei, qui iam glaucos habet oculos, aut eos multis humoribus repletos iam sustinet, nam, quæ astringunt, conclusis humoribus dolorem augent.

Vbi igitur humores multi, & crassi sunt, attenuentibus potiùs vti oportet, quæq; discutiunt ea, quæ in oculis coierunt. ex quibus est abrotanum, helenium, amaracus, alba viola, mel, lilium, sampsucus, serpillum, amomum, cedrus, fuligo thuris, iris, viola purpurea, caseus, nercissus, sesamus, crocū, &, si is non est, thu, passum, anemonæ radix, iuncus quadratus, gentianæ succus, nardum, cinamomum, ricini folia, casia, ammoniacum, cara, ræsina, vua timinia, spuma argenti, styrax, ficus arida, tragoriganus, lini, & narcissi semen, crudus vitellus, amaræ nuces, sulphur. his fouetur melius, quàm linitur oculus. tamen in diuturna lippitudine præstat specillum in allij bulbum immittere, donec eius succo madescant, ac postea sub palpebras specillum immittitur. vel triticum ignitis laminis adurere vino priùs madefactum, & eo humore, quod effluit, dum aduritur, palpebræ illiniuntur. siuè atramentum sutorium melle excipiatur, ac palpebræ, & frons liniatur. præstat igitur spongiam in horum decoctionem demittere, & super oculos imponere, si medioceris dolor est, bis

die, aut semel, si verò vehementior dolor vrget, ter, quater, & sepiùs, præsertim longis diebus. at post fomenta etiam linire non inconuenit. vt ex eo Gal. quod habet stibis usti ac vino extincti dr. xvi. plumbi vsti, & loti dr. viij, fuliginis, thuris, spicæ nardi, myrrhæ torrefactæ, croci, squamæ æris singulorum scr. i. hoc ad inueteratas lippitudines composuit. at ad aridas, & scabras miscet papaueris lachrymæ, piperis albi singulorum dr. ij. gummi, croci, æris vsti singulorum dr iiij. hoc collirium aqua pluuiali exceptum extra illinit, cauteq; nè quid ex eo intùs in oculũ descẽdat. Aliud est Nicetis ex eodem, quod habet pares portiones cadmiæ, spodij, ciprij æris vsti, & loti, papaueris lachrymæ, & myrræ. aqua excipitur pluuiali, nonnullos spodium demere, alios gummi addere monet. ad quod scire licet, gummi cum quasdã alias facultates habeat, hoc maximè præstare, vt, vbi coldyria facta inaruerunt, glutinata sint, neq. fricẽtur. & illud scire etiã oportet, hic quoq; õia medicamẽta singula primũ per se teri, deindè mixta, iterũ adiecta vel aqua, uel alio humore.

Si humor adeò multus, aut pertinax est, vt discuti totus nequeat, partiri debet materia in varias partes, præcipuè eas, quæ iuxtà oculos sunt, & hæ eadem, quæ discutiunt, & euocant in os mittenda, & in aures, & in nares, et etiam in alium oculum, si sanus fuerit, & hoc sine metu fieri nequit. etiam, quæ acria intra anum mittuntur, à capite humores retrahunt: hinc conficere oportet sternutatoria ex pipere, hederæ succo, et betæ, si leuius malum est, aut quis facilè sternutat. in os verò rectè conijciatur ad extraendam pituitam sinapi ex aceto tritum, et melle exceptũ, quod in ore contineatur, donec tenerescat, mox aquam super id assumere, et illud intus os miscere, ac gargarizare.

zare. Auicennas miscet succi cucum asinini dr. i. salis ammon. dr. ij. nigellæ dr. iij. et oleo nigellæ, aut sicionio, aut ligustri excipit, donec ad mellis consistentiam deueniat. mox internas narium partes illinit, aut eius naris, quæ sub oculo malè affecto est, sic enim, quotiès spiritus validè trahitur, sternutamentum excitatur. Atque ante hæc, & cum his, & postquam hæc vana esse conspicuum est, ea, quæ dolorem leuant, sunt adhibēda, & ex his alia sunt, quæ molliùs, & modicè discutiunt, vt fertula campana, apium, lini, & fæni græci semen, vitellus oui, coriandrum, maluæ radix, oleum ex nucibus græcis. & hæc parum quidem dolorem leuāt. sed morbo etiam opitulantur, alia sensus obtundunt: vt papaueris lachryma, hyosciamus, mandragoræ succus, & folia. & hæc valentiùs operātur, quia sensus obtundunt. minùs tamen conueniunt: quia malum non leuant, sed dolorem; imò densando humores magis rebelles reddunt. nequè etiam ipsos dolores amouent, sed distrahunt, nè homo se sentire sentiat. si igitur æger dolorem ferre potest, illis potiùs, quàm his curetur; nam etsi tardiùs remouetur dolor, tamen non redit. verùm quibus summa vtilitatis sit, parùm laudis est, & summa laus ea medicamenta extollit, quæ protinùs leuare morbum videntur etsi verè non leuent. ideò penè omnia medicamenta, quæ ad leniendum dolorem componuntur, papaueris lachrymam admixtam habent, aut aliud simul ex obstupefacientibus. Ad quæ scire oportet, quò grauior quæque inflammatio fuerrint, eò magis leniri medicamentum deberi, adiecto vel albo oui, vel muliebri lacte. ac, vbi neque medicus, neque medicamentum præsto est. sæpiùs vtrumlibet horum

horum in oculum penicillo ad id ipsum facto infusum id malum lenit. Vbi vero aliquis releuatus est, & cursus pituitæ constitit, fœni græci, aut meliloti decoctionem, & lac iuuenis fœminæ adhuc calens infundendum est, præsertim ubi ægro dormiendum est. nam illud, acribus defluentibus humoribus, immixtum eos mitiores reddit. Sed interea robori ipsius particulæ prospiciendum est. quod bene fit immisso penicillo in decoctum rosarum aridarum, quo oculus liniatur. & singulariter laudat Galenus herbam ad oculi robur addendum, quam becchium vocat. At longum malum lippitudo est, ad quod singula quando sunt tentata, & quæ repellunt, & quæ discutiunt, & quæ dolorem quocunq; modo leuant, & quæ robur particulæ addunt, neq; quidquam bene respondet. omnia simul mixta experiri medici solent, quæ siue aliquãdo responderint, siue tandem morbus sub his finitus sponte est, sunt memoriæ tradita ea medicamenta. Ideoq; est illud Auicennæ ad antiquam lippitudinem commendatum, quod habet croci ℥ ss. tragacante ℥ i. myrrhæ, æris combusti singulorum ℥ ij. piperis ℥ iij. vini vn. ix. coagulati vuæ vn. xlv. sicca, dum teruntur, vino inspergenda sunt, &, dum exiccantur, inspergendum vuæ coagulatum, & cum eo terenda, ac decoquantur lento igne, seruenturq; in æreo vase. Eiusdem valoris esse proditur Hermetis collyrium ab eodem descriptum, & Debigori, quæ ex eo peti possunt.

Cura Diætetica. Curari lippitudinem præcipue victus ratione Galenus memoriæ prodidit. Aerem in hoc malo omnium temperatissimum requiri testis est Hipp. qui æstate, & in siccitatibus lippitudines fieri animaduertit, & tamen affirmauit non conducere huic malo caput humefacere, ac pariter Septemtrionibus, & Austro flante commoueri.

Atq;

Atq; vbi inflammatio, tumor, dolor, pituitæ cursus, vtraq; ingruit parte, quæ lippitudo innatavs quibusdam dicitur, abstinentia commoda est. Ac primo die nullum cibum sumere, si fieri potest, nè aquam quidem, sin minus, certè quàm minimum eius. Si verò modica inflammatio est, adeò vehemens auxilium non desiderat, neq; lippienti longum ieiunium necessarium est, nè pituita tenuior, atq; acrior fiat. Sed secundo die dari debet id, quod leuissimum est ex ijs, quæ pituitam faciunt crassiorem, non tamen crassi sint, vt stomachũ grauare possint, qualia sunt oua sorbilia. si minor vis est, pulticula quoq; & panis cũ lacte, & quæ lenia, coctu facilia, vtriq: idonea sunt. insequentibus diebus tantùm adijci cibis debet, quantùm inflãmationi detrahetur. sed generis eiusdẽ. vtiq; vt nihil salsum, nihil acre, nihil dulce, nihil ex his, quæ extenuant, sumatur. nihil potui præter aquam, præsertim his, qui sanguine sunt repleti. Tamen, vt vinum recenti malo est alienum, quia concitare id potest, & accendere: sic in veteribus, quæ nullis alijs auxilijs cesserunt, admodum efficax esse consueuit. Itaq: si neq; inflammatio, neq; pituitæ cursus finiatur. iamq; ipsa vetustate res matura est, ab eo auxiliũ petendum est, vinumq; bibere oportet lene, subausterum modicè vetus, neq; effuse, neq: timidè, vt neq; cruditas ex eo, & tamen somnus fiat, lenianturq: intus latentia acria: itaq: non admodum adstringens exhibendum, flauum, tenue, vt incrassatos humores attenuet: assuetis, & calidis, siccisq; naturis liberaliùs, & quandò ab æstu ortũ duxit lippitudo, & solito meracius, sitq; aqua, qua diluitur, calida, patera ampla sit; & oculos, qui bibit, apertos habeat, vt. lachrymetur, si potest. Sic enim laxantur palpebræ, & se ipsis leuiores fiunt. Ad trasmutationem itaq; nutritionem, humectationem

nem, humectationem, calefactionem, moderatamq; euacuationem vino opus est.

Somnus est lippitudini praecipuè conueniens. cubare tamen super oculum infirmum, & capite depresso, inq; faciem prono apprimè nocens est. nocet etiam caput veste velare, aut corpus abundè operiri. Decumbat igitur æger in tenebris procul à fumo, ab igne, & quocunq; corpore splendido, iaceatq; obliquè modò in dexterum modò in sinistrum latus. at, si tantùm mali est, vt somnum diù prohibeat, eorum aliquid dandum est, quæ anodyna græci vocant, satisq; est puero, quod erui, viro, quod fabæ magnitudinem impleat.

Si inflammatio, tumor, dolor, & pituitæ cursus simul ingruunt, præter abstinentiam apprimè etiam salubre est quiescere. vt hæc sola duo auxilia interdùm modicam inflammationem discusserint. Ergò prima die loco obscuro cubare æger debet, sic vt à sermone quoq; abstineat. Nec verò ad multum tempus contentè intueri confert: lachryma enim prouocatur, cum non possit oculus ad splendida officio suo fungi, facillimèq; malum discutitur, si omnia cauentur, quæ externis accedentia turbare lumen possunt; cæruleus tamen, & viridis, & niger color non adeò lippitudini incommodus est. Sed neq; ad multũ tempus claudere oculũ cõducit, maximè si pituitã calidã habet, lachryma enĩ cõpressa magis incalescit; si verò lachryma nõ est, puluillo arido subtiliorẽ facere cõducit.

Postquam sanguis detractus est, & aluus ducta; iamq; à malo releuatus est aliquis, iamq; cursus pituitæ constitit, reliquias fortasse leniores futuras discutiunt balneum, & vinum. Balneum quidem conuenit, cui inflammatio tumida in oculis est tumore laxo, frigido, albicante: quiq; fluit humor, neq; calidus est, neq; acris, neq; palpebræ cum rubore didu-

cta,

cta, aut conniuentes permanent senibus, & fæminis præpinguibus, ac hyeme. videlicet anni tempore, & ætate, & corpore, quo caput, ac cerebrum frigidum, ac pituitosum est. Igitur lauari debet leuiter ante ex oleo perfricatus, diutiusq; in cruribus, & fæminibus, multaq aqua fouere oculos: deindè, per caput priùs calida, tùm egelida perfundi. A balneo cauere nè quo frigore, afflatuuè lædatur, & os claudere, quo calidus aer atractus subiectã materiam citius transmutet Sed si quis à balneo sensit maiorem oculorum perturbationem, quàm attulerat, quod incidere ijs solet, qui, manente adhuc pituitæ cursu, festinarunt: quàm primùm descendere debet. nihil ea die vini assumere. cibi minùs etiam, quàm pridiè deindè cum primùm satis pituita substitit, iterum ad vsum balnei redire. ad cutem tonderi. deindè in balneo aqua calida quàm plurima caput, atq; oculos fouere. tùm vtrumq. penicillo detergere, & vngere caput irino vnguento, & à balneo detergere. cauendo, nè quid in oculum cadat· quare nec sudantibus illinendum; ac, si tumor frigidior, ac pertinacior est, post balneum caput pulueribus est inspergendum è lauri baccis immaturis, è nitro combusto, ac vino, in quo extinctus sampsucus sit, vini fecæ usta, aut mixtis simul iride, apij semine exiccato, cupressi baccis, & similibus aridis, quæ nec acria sint, & calori modico leuem habent admixtam adstringendi facultatem. quæ pulueres insperguntur post balneum, detersis antea capillis, continereque in lectulo se debet æger, donec omnis calor, qui conceptus est, omnino finiatur, desinatque sudor, qui necessariò ex caloris vi in capite collectus est. Ac, si diebus ijsdem aluus nihil reddit, ducenda est, quò magis superiores partes leuentur; facilior enim in hoc malo cura est,

Ubi aluus bene respondet, si pituita in oculo exaruit, lana bene carpta in aquam demittenda est, qua oculus mundetur.

OFFICINAE.

Ad Lippitudinem incipientem ex Celso.

R. Croci ℥ i.
Farinæ triticeæ ℥ ij
Albuminis oui q.s.
Vt miscendo mellis crassitudinem faciat,
ap. fronti.
vel
R. Succi anagallidis
Summit rubi ā vn. ss
M. & super imponantur ocul.
Ad sanguineas palpebras.
R. cort. rad. fenic.
Ocymi ā m. i
Vini alb. un. iiii.
M. & macerentur per dies tres, inde colaturæ adde.
Omphacii vn. ii.
Pulu. licii
Acaciæ
Tutiæ
Aloës
Sarcocollæ ā. scr. i
Nucis mosc.
Sandal. alb.
Rubr.
Ros. rubr.
M. & oculos foue
Ad lippitudinem prurientem
R. *Vini* albi
Aq. rof. ā. un. ii
Albi. oui indurati vn. i. ss

Contere simul, & per pannum lineum humorem exprime, quo oculus foueatur.
Ad acrimoniam, & erosiones.
R. *Aloes*
Mastiches
Lithargirii ā. ℥ i.
Sarcocollæ
Celidonii succi q. s. vt fiat linimentum, quo oculi liniantur.
Ad lachrymam lippientis.
R. *Vini* albi vn. iii.
Aquæ violarum
Rosarum ā. un. ij
Feniculi
Euphragiæ ā. v. i. ss
Tutiæ vn. i
Lapidis hæmatitis vn. ss
Sang. drac.
Acaciæ
Antimonij ā ℥ i.
Terræ sigill.
Caphuræ scr. ii
Thuris
Mastiches ā. ℥ ss.
Piperis albi
M. & coque in duplici vase ad consumpt. medietatis. & coletur pro vsu.
vel

vel

R. Mastiches
Thuris
Gummi hederæ
Ladani } ā ℥ i.

Terantur super calico lapide, & app. fronti, & temporibus.

vel

R. vini albi
vrinæ pueri } ā vn iii.

Rutæ m. ii.

Coque ad cons. med. & colat. oc. line.

Ad palpebras inuersas.

R. Butyri recentis vn. iii
Saccaron candidi vn. ss
Tutiæ præp. ℥ ii.
Viridis æris ℥ i ss

Ad solem conficito, & palpebras inunge

De Vngue Oculorum. Cap. VI.

VNguis ὄνυξ à græcis dictum ab arabibus الظفر *germen est membranæ exterius oculis adnatæ quæ ab ea, quæ ossa ambit, delata ad coronam peruenit, & cũ germẽ membranæ sit, ipsam quoq; membranulam esse neruosam dicere oportet. Vnguis ab angulo oritur, sæpiusq; à narium, interdum etiam à temporum parte nascitur, et si certa eius origo aliquibus nõ est, qui undequaq: & a superiori, & ab inferiori parte oriri credunt, quæ nonnunquã ad pupillã quoque peruenit, eiq officit. ac præcipuam oculi partem deformat. Fieri creditur à crassa, lentaq pituita cuicunq humori admixta, cuius tardior cursus est, vt in lachrymam eat, & ideò carunculæ adhæret, & primùm ei similis, indè subiecto corpori fit. distinguitur à caruncula, quia ea in pupillam non ducitur: à pustula, quia vnguis non admodum tumet, & est quidam in ea æquor. alias notas non habet, vt quæ facilè intuenti cognoscatur. at, si sanguis ei humori adiunctus est, rubet: si atra bilis, nigrescit. cæterùm alba potiùs est. Scopi ad eam directi sunt, vt absumatur, aut abscindatur. Ad eius*

causam, ut humor tollatur, siuè exiccando id fiat, siuè retrahendo, siuè repellendo: prout res potiùs, & corporis natura postulat. Vnguem recentem non difficilè est discutere medicamentis, quibus cicatrices in oculis extenuĕtur. Si inueterauerit, iamq; ei crassitudo quoq; accessit, excidi debet. nam alio modo non tollitur. cui etiam periculum non leue subest, nè redeat.

Manu opus est præcipuè, etiam si malum recens est, nam sanguinis missio præ ceteris conuenit, ut ab oculo alimentum retrahat, ac demat. Ergò per initia hoc faciendum est, præsertim si sanguis pituitæ admixtus ex rubore membranulæ apparuit. si sola pituita abundat, aut cum atra bile miscetur, etsi minùs, tamen sanguis mittendus est, ut uis, saltem minuatur unde ea carnis luxuries oritur. & quoniam una die humanum corpus exiccari nequit, prodest interea cucurbitulis, dum spiritus exauritur, ad alias partes humorem deducere. Dum excidendus unguis est, post abstinentiam unius diei, uel aduersus in sedili contra medicum is homo collocandus est; uel sic aduersus, ut in gremium eius caput resupinus effundat. Quidam, si in sinistro oculo uitium est, aduersum, si in dextero resupinum collocari uolunt. Alteram autem palpebram à ministro diduci oportet, alteram à medico. Sed ab hoc, si ille aduersus est, inferiorem. si supinus, superiorem. Tum idem medicus hamulum acutum, paulum mucrone intùs recuruato, subijcere extremo ungui debet, eumq; infigere, atq; eam quoq; palpebram tradere alteri, ipse, hamulo appræhenso, leuare unguem, eamq; acu traijcere linũ trahente: deindè acum ponere; lini duo capita apprahĕdere, & per ea erecto ungue, si qua parte oculo inhæret, manubriolo scalpelli diducere, donec ad angulum ueniat, deindè inuicem modo remittere. modò attrahere, ut sic, &

ini-

initium eius, & finis anguli reperiatur. Duplex enim periculum est nè vel, ex vngue aliquid relinquatur, quod exulceratum vix vllam recipiat curationem. vel ex angulo quòque caruncula abscidatur, quæ, si vehementius vnguis ducitur, sequitur. Ideòque decipit, ac, si abscissa est, patescit foramen, per quod postea semper humor descendit, rhyphada græci vocant. Verus ergo anguli finis vtique noscendus est; qui, vbi satis constitit, non nimium adacto vngue scalpellus adhibendus est, deindè excidenda ea membranula, nè quid ex angulo lædatur. Eò deindè ex melle linamentum superdandum est, supraq; linteolum, & aut spongia, aut lana succida. proximisq; diebus diducendus quotidie oculus est, nè cicatrice inter se se palpebræ glutinentur. Sed quidem id quoq; tertium periculum accedit, eodemq: modo linamentum imponendum, ac nouissimè inungendum collyrio, quo vlcera ad cicatricem perducuntur, quale est Euclpidis à Cornelio Celso dictum. Et ea curatio Vere potiùs facienda est, aut certè ante hyemem, nam in hoc malo, quod tardè increscit, & dolore non cruciat, nulla dies vrget; at, si timetur, nè vetustate rebellius fiat, aut si quid aliud magis pressit, vt Ver expectari non possit, scire licet, meliorem esse Autumnum, vel Æstatem, quàm Hyemem.

Medicamenta intus adhibenda sunt in recenti quidem, vtique vt his absumatur; in antiqua, vt, postquam ferro fuerit abscissa, non renascatur. Igitur auspicari curationem debemus siuè recens, siuè vetustum malum est aluum molliendo melle, & rosarum infusione, aut gnici semine, aloè mixto, quibus catapotia fiant,

post-

postmodũ parandi humores sunt potionibus ex his cõfectis, quæ syrupi nominantur, siue ex prassio, siue ex betonica, siue ex calamento ea confecta sunt. quibus aquæ admisceantur pariter betõicæ, agrimoniæ, melissæ, saluia quoque, & huius generis herbæ ad materiam extenuandam essent apprimè idoneæ, verùm suspectus horum vsus est, quia inflammationem mouere possunt. Interea sanguinẽ mittere, vt supra propositum demùm deiectionibus, vti his petitis, quæ ex nigro veratro (album timeri potest. quia vomitum ciere solet, quo humor in caput ducitur) filicula, squama æris, aut lactucæ mariuæ, quam tithimalon græci vocant, lacte.

Aer crassus uitandus est & perflatus ab Austro. Cibi omnes, qui crassiorem pituitam faciunt, fugiendi, vt oua sorbilia, alica, oriza, amilum, ptisana, lac, bulbi, omniaq; glutinosa, & caro elixa. Acria, acida, salsa comedere, carnem assã, panem nauticum, pisces salitos, omnia deniq: quæ pituitam extenuare aliàs dicta sunt. Vigilare quàm plurimùm, & exerceri, aluumq: semper mollem habere, quã, si quando astricta est, & leuibus non soluitur, sæpè ducere oportet.

OFFICINÆ.

Ad Vnguem Oculi.

R. Aquæ ardentis lib. i
Rutæ
Saluiæ
Feniculi } 3. m. ij
Tutiæ alexandr: vn. ij
Fiat inf. per tres dies quotidie miscendo, & indè tutia ignita pluries in aquam extinguatur, quę coletur pro vsu.

vel

Ad cicatrices oculi.

R pulu. baccarum auri ℥ i
Excipe lacte tythimali & cicatrices illine.

Ad vngulam.

R Vi-

Vini albi
Aceti albi } ã un. 1
Hederæ terrestis fol. vn. ss
Piperis albi
Zingiberis } ã scr. ss
Contere omnia simul, & indè colatura vngulam illine.

vel

R Cumini m. 1
Decoquatur in muria, & ea decoctione lin atur vngula.

vel

R. Chalchanti
Salis ammoniaci } ã. ʒ 1
Gummi ʒ ss
Excipiantur aceto, & liniatur vnguis.

vel

R. Olei ex chalchanto scr. ss
Lactis ʒ 1
M. & tangatur vnguis

vel

R, Myrrhe
Citinorum
Chalchanti
Aluminis
Aloes } ã. scr. 1
Crocomagmatis
Croci } ã. scr. ss
Ex vino salerno fiunt trochisci, qui vbi opus fuerit, ex muria diluantur.

De Suffusione. Cap. VII.

MOrbus, qui suffusio latinis dicitur, græcis ὑπόχυμα & [illegible] arabibus: vulgo cataratta. barbaris etiam visus defectio, & veneticus oculus hoc ipsum malum appellatur, sed hoc nomen (glaucoma cæsijs potius accidit, luciositas nigris; est autem glaucoma siccitas potius oculi) antiquioribus vsu erat, vt qui etiam glaucoma huic generi miscebant. barbari aquam, & cataractam dixere. lusciositas humoris copia est. Vt coeterarum partium cutis, sic oculorum quoq: senescẽtibus obrugatur, & crassior redditur. Huic malo cum proxima sit specie, & cura, quæ medicamentis sit, cicatrix, quàm leucoma, & albuginem vocant; de ea quoq: dicẽus. Cicatrices reliquo in corpore nigræ, oculis albæ idu cũtur:

Est

Est itaq: suffusio concretus humor sub duabus tunicis oculi potentiæ, qua cernit, se opponens. hac rerum conspectus, aut omninò, aut ex parte tollitur, aut ab oculo male excipitur. At in glaucomate humores ipsi perturbantur, nõ concrescunt, ac in ceruleum colorem mutantur. In cicatrice verò ipsius tunicæ color ad albedinem conuertitur, dum ea ab vlcere diducta coalescit.

Subiectũ. *Nec re solùm, sed loco etiam hæc tria uitia differunt. nam suffusio sub cæratoide tunica, et choroide, qua parte pupilla est, inhæret. Glaucoma est eius humoris, à quo videndi facultas proficiscitur, coloris mutatio. Cicatrix in tunica est In suffusione nouus humor, isq naturæ alienus effluit. In glaucomate idem humor, qui in oculo naturaliter reperitur, & à uitri similitudine hyaloides à græcis vocatur, alienum colorem accipit. In cicatrice tunicæ diductæ partes, dum rursus coalescunt, implicantur.*

Causæ. *In primò humor effluit, vel quia à capite in oculum propellitur, vel quia ab ipso oculo deducitur, quod in magnis oculi inflammationibus accidere solet. & exterius ex ictu, aut vomitu vehementi. Ferè tenuis humor effluit, nam crassus per angustos partium meatus penetrare non potest, & raro in eam cauitatem excipitur, nisi ea ex inflammatione maior, ac capacior facta fuerit. Vbi verò humor insederit, à calore tenuioribus partibus dissipatis, quæ remanent, concrescunt, vt humori propterea difficilior sit exitus, quàm ingreßus fuerit. Glaucoma duabus de causis accidit, vel propter aquam, si ea nimiùm fuerit coagulata, vel propter siccitatem, quam cristalloides sustinet. Cicatrix opus naturæ est, sed quod vlcus sequitur; id eòq id coacta natura efficit.*

Signa. *Quod suffusum est, in conspectu est; et, si nihil apparuerit,*

tamen

tamen fæda cæcitas est, quod gratiæ notas occultat, quæ ex oculi motu magna ex parte petuntur. Atq; etsi nihil in oculo conspicitur, timeri potest suffusio, ubi caliginosa quædam corpuscula, tanquam culices volitantes, aut lanæ filamenta; interdum fuscedo undequaque aciem implicat, veluti araneæ tela; interdum tenue corpus est, quod obijcitur, & pellucet, aut splendet, corporaq; splendentia, aut geminata apparent, aut tanquam nubecula circundata. Hæc ab ægro sunt animaduertenda. tamen solis his apparentibus certò suffusionem expectare non debemus. nam hæc interdum non oculi, sed uentriculi vitio accidunt, aut cerebri cognatione. quæ distinguenda sunt. nam, dum in oculis vitium est, ferè hæc in altero magis apparent. quibus verò oris ventriculi vitio fit, ista pariter in vtrumq; oculum feruntur, & similia vtriq; sunt. Insuper, dum oculus affectus est, vix quartus pertransit mensis ab horum apparitione, quin aliquis vitiatus color in ipso oculo euidens conspici atur. Dum venter male habet, quantum ipsa ventriculi affectio perdurauerit, tantum hæ imagines perdurabunt & tamen etiam post longum tempus integer pupillæ color permanebit: Postmodum euidens ventriculi affecti nota est, si hæ imagines in oculo modò apparent, modò occultantur, nam, quæ ab oculo ipso precedunt non à stomacho sunt, semper eodem modo sub pari luce ante oculos persistunt, aut variare tantummodò solent vmbræ, & lucis vicissitudine. Nam corpuscula, quæcunq; tenebricosa apparent, etsi in oculo vitium sit, tamen aperta in luce conspectiora sunt, in tenebris non, aut uix, apparent, & quæ pellucent, è conuerso clariora in tenebris plerumque sunt, in luce absumuntur:

 at

at si non lucem, & tenebras sequitur horum apparitio, & occultatio, sed coctionis impedimenta, & perfectionem malum à ventriculo est, qui malè concoquens, & laboriosè, has immagines excitat, post exactam coctionem remittit. praesertim hoc certius est, si, dum apparent, etiam ventriculi morsus infensus est. & haec inspicienda sunt, vbi nihil in oculo apparet, si verò altera pupilla iam tenebrosior apparuerit, manifestiùs indicium est, oculum ipsum egrotare, neq: tamen hoc certum indicium est. nam sunt, qui ex natura pupillas tenebricosas habent, nec multum temporis adhuc praeterijt, quo lædi ne . essario oculus debeat. ideòq: his cibi aliquid detrahendum est, cibiq: dandi sunt boni succi, & facilis materiae, stomacoq idonei, quaerendumq postea, nùm minùs imaginum appareat. quod si succedit, scire licet ex ventriculo malum esse. si eadem remanent, in oculo vitium est. praeter haec pura acies eò manifestius ventriculi vitium portendit, quia haec faciliùs alienas immagines admittit, quàm, quae turbida est. Praeterea si cibi ratio instituta nihil certi prodit, aloè purgandus aeger est, quo ventriculus probè mundari solet. post cuius purgationem si immagines perdurant, timeri suffusio potest. Tamen, etsi iam in oculo vitium esse compertum est, suffusionem sequi necessarium est, nam interdùm in hoc quoque malo, (vt in coeteris euenit) valetudo ad meliorem statum sponte conuertitur. Interdùm siuè ex acri vapore, vt in phraeniticis assueuit siuè ex vlcere, vt post crebros varos, siuè ex quolibet humoris concursu post febres, aut magnas inflammationes in oculo figitur imago, diùq: manet, nec subindè aliud peius malum sequitur. quare vbi hae imagines persistere sex mensium spatio animaduertuntur, nec interea eas crescere, aut multiplicari; praeter has nullam suffusionem timere conuenit

uenit Hæc per initia distinguenda sunt Nã, dũ ægritudo cre-scit, accidentia quoq; increscunt, & multiplicãtur. primumq; altera pupilla perturbatur, interdũ ambæ. ubi uerò ad sũmũm uentũ est, pupilla ferè in albũ colorẽ mutatur, & nihil pellucet. interdùm subalbida tantùm fit, interdùm aerẽ, aut cæruleũ, uirentẽ nigrũ, & uenetũ, auri, & medici mali, aut cineris colorẽ refert: modò vitro, modò grãdini, modò gypso similis: quãdoq. ferri, aut plumbi, aut marinæ aquæ colorem repræsentat. Qui color aliquando plurimã oculi partẽ occupat, aliquando minorem, totaq. pupilla interdùm subest, interdùm solum pars eius. rerumq; conspectus tollitur pro suffusionis loco, densitate, & magnitudine. si enim nulla pupillæ pars discooperta est, densumq. est, quod super eam est, iam ad vltima ventum esse, indicium est, & æger excæcatur. si ad latera humor insedit, earum rerum conspectum prohibet, quibus interponitur, veluti, si ad internum angulum, qui naribus propior est, vergit, non videt æger ea, quæ ab ea parte sunt. sed ea bene perspicit, quæ è regione sunt angulo externo, qui propè tempora est. si mediam aciem occupat, ac pupillæ latera, vndequaq; patent, parua corpora non cernit, & magnorum tantùm latera ei apparent, media verò tanquàm perforata videntur, atq;, vt totum corpus videat, ei necessarium est, vt oculum moueat, & sensim aciem in partes conuertat, idq; pro loco, & magnitudine est. Densitatem verò eius humoris sic scruptamur. Suffusus oculus clauditur, & palpebra ad oculum præmitur, eiq. adducitur, & simul hàc, illhàc humor adurgetur. In his, in quibus nõ dum coaluit, ex digiti compressione humor funditur, latiorq; patet, & alterius figuræ. Si statim palpebra reduci ur, etsi in pristinam figuram, & magnitudinem subindè redit; at, dum humor induruit, ac validè

concreuit, non cedit comprimenti, sed obsistit. Item, qui non adhuc concreuit, non prorsus interdicit splendidi corporis conspectum. qui induruit, nec Solis quidem radios admittit. Sed vix etiam fieri potest, quin aliquando etiam artifex decipiatur, & magnus quilibet ocularius medicus falli à coniecturis potest. nam quandoq. euenit, humorem non admodum concreuisse, & tamen æger, etiam si Solem aduersum habet, non cognoscit. quod non suffusionis vitio accidit, sed eorum meatuum obstructione per quos spiritus in oculos fertur, & uidendi vis, qua eorum impeditur transitus, nè ampliùs animalis spiritus ad oculum possit descendere. Sunt enim duæ tunicæ, quæ ceratoides, & coroides à græcis nominantur, quæ interiora oculi cingunt, & rursus sub his coeunt, extenuatæq; & in vnum coactæ per foramen, quod inter ossa est ad membranam cerebri perueniunt, eòq; inhærescunt. Sub his autem, qua parte pupilla est, locus vacuus est, & huc spiritus fertur à cerebro, vt accepto in eo humore imagines, quem hyaloidē à græcis vocari diximus, cerebro impertitur. ac, si liber est id efficit, & quasi vitam imagini præbet. Si verò is spiritus, aut eò ferri à cerebro, aut indè in cerebrum referri nequit, ea imago, tanquam inefficax in eo humore emoritur, nec visu aliquid sentire homo sentit (quod videre demum est) & cæcus permanet. Est tamen quo possit medicus id ipsum distinguere. Nam spiritus ille, si influit, altero oculorum clauso in alterum fertur. Ideòq; cæci claudendus alter oculus est, ac videndum num alterius oculi, qui apertus est, pupilla effundatur, & dilatetur. si fit, potentia, qua oculus cernit, salua est, nec impeditur imaginis transitus in cerebrū, sed à suffusione eiusdem imaginis receptio interdicitur. ac, suffusione remota, nihilòsecius videbit homo. si verò conniuentibus palpebris

pebris

pebris unius oculi, alterius pupilla nihil moueatur, nec quicquã dilatatur, scire licet obstructos esse relatæ tunicæ meatus, & frustra per medicũ suffusio eliditur, nã etiã, si hæc remouetur, tamẽ uisus nõ redit. Glaucoma uerò si quis ex colore, & loco, nõ distinguat à suffusione, cõtra Solẽ ægri oculũ experiatur, nã, in quo suffusio est, lucẽ cõpræhendit, etiã si admodũ cõcretus humor interpõatur, quẽadmodũ nos ipsi, si clausis oculis caput cõtra solẽ eleuamus, lucẽ etiã, per palpebras trãsfusã cõpræhendimus. Si uerò Glaucoma est, in qua ipsa cristalloidis uis emortua est, neque à Sole oculus quicquã mouetur. Cicatricẽ de mũ præ cæteris ulcus præcedẽs, & sola albedine cõspicua macula ostẽdunt, & hæ notæ sunt, quibus hæc uitia dignoscuntur. Indicationes.

Primò igitur eò dirigi curãtis animus debet, ut quod effusũ est, eximatur, quod influit per initia, aut retrahatur, aut aliò ducatur, et, si à stomacho est, is expurgetur, quod etiã quodammodo cicatrici aptari potest. At in glaucomate nihil eximendum est, sed oportet exiccatum humorem humefacere.

Idõea curatio, quæ mãu fit, nõ est si senilis etas est, quæ sine nouo uitio tãen aciẽ hebetẽ habet, ut quacũq. effusiõe orta summũ sẽtiat detrimẽtũ ac nè puerilis quidẽ, quæ etsi ualida est, tãen plurimo humore caput repletũ habet, uixq: fieri potest, quin in ipsa curatiõe nouus humor effũdatur, aut tenelli acies sub acu eripiatur. Cauẽdũ, ẽt à ferro est, si intùs aliquid ruptũ est, aut pustula aliqua ad est aut tivetur ne adsit, neue si quis æger tussi, aut uomitu uexari solet, aut ab ira pertubatur animus sed medicãenta tantũ his adhibere opus est. uerũ inter hæc media ætas & manũ, & medicamenta substinere põt. Atq: ipsius suffusionis quædã maturitas est. Expectandũ igitur, donec iã nõ fluere sed durities quædã cõcreuisse uideatur, ne, dũ acu pellitur, eã excipiat, et ipsa immobilis moueri ferrũ frustra permittat. Attamen summa durities expectanda non est, Prognosticum.

sed

sed inter hæc media consistentia attrahenda est, nè ferrum præterfluat ob tenuitatem, neq; eisdem obsistat duritie. Ideò si id ex tempore coniectari non licet, id experiri oportet. Ponatur super oculum lana bene carpta, & vehementi efflatu in ipsum oculum compellatur, & subindè remoueatur, ac consideretur, nùm in ipsa suffusione motus aliquis conceptus est. quod si est, iam acui apta materia est. Hinc sciendum est, suffusiones curari posse, sed non omnes, & quæcunq; hæ sint, non esse aspernendas. etsi ab his, quæ vitio stomachi accidunt, valdè timendum non est. quæ verò proprio oculi vitio accidunt, sollicitare magis medicum debent, etsi hæ quoq; inter initia certis obseruationibus discutiantur. Si igitur exigua suffusio est, si immobilis, colorē uerò habet marinæ aquæ, vel aeris, vel margaritæ, vel virorem habet ad cineris colorem vergentem, vel ferri nitentis, & à latere sensum aliquem fulguris relinquit: si humor est, non pus, quod collectum est, spes superest. Si verò suffusio magna est, si nigra pars oculi amissa naturali figura in aliam vertit, si suffusioni color cæruleus est, aut aureus, aut niger, aut fuluus, aut gradini similis, si labat, & hàc, illàc mouetur, vix vnquam succurritur. Color verò gypso similis, aut plumbo, cui nigredo insit, & viror, medio modo se habet. Ferè etiam peior est, quo ex grauiori morbo, maioribusq; capitis doloribus, uel ictu vehementiore orta est. difficilisq; omnis habetur, quæ cerebri ægritudinem sequitur. Ac prorsus incurabilis est, si quæ ultra modum concrescere permittitur, & item, si eidem suffusioni succedit, ut humor in pupilla uehementer congeletur, & arefiat, ut glaucedo oriatur, sine cura est. Recens demùm interdū medicamentis, uetus non nisi ferro discutitur. quo ritè adhibito æger nihilò seciùs uidet. At hoc etiàm interdùm experiri

riri

riri non conuenit, cum frustra ferrum quoq; adhibeatur. quod sic dignoscitur. Alterum oculum æger claudat, oportet, quo clauso si alterius pupilla dilatatur, spes sanitatis est, si neutiquam mouetur, etiam si commodissima, & sine ullo dolore administretur expunctio, tamen æger sanitati non restituitur, quia, ut supra diximus, meatus, per quos spiritus ducitur, obstructi sunt.

Vbi igitur curationi locus est, ab initio sæpius, ac quandocunq; opus fuerit, uena secanda est, quæ magis directè hepar respicere dicitur, quod præsertim faciendum est si aliundè in oculum effluat humor. Postquam uena brachij secta est aut postquam hoc ualidum nimis remedium pro ægri uiribus esse manifestum est hyrudines temporibus adhibeantur, quæ sanguinem demant. aut ab initio, V cum caput à stomacho uapores excipit, ea uena secetur, quæ post aures manifestior appareat. prodest etiam sanguinem ex fronte, uel naribus mittere. & in temporibus venas adurere, & occipitio cucurbitulam affigere, & scalpello incidere. Verùm, ubi vitium in oculo iam esse apertum est, & glaucoma ex ariditate timetur, aut quæcunq; aciei hebetudo adest, aut imminet, est à uenæ sectione abstinendum, neq; ex brachio, neq; per cucurbitulas quisquam ei detrahendum, nam siccior, & hebetior hoc præsidij genere pupilla fieret: Vbi verò ad ferrum ueniendum esse ipsa maturitas postulat. post abstinentiam vnius diei, sincipiti cucurbitula applicetur, ac sub ea cutis incidatur qua remota in aduerso sedili collocandus est æger, loco lucido, citra Solem. tamen, ne nimium lucidus locus sit, lumine aduerso, sic, vt contra medicus paulò altiùs sedeat posteriore autem parte caput eius qui curabitur, minister contineat, & immobile id præstet. Nam leui motu eripi acies in perpetuum potest.

test. Quin etiam ipse oculus, qui curabitur, immobilior faciendus est super alterum lana imposita, & deligata, AEger quoq; oculos ad angulum, qui propè nares est, debet conuertere, & ita persistere donec expleta sit curatio. Curari uerò sinister oculus dextera manu, dexter sinistra debet. tum acus admouenda est, aut acuta, aut fortè non nimiùm tenuis, & in extremum rotunda, eaq; demittenda, sed recta est per duas summas tunicas medio loco inter nigrum oculi, & angulum tempori propiorẽ è regione mediæ suffusionis. sic nè qua uena lædatur. neq; tamen timidè dimittenda, quia inani loco excipitur sunt, qui non statim acum in aciem demittunt, sed infrà nigrum oculi subsistunt, vt ægri patientiam experiantur, antequam eò deueniãt. vbi summum periculum subest, si minùs æger ferrum substineat, iuxta pupillæ regionem, ad quã cum ventum est, nè mediocriter quidem peritus falli potest, quia præmenti nihil renititur. Vbi eò ventum est, inclinanda acus ad ipsam suffusionem est, leuiterq ibi verti, & paulatim eam ducere infra regionem pupillæ debet; quod facilè cõprahenditur, quia ceratoides pellucet, & acum videri permittit Vbi deindè pupillam transit vehementiùs imprimi, nec cessare, donec totus oculus à suffusione liber videatur, & clarescat. occulteturq suffusio post tunicam ceratoidem, & inferiori parti insidat. Si hæsit, curatio expleta est. Si subindè redit. eadem acu magis concidenda, & in plures partes dissipanda est: quæ singulæ, & faciliùs conduntur, & minùs læta afficiunt si retinet, ad locum, quo sponte vergit, compellatur, & ibi concidatur. post educenda acus recta est, imponendumq. est lana molli exceptum oui album, & supra quod inflammationem coercet, atq; ità deuinciendum. Si non statim, sed post aliquos dies suffusio ad locum redit. vnde depulsa

pulsa erat, iterùm acus demittenda est per idem foramen, quod non coalescit. sed diù remanet etsi sanguinis aliquid effunditur (quod maximè cauendum est. nè succedat) nihilò secius, ac suffusio ipsa educendum est, si enim ibi congelatur incurabile malum efficit. ac pariter super imponendum oui album aut luteum rosa madens, ità, vt sanus quoq; oculus comprehendatur: ac contineatur spatio septem dierum, aut amplius, donec recesserit dolor. Sunt, qui inferiorem ceratoidis partem scalpello incidunt, vt indè humor, qui intùs est, effundatur. sed hoc tutum non est, quia, si crassus humor est, ampliorē locum exposcit, timeriq; potest nè hyaloides vnà egrediatur. Vbi tamen factum fuerit, eodem modo, post vulnus, curandus oculus, & deligandus est. cumq; soluitur, foueatur oculus vapore, qui ex aqua rosarum, & salicis ascendat, aut aqua cucurbitæ. aut herbæ virga pastoris dictæ.

Vbi medicamentis purgandum est, quod nunquam alienum est, siuè discutiendus, siuè deponendus humor est. primùm, quæ turgere videri possunt, aloè educantur. qui in stomachi quoq; ægritudinibus comodissimus est. vomitus quoq; habetur aptissimus, vbi imagines suffusioni similes à stomacho procedunt. cauendum tamen ab eodem est, vbi caput, & oculus propria affectione laborant, nam eo humores, vaporesq; in caput feruntur. Vbi igitur commodus censetur, facilè vomentibus sola aqua exhibenda est: his verò, qui difficiliùs vomunt, digitis, aut penna stomachus citandus est. Acria quoq; infusa rectè mijciuntur. Purgare subindè oportet & stomachum, & caput hyeræ compositione. & centaurio, & syluestri cucumere, & omnibus medicamentis, quæ plurimam aloem recipiunt. nostris temporibus catapotia laudantur, quæ cochia dicuntur, si suffusio ex cerebro est. Propiùs verò pur- Pharmacia

gare caput solet gargarizando his, quæ pituitam euocant, & quæ in nares immissa, sternutamenta ciere, & per nares educere solent. sed hæc non, nisi pharmaco antea sumpto, adhibenda sunt. nè, toto repleto, ab eo plùs in caput trahant, quàm in nares à capite deducant. Post hæc humor, qui in oculo concreuit, discutiendus est extrinsecus adhibitis medicamentis, veluti, si ictus oculum læsit, vt sanguis in eo suffundatur, nihil commodiùs est, quàm sanguine vel palumbi, vel hyrundinis inungere. neq; id sine causa fit, cum horum acies extrinsecus læsa, interposito tempore, in antiquum statum redeat, celerimèq; hyrundinis. Undè etiam locus fabulæ factus est, per parente id herba restitui, quod per se sanescit, eorum ergò sanguis nostros quoq; oculos ab externo casu commodissimè tuetur hoc ordine, vt sit hyrundinis optimus, deindè palumbi, minimè efficax columbæ, & illi ipsi, & nobis. Dum verò penitior materia, ac durior, validiora expetit. Adhibeantur collyria, inter quæ fænũ græcũ, mel, sagapenum, asarum, thus, opobalsamum, ammoniacum fel, quod præ coeteris commendatum est, & hyenæ, & marinæ testudinis, & scorpionis marini, & magnorum piscium, & vulturis, & tauri, & penè cuiuslibet animalis. Item ad suffusiones, & ictus oculorum fabæ lomentum vinosubactum commendatur; & suffusiones lumbrici terræ amouent in fictili cremati, & tusi, aut hirundinis pulli viuentes in ollam conijciantur luto obductã & assentur, ac terantur, aut hyrundinis cerebro suffusio liniatur. Validiora habentur solanum nigrum, & cyprium in ærea pixide repositum, & fæniculi decoctio, & succus, & theriaca, si melle excipiantur, aut vrina pueri impuberis. Item viperæ adeps, & aspidis, acontium dictum cum cedria, melle attico, & oleo vetere, &

capæ succus ex melle illinitus, & cyclamini eodem modò & chameleontis nigri radix vsta, & illinita. Vehementissima sunt ærugo, euphorbij succus & acrium medicamentorũ suffumigatio. Innumera etiã sunt, quæ ad id cõponuntur, probatissima tantũ proponã officinis. Ad glaucõa nil rectè adhibetur præter lænia fomenta ex fano græco, & semine lini, & sertula cãpana: quæ, etsi frustra adhibẽtur, tamẽ vexare oculũ nõ possunt. Ad cicatricẽ & Zmilon, et cãopite collíria cõmoda sunt.

Victus optimus est, qui pituitam extenuat. Aer tenuis optimus est, cauendumq: & in hoc malo, & in quacunq. oculi ægritudine, nè modò calor, modò frigus moueat. Si malum cerebro est calfacientibus ex exiccantibus nutriendus aeger est. Vtcunq; victus tenuis probatur, adeò vt, sola abstinentia à cibo etiam curari hoc malum, est, qui referat. caro elixa aliẽa est. assa, aut frixa confert fugiendaq; ea, quæ magnorũ animalium est, aut aliàs crassa, nam cibus boni succi & stomacho commodus tribuendus est. Omnis repletio vitanda est. fructus fugiendi. omne, quod caput replet, vt allium, cæpa, crocus, & quæ humectant. imò etiam pisces sunt fugiendi in ea suffusione, quæ ex cerebro est. quãquã, dũ ferro curãdus est, ut ferro, quod concreuit, cedat, pisces cõmedere nõ incõuenit, & humectãtia. alij pro cibo aquã ciceris tribuũt. & ante curatione, quæ manu fit, modico cibo vti, bibere aquã triduò debet. Pridiè ab omnibus abstinere. cibus enim postero die satis maturè datur, primùm liquidus, nè maxillæ laborent, deindè inflammatione finita, talis, qualis in vulneribus propositus; est. Cibandus æger est, si res ferat, à balneo, si nõ, ante balneũ tãtùm cibi afferemus, quantùm satis est, nè lædatur posteà, qui lauatur. A cæna verò modicũ absynthij in potu dabimus, atque idem postridiè faciemus, si suffusio à stomacho est.

A vino per totam curationem abstinere oportet, aqua diu bibatur postmodum hydromel in potu ægro tribuatur. Somni breues sint, nunquam pronus in faciem æger dormiat, sed resupinus, saltem tribus diebus, in tenebris degat, & interdum septem diebus, si inflammatio adsit, aut ingens dolor capitis. Semper quidem, sed post curationem maximè, quæ ferro fit, opus est quiete: nam post septimum diem soluere ligamenta oportet, & sensim oculi valetudinem experiri, positis è regione, quæ videri possint. dum verò manu curatur oculus, id minimè faciendum est; nam assiduo rerum intuitu facilè in veteris locum nouus humor suffundi potest. Balnea aliena sunt, nisi aut cruditatis, aut lassitudinis causa necessaria fuerint, at non tunc quidem æger in aere balnei diutiùs commoretur, sed sensim ingrediatur, confestim verò egrediatur, oportet. Omnes quoq; animi motus fugiendi, iræ præsertim, & contumeliæ. nam ex profundo humores mouent, præsenteq; suffusionem augere, expunctam renouare possunt.

OFFICINAE.

Ad Suffusionem cum dolore.

℞. Succi Rutæ
Pingued. suillæ } ã un. iij
Mellis despum. un. ij
Sang. drac.
Tutiæ præpar. } ã. ʒ ij.
Aloes hepat.
Lithargirii
Viridis æris } ã. ʒ i.
Sarcocollæ
Caphuræ } ã. ʒ ss
Cuntusis contundendis, ut alchool.
M. & coquito ad vsum,

Ad maculam tollendam,

℞. flo. Rutæ
Feniculi
Verbenacæ
Betonicæ
Rosarum
Capill. V. } ã. m. ij

Vini albi lib. ij
M. fiat extillatio in duplici vaso pro usu.

vel

R Mellis lib. ss
Aq. Fœniculi }
Rutæ } ã. u. i. ss
Maioranę vn. ss
Assæ ʒ iij
M. & fiat extillatio pro vsu

vel

R. Succi chelidonij }
Fæniculi } ã. un. ss
Fellis vulturis ʒ i
Mellis parum
M. pro collyrio.

Ad oculi pannum antiquum.

R. Tutiæ præp. }
Sarcocollæ }
Tartari albi }
Thuris }
Aloes }
Cadmiæ } ã ʒ i
Omnia terantur minutim, & in acetum mergantur per tres dies denuò exiccata terantur, & mergantur in omphacium per dies nouem, & exiccata sicut alchool pulvis in oculum insuffletur.

vel si dolor est.

R. Myrrhę }
Semin. coriandri }
Viol. alb. }
Rafani } ã. ʒ i.
Fellis capræ vn. ss
Lactis muliebris vn i.
M. & super oculis pone.

Ad suffusionem,

R. Aquę fæniculi }
Chelidoniæ }
Rutæ }
Euphragiæ } ã. vn. i. ss
Fellis hircini }
e Taurini } ã vn. s
M. lento igne, & adde,
Mellis ʒ vi
Mirrhæ }
Aloes } ã. ʒ ij
Croci ʒ i
æris vsti, & loti }
Antimonij vsti & loti } ã ʒ . ss
M. & in uase vitreo bene obturato contineatur per tres dies in ventre equino calente, & eius liquoris gutta instilletur in oculum.

Leniens ad suffusionem.

R. fl. cassiæ n. x. ʒ x.
Spec. hyeræ s. ʒ i. ss
Feniculi puluerizati ʒ ss
M. fiat boli capiat in Aur.

Præparans

R. Decoctionis vn. iiij
ex folijs Chelidonię }
Maioranæ }
Fæniculi }
Euphragiæ }
Betonicæ }
Rutæ } ã part.
Oxym. comp. }
Syr. è bettonica } ã. vn. ss
M. pro syr. capiat per uices,

Purgans

R. pilu. lucis }
ex hyera Pachij } ã scr. ij
Troch. alhandal. gr. ij
cum oxym. ref. pilulæ

De Vesica palpebræ, Crithe, & Chalaxijs. Cap. VIII.

HAEC ad plures oculi partes pertinent, pecularia mala palpebris sunt vessica, crithe, & chalaxia Vessica à græcis [illegible], ab arabibus الشعيرة nostrum vulgus vocat hordeolum, arabes البرد Chalaxiũ græcum vocabulum est à latinis acceptum, & fortasse malum est, quod arabes vocant تة ط النفخة Omnia hæc ex pituita nascuntur, hoc tamen alterum ab altero differt, quod Vessica tenuem pituitam continet à qua producitur. Crithe à pituita quidem crassiore fit, verùm aliquid aut bilis, aut sanguinis admixtũ habet. In chalaxijs sola pituita est, eaq; admodum concreuit. Hæq singulorum notæ sunt. Vessica in superioribus palpebris ferè nascitur, pinguis est, & grauis, vt vix attollere oculos sinat, leuesq pituitæ cursus, sed assiduos in oculis mouet, & ferè in pueris nascitur, humorq, quo vessica fit, tenuissima tunicula includitur ad meliceridis similitudinem. Crithe verò nascitur super pilorum locum. tuberculum paruulum est, hordei figuram, & magnitudinem referens. dolorem mouet, ac ad uari similitudinem pus includit. Calaxia his dissimilia non sunt, sed non vtiq figuræ eiusdem, ac in ipsis palpebris nascuntur, modò exteriùs sub cute, modò interiùs sub chartilagine mobiliaq; sunt simul, atq: digito hàc, vel illhàc impelluntur, nec dolores mouent. Omnia hæc tubercula oculum deformant, sed præ cæteris vessica ideò singula tolli debent. Vessica, si integra exciditur, facilè sequitur, nec alterius mali principium habet. si fortè, dum excidi tentatur, dissecatur, molesta est: quia humorem effundit, neq: postea, quia tenuis

ad-

admodum est, potest colligi. quod, si forte incidit, pelliculā in pus conuerti, aut sponte, aut medicamentis procidit. Crithe difficulter maturescit, præsertim dum minores dolores mouet. dum verò cum dolore est, pauca obseruatione in pus conuertitur, ac discutitur. Chalaxia facilè eximuntur, præsertim, quæ exteriùs sub cute sunt, sub qua continētur quidem, sed nulli particulæ adhærent.

Vessicam oportet, compresso digitis duobus oculo, atq; ità cute intenta scalpello transuersam lineam incidere, suspensa leniter manu, nè vessica ipsa vulneretur. &, vt locus ei patefactus est, ipsa prorumpat. tum digitis eam apprehendere oportet, & euellere, facilè autem sequitur. Dein superungui collyrio debet ex ijs aliquò, quò lippientes oculi superinunguntur, paucissimisq; diebus cicatricula inducitur. Si fortè vessica vulneratur, eorum aliquid imponendum est, quæ puri mouendo sunt. Crithe vel calido pane, vel cæra subindè calefacta foueri oportet, sic nè nimius is calor sit, sed facilè ea parte sustineatur. Hac enim ratione sæpè discutitur. Interdùm concoquitur. Si pus se ostendit, scalpello diuidi debet, &, quicquid intùs humoris est, exprimi. Eodem deindè vapore postea quoq; foueri, & superinungi, donec ad sanitatem perueniat. Chalaxia incidi debent, si sub cute sunt, ab exteriori parte, si sub cartilagine, ab interiori. dein scalpelli manubriolo diducenda ab integris partibus sunt. At, si intùs plaga est, inungenda primò lenibus, deindè acrioribus: si extra, superdandum emplastrum quo ea glutinetur.

OF-

OFFICINAE.

Ad Crassitudinem palpebrum.

℞. Cochlearum testæ
Margaritarum ana ʒ. j
Tutiæ
M. & contere, & oleo excipe pro vsu.

Ad pruritum palpebrarum.
℞. Butyri recent. vn. ss
Mellis rosati ʒ ij
Farinæ hordaceæ ʒ j
Croci gr. iij
M. fiat Vnguentum S. A.

vel

℞. medul. cruris uituli ana un ss
Butyri recent.
Tutiæ prep. ʒ ss
Aloes hepatici scr. j
Ambræ grisæ gr. iij
M. fiat vng. S. A.

De Enchanti. Cap. IX.

Εγκανθὶς tuberculum est in oculi angulo exoriens, fereq; caruncula est, quæ & per seipsam fæda est, & palpebras afficit, quas parum diduci patitur البتور *Ara bes dixere. Quæcunq; de causa potest oriri hoc malum, à qua coetera tubercula gigni valent, verùm frequentiùs post vlcus carnis luxuries est, aut parùm exciso vngue remanet. Quod Satis per se notum est. Si caruncula est, ab sumi debet. si tu berculi rationem habet, excidi. si quid relictum in vnguis cu ra est, circumcidere oportet. Quæ facilè exequi possumus, tamen timor est, si vetus caruncula est, nè absumpta redeat; si pustula, aut tuberculum, nè ferri, manusq; opus in angustũ ex qui situm nouum aliquod malum excitet. Ergò excipi ha mulo, & circumci di debet. hic tamen diligenter temperata manu, nè quod ex ipso abscidat: Tum exiguum linamentum respergendum est vel cadmia, vel atramento sutorio,*

inq;

inq; eum angulum, diductis palpebris, inserendum, superq; eodem modo deligandum, proximisq; diebus similiter nutriendum, tantùm vt primis aqua e gelida, vel etiam frigida foueatur; si post vlcus caro luxuriat, aut super crescit, eodem vlcere adhuc durante, commendatum est collyriũ Euelpidis, menigmenon dictum, quod habet papaueris lachrimæ, piperis albi singulorum un. 1. gummi lib. 1. æris combusti dr. 1. Præter hæc omnia, quæ reprimunt, commoda sunt, quæq; carnes excidere diximus, hac tamen animaduersione, vt in morbis oculorum semper mitiora eligantur. Victus ex alibi dictis peti potest.

De Staphilomate. Cap. X.

IN oculo interdùm summa attollitur tunica, aut rumpitur, & similis figura acino fit, vndè id malum σταφύλωμα græci vocant عنبية arabes. Fit interdum ex fluxione; interdùm ex ictu, & vlcere, siuè ruptis intùs membranis, siuè laxatis, atq; hi affecti, & nihil vident, & fædam faciem habent. si interna tunica laxatur, summa minùs attollitur; si rupta est, fædissimè prominet. si parum exijt, quia musca videtur μυοκέφαλον dicitur, si plurimùm μῆλον idest malum appellatur, etenim ad pomi magnitudinem crescit. siquando occallùit ἧλος hoc est clauus nominatur, ideòq; quicquid superest, demere oportet, non eò quia sanitas vlla sperari possit, nec vt rerum conspectus restituatur, quod fieri nequit, sed quò minùs fœda postea facies sit. Itàq; oportet ad ipsas staphilomatis radices per medium transuere acu duo lina ducente. Sunt, qui acũ primùm ab inferiori parte sursum eodẽ modo infigũt, indè hac ratione ab vno angulo ad alterũ

Tt tran-

transuũt, & manente priori acu, lini ſinum qua parte cõiungitur, incidũt. deindè alterius lina duo capita ex ſuperiori parte alterius ex interiori aſtringunt inter ſe. & hæc, paulatim ſecãdo, id excidunt. poſteà, detracta acu, albũ oui lana excipiẽdũ, & imponẽdũ. poſteaq uapore aquæ calidæ fouẽdus oculus, & lẽibus medicamẽtis vnguẽdus eſt. donec vnà cũ ſtaphilomate ipſa lina excidant. Altera curatio eſt, qua ſtaphiloma in ſũmà parte eius ad lenticulæ magnitudinem exciditur, ac poſtmodum eodem vapore, iiſdemq; medicamentis curatur.

OFFICINAE.

Ad Staphilomà.

R. Fol. Roſarum, Poligonij, Oleaſtri, Rubi	ã. m. 1	vel	
Vini rubri	lib. 1.	R. Albnminis oui hirũdinis	℥ ss
Aceti	m. ij.	Anyli, Tragacanthæ	ã. ʒ 1
M. bulliant pro fotu		Cineris quo ex pur.	ʒ ss
		Croci	ſcr. ss
		M. & applicetur ſuper oculo	

De Polypo. Cap. XI.

POlypi nomen latini quoq; à græcis accepere. Sarcoma græcum vocabulum eſt, ſed latinis البواسير طالزبات arabum eſt. Polypus à palypode piſce nomen habet, quoniã & corporis natura, & colore, & cõſiſtentia eius piſcis carnibus aſſimilatur. nàm, vt ei multæ propagines ſunt, vt mollis eſt, & complexu ſuo captantes vlciſcitur, & appræhendit. ſimili modo huius mali caro mollis eſt, modò alba, modò rubra, modò nigricans, pluribuſq; propaginibus propendet, nareſq;

resq; quasi complectens apprehendit illisq; adhæret. Sarcoma verò appellatus hic morbus creditur, quia nil aliquid esse videtur, præter carnis incrementum naturæ modum excedēs. Hæmorrohis verò arabibus dicitur, fortaße à similitudine eius morbi, qui in ano frequens est, vbi ad ipsum os carunculæ multæ oriri consueuerunt. Hinc nonnulli carunculam dixere naturæ modum excedentem. alij tumorem præter naturam, quod idem est, nisi quod illi corporis naturam, hi excessum explicant.

Hoc vitium narium proprium est, si quidem hæ carne replentur, ac intrinsecus modò ex chartilagine dependet modò circa chartilaginem, modò ex obliquo eiusdem nascitur ferè narium ossi inhæret, & modò ad labra pendens narem implet, modò verò per id foramen, quo spiritus à naribus ad fauces descendit, adeò increscit, vt post vuam conspici poßit.

Fieri hoc malum à craßis, lentis, viscoq; similibus humoribus manifestum est. qui, vt vitium contraxere, ac redundarint, in nares defluunt ac lentore suo facilè adhærent, & producuntur. præsertimq; eò deducuntur humores, quando inflammatio aliqua, aut tuberculum aut aliud carnis germen intra nares constiterit, aut, postquam excisum fuerit, radices reliquerit. Vt enim facilè ob inflammationem ibi ortam humor deducitur, ità humor facilè producitur humida enim est loci illius natura, & lentos, viscoq; similes humores excipere solita, similiaq; excrementa demittere.

Itàq; non difficilè est hunc tumorem agnoscere quia eius loci peculiare vitium est; & nares tumen., &, vt diximus, polypodis carnibus nō est diffimile. Verùm, quia, vt aliàs, ità etiam eo loco carcinodæ oriuntur, ab his polypus dixtinguendus est, quod ex colore præsertim, & carnis consistentia re-

Et è fieri potest, nam polypi caro mollis est, modò alba, modò rubra. carcinodæ nigra est, & dura. In utroq. malo dependet ex medio cartilaginum quid tonsillis, & uuæ simile, & ubi expirat homo, foras id progreditur, ubi verò inspirat, retrocedit: ac obscurè loquitur: dumq; dormit. stertit. stertit tamen vehementius, & peiùs loquitur, & minùs spiritum reddit, & attrahit, dum carcinodas intùs homo habet, quàm dum polypum. imò spiritus transitum per nares carcinodæ prorsus intercludunt. &, quamquam caro videtur esse, dum tanguntur, strepitum edunt, tanquam lapis. ac caro alba dolorem non habet, rubra verò, & fusca dolores vehementes interdùm habet, & sanies tunc graueolens procidit. Præter hæc polypus ferè post capitis ægritudines, & humorũ effluxus oritur. Ac, si sinè sanguinis, aut alterius humoris cursu repentè incidit, postquam nares fuerint exiccatæ, finitusq: pituitæ cursus, carcinodes est. præsertim si cerebri ægritudines ab atra bile ortæ malum præcesserint, siuè tuberculum primùm eruperit ciceris figuram, ac magnitudinem non excedens, mox ad auellanæ quantitatem excrescat, ac sensim in dies augeatur, sitq; in palato durities, idq: ẽt ferè peculiare carcinodes habet, nè saniẽ ferat, neq: ad nares, neq: ad palatũ.

Indicationes. *Hinc scopi ad curam sunt, primùm caput exiccare, eiq: robur addere, mox naribus consulere. Medicamẽta propterea ex parte adstringant, necesse est, ex parte secent, ac attenuent, & ex parte discutiant, exiccent, ac densent. ac ferè commune præsidiũ est, ad polypum, & carcinodas, quæ tamen suauiùs tractẽtur, ut ĩ capite de cachoete dictũ est, nè irritẽtur curatæ*

Prognosticum. *Et interdum sine cura relinquatur, maximè Austro, aut Euro flante; quo tempore strangulare hominem potest omnis polypus, tum ob nouæ materiæ cursum, tum quia carnes in*

his

his tempestatibus intumescunt, eòq; magis spiritum impedit; & nares dilatat ferè, quæ carcinodes est. Itaq; attingi nō debet, idemq; timor ex curatione est, si polypus durus est, nares siccæ nullusq humor incidit, si liuidus, tactui renitēs, ac in summa talis est, qui cancri naturam induerit, ac nasi figuram vitiauerit, doloremq; extendendo inferat. Aliud genus est, quod ferro curatur, & sequitur, cum difficilis quidem eius cura est, sed aliquid tamen sanitatis medicina promittit, dum uidelicet ruber polypus est, & fetidæ saniei cursus. Verùm, si, quod intrà nares oritur, molle est & ex his humor profluit, cōpressæq nares molles apparent, nec renitēt, & ferro, & medicamentis tolli potest. Ac interdùm adhibitis medicamentis inarescit, & etiam spatio septem dierum nares à malo liberari, auctor est Galen. ac longiori tempore absq. erosione auferri, ēt aliorū placitū est. Cautus tamē maximè in hoc malo medicus esse debet, nā & ferrū, & pleraq: quæ polypos exterunt, eos exacerbāt, ubi à scopis declināt. ac præ cæteris cauēdū est, nè infrà scalpello cartilago lædatur, in qua difficilis curatio est. Proficere autē medicina certū est, si, postquā ferro, aut medicamentis demptus fuerit polypus, spiritus & melior, & promptior sequitur. nam si ēt graue olet, & difficilis est, intùs mali radices adhuc esse indiciū est In hoc malo statim ab initio, nisi quod obstiterit, sāguinis plurimū mittēdū est. ferè .n. hoc malū humorū luxurie oritur, quod plerūq; cōmodū est ex vena cubiti, si sarcoma simplex est: si ad carcinoma accedit, his venis adapertis, quæ in ano sūt, post cæphalicā, quæ, cū fæcē plurimā admixtā habeāt, minori noxa exinaniūtur. præter id à capite directè retrahūt, ac eius humoris plurimū emittūt, ex quo facilè carcinoma gigni posset: Tum, ubi medicamenta nō sufficiunt, si ad nares est polypus, nec deterrimi generis est,

fer-

ferramento acuto in modum spathæ facto resoluere ab osse oportet; adhibita diligentia, nè infra cartilago lædatur. Vbi abscissus est, vnco ferramento est extrahendus. Tum implicitum linamentum, vel aliquod ex penicillo respergendum est medicamento, quo sanguis supprimitur, eoq. nares leniter implendæ. Sanguine supresso, linamento vulnus purgandum est eò medicamento penna illita, quo cicatrix inducitur, intus demittenda, donec ex toto id sanescat. Ab alijs homo in sedili ponitur aduersus solis radijs, & narium meatus sinistra manu explicatur, dilataturq. mox spatula ad id facta, ad myrthi foliorum similitudinem acuta, in orbem ducitur, ac polypus hoc modo, siuè caruncula dextra præciditur, illhic acie ferramenti imposita vbi naribus coaluit; post hæc ferri manubriolo succisa caruncula eximitur. Et, si quidem hi purum narium meatum viderint effectum, ad curationem vulneris se cõuertunt si verò reliquiæ aliquæ polypi superfuerint, alterius cultelli rasorij acie acutiore cum tensione, ac agitatione valenti, si opus fuerit, abradunt, donec tota caro relicta auferatur. Si in eodem loco est polypus, verùm maligni aliquid portendit, adurendus est. indè medicamentis vti oportet, quæ ad vstionẽ accomodata habẽtu. ac urẽdi modus hic habetur. Fistula immißa ferrãentis tribus, aut quatuor polypus uritur, ac post vstionẽ veratrũ nigrum tritum inijcitur. ac postquam putris facta fuerit caro, & exciderit, linamenta melle illita immittantur, addito æris flore. &, vbi curatum fuerit vlcus, fistulæ plumbeæ immittuntur, donec sanus fuerit. vel nasus scalpello finditur: mox expurgatur à polypo: at postea inuritur. quo facto, nasus rursus consuitur, & vlcus curatur eodem linamento melle illito &; vbi computruit, æris flos cum melle immittitur, & curatio fit pariter fistulis plũbeis immissis.

Post

Postquam ferro, aut igne satis nobis curasse suspicamur, spongia detergere oportet, ac poscam, aut vinum intrà nares infundere. & si humor effusus per fauces in palatum descenderit, iàm perfectum esse indicium est, quod igne, aut scalpello exposcebatur. si humor non descendit, iàm notum est polypi reliquias his ossibus adhuc inhærere, quæ à colando ethmoides à græcis dicuntur aut saltem aliquid supremis narium partibus, quò ignis: aut ferrum non peruenit. Ergò medio criter crassum linamentum, funiculi instar siuè duorum, triũ uè digitorum longitudinis in nodos constrictum per foramen specilli duplici cuspide præditi trasmittere oportet, alterumq: linamenti caput specillo per nares inserere ad colatorios meatus, ac idem per os, & palatũ eijcere. mox vtraq; manu sursum, deorsum assiduò trahere, vt nòdi illi tanquam serra caruncula m different; deindè funiculari linamento meatum diductum habere, ac post triduum pastillo musæ, aut ei simili reliquias assumere, & vuà locum exiccare: postea pastillis cicatricem inducentibus vti. Hipp. chordam nerueam accipiendam esse præcepit, in qua parua ansula fiat, ac eam tenui filo obligandam. deindè alterũ caput per ansulam transmittendum, alia maiore ansa facta, postea caput illud per stanneam virgam trasmittendum, deindè ansan illam maiorem in nasum traijciendam, & specillo infecto ipsam circum polypum abducendam, & adaptandam. vbi verò circum sita fuerit, virgam in os trasmitti opportere. & arreptam ipsam trahere, eodem modo supposito specillo instar vngulæ bifido ad tonsillam. & postquam id extractũ fuerit, æris flore curandum esse vlcus, vt superius relatum est. Idem au-ctor spongiam in rotundum concisam, & veluti spiram factam lino ægiptio obuolui iubet, & duram effici, quæ sit eius

ma-

magnitudinis, quæ narium cauitatem repleat, quæ posteà quadruplici lineo filo deligetur. quorum vnumquodq; cubiti longitudinem habeat: deindè, facto vno ipsorum principio, virgam stanneam sumi oportere, quæ ad alteram sui partem foramen habeat, & transmisso per foramen principio filorum virgam inacutam in os transmitti, & attrahi, donec filorũ principium apprehendatur. postea specillo instar vngula bifido sub gurgulionem supponi, & nisu trahi, donec polypus extrahatur. Postquam verò is extractus est, & sanguis flue re desierit, siccum linamentum specillo inuolutum immitti, mox æris flore, & melle illiniri, & immitti; ac, vbi iam ulcus curatum fuerit, plumbum melle illitum, donec sanus fiat, contineri. Et hæc sunt, quæ manus opera præstari ab auctoribus præcipuis accepi.

Cura Pharmaca. *Medicamenta verò interdùm in leui malo sola possunt polypum remouere, interdùm hoc saltem proficiunt, dum ad cætera medicamenta adhibenda viam parant. Namq; id perpetuum esse debet in hoc malo, nè priùs ad polypi excisionem, aut absumptionẽ per medicamenta deueniamus, quàm caput per purgatum fuerit, & roboratum. neq: capitis purgationem moliamur, antequam totius corporis repletioni consul tum fuerit. Itaq: ab hac purgatione curam auspicari nos oportet. Ac, si Sarcoma fuerit, ea medicamenta commoda sunt, quæ pituitam ducere creduntur, videlicet gnici semen, agaricum, & colocyntis. Si tenuis humor influit, aptissima ea radix indica est, quæ ab insula Mechioacã ad nos fertur, & smilacis radix creditur. seù ea, quæ à loco quoq; scialapium appellant. Si verò bilis atra malum fecit (quod præcipuè euenit, quando carcinoma est) sero purgandus æger est, & epythimo, & filicula. et, si hæc leuia experiuntur, etiam hellebore*

vti

vti oportet, ex quibus catapotia fiant, quæ antequàm dissoluantur, moram trahunt, & sensim à capite trahunt, quod minùs præstat serum, & ea medicamenta, quæ liquida assumuntur. Parari humores debent herba uolubili dicta, quã lupum salictarium vocant betonica, melissa, & alijs huius generis. Ex his apozemata parari possũt, ac diù ex his sumere, mox ijsdẽ quæ superius dicta sunt, corpus purgare, in maiori tamen quantitate quàm a principio, quia tunc validis humorem ducere non decet, cum paratus ille non sit. A principio tamen partìm purgare nullum inconueniens est in sano corpore & adeò arctis regulis obligatum non est. Si fuerit carcinoma, ea potiùs, quæ bilem atram ducunt, adhibenda sunt, eodem ordine, vt priùs toti prospiciamus, postea capiti, tùm, vt humorem noxiũ detrahamus, tùm, vt illi robur addamus. illud simili, hoc purgatione fit, hoc animaduerso quascunq potiones in hoc malo dederis, butyro esse miscendas. Ex his, quæ intùs assumuntur, caput roborat conserua betonicæ, & saluiæ: si sarcoma est, extra verò prodest, emplastrum Dijthion, sic dictũ, quod salicem contineat, aut anemonites, aut barbarum, quod bitumen, & picem continet, aut ex limacijs, quod constat ex myrrhæ, ac thuris singulorum vncia, limacijs tribus, & ouorum luteis duobus, quæ contusa miscentur, deindè linteo excepta capiti deraso admouentur; quod nouem continuis diebus facere oportet. ac, si, eo detracto, praui humores adhæreant, ter, adhibeas, mutato medicamine. Tùm protinùs ad carunculam deueniendum est. si leuis est, lenibus medicamentis; si maior, acrioribus; validissimis, si duritiem quoque adiunctam habet, aut nigricat; item animaduertere oportet medicamenta, quæ externa dicũtur, Auic. l. 2. T.2.C.113.

alia arida insuflari, alia liquida immitti ægro supino ĩ nares, alia mediocriter consistentia inungi. Ex his arida, & liquida meliùs in sarcomate adhibentur, vtpotè quæ exiccandi maiorem uim habẽt.(sal enim, qui ex mixtis corporibus exit, etiam si liquidus sit, tamen exiccandi vim habet). Quæ liniũtur, vbi durities adest, aut carcinoma timetur, aptiora sũt. Arida per arundinem in nares inspirantur, & ex his inter leuia laudatur puluis nepetæ exiccatæ, aut cyperi, aut ocymi, aut rosæ, aut nucis cupressi, aut noctuæ iugulatæ sanguis exiccatus. Componitur etiam puluis ad hoc ex æqua portione gallarum, & mirrhæ. Item ex cornu cerui vsto, & sandaracha. valentior est puluis ex bryoniæ radice, & ex spuma nitri & ex sandaracha, & ex atramento viridi bis die insufflato. Galenus miscet veratrum nigrum aut origano, aut sandaracha, aut atramẽti sutorij partes quatuor, minij parti vnæ, Paulus puluerem componit ex corticum granatorum duabus vncijs, fellis taurini, amomi, myrrhæ, calamenti, prassij singulorum vncia croci, & hellebori albi singulorum denarijs duobus. Siuè ex malicorij vncia vna, & semissæ, calcanthi denarijs decem, calcitidis vncia, fellis taurini, amomi, myrrhæ, calamĩthæ, marrubij, veratri albi singulorum denarijs quatuor, croci denarijs duobus. Aetius conficit ex aluminis scissilis, myrrhæ, sandarachæ, gallarum media vncia, & æris vsti denario. siuè ex myrrhæ media vncia, soreos, chalcitidis torrefactæ, ammoniaci denarijs duobus. croci denario. aliud quoq; habet ex soreos, aluminis scissilis vncijs tribus, & gallarum, ac myrrhæ vncijs duabus. Valentissimis, adnumeratur flos eris, atramentum sutorium, colocynthis, arsenicũ, calx, lactucæ marinæ lac, (elaterium officina appellat). Cõponitur puluis ex Antipatro vncia media æris vsti, &

mi-

minij sinopici denario. ex Antonio musa pari portione atramenti sutorij, ac sandarachæ. Paulus miscet squamæ æris vnciam vnam, sandarachæ mediam, calchanti, & veratri nigri denarios duos. idem quoq; Aetius habet, præter quam quod hic pro atramento sutorio æs vstum habet. aliàs miscet saluiæ, laseris, atramenti sutorij, æruginis pares portiones. At Dioscorides his omnibus vtitur, saluia excepta. Idem Aetius ex Nechepsone vtebatur squama ferri, & æris, & aluminis scissilis paribus portionibus. & ex Asclepiade, difrigis, calcis vstæ, sandaracæ, singulorum denarijs duobus, ac atramenti sutorij denario. Auicennas arsenico atramentum sutorium miscet, & vtitur. Item atramentum sutorium, salem ammoniacum, & æris florem. Quæ omnia, etsi arida insufflari præcipiuntur, tamen quocunq; modo applicita commoda sunt: veluti si quis ex pulpa colocyntidis turundam faceret, hoc aridum esset medicamentum, & persisteret. Item hæc omnia trita pingui aliquo excipi possunt, aut succo nepetæ, ocymi, &, iuxtà ea, quæ dicta sũt, animaduersione facta, vt in eo malo, in quo magis pulueres conuenire creduntur, aridius linimentum fiat, in eo verò pinguius, quo durius est. Ex his leuis est succus mali punici accidi æreo vase paululum decocto, donec strigmenti consistentiam habeat, quo nares liniuntur. item albæ violæ flos, qui teritur ex aqua, donec mellis crassitudinem habet, & illinitur. itẽ noctuæ iugulatæ calidus sanguis, aut canis stercus ex aceto, aut cupressi buccæ ficubus exceptæ liniuntur. oleum ireos idẽ facit, & aqua mali punici cum cortice, & carne ipsius decocta, & in vase plumbeo seruata, donec arescat, inde cum usus postulat, fæces sumantur, & ex tanta mali punici quantitate terantur, qua liniri possint, quod linimentum post hos aliquot

OFFICINAE.

Ad Crassitudinem palpebrum:

℞. Cochlearum testæ, Margaritarum, Tutiæ, ā. ʒ i	Croci gr. ij
M. & contere, & oleo ex-	M. fiat Vnguentum S. A.
cipe pro vsu.	vel
Ad pruritum palpebrarum,	℞. medul. cruris uituli, Butyri recent. ā. un ss
℞. Butyri recent. vn. ss	Tutiæ prep. ʒ ss
Mellis rosati ʒ ij	Aloes hepatici scr. i
Farinæ hordaceę ʒ i	Ambræ grisæ gr. iij
	M. fiat vng. S. A.

De Enchanti. Cap. IX.

E ΥΚΑΝΘΙΣ *tuberculum est in oculi angulo exoriens, fereq; caruncula est, quæ & per seipsam fæda est, & palpebras afficit, quas parum diduci patitur* البشره *sarabes dixere. Quacunq; de causa potest oriri hoc malum, à qua coetera tabercula gigni valent, verùm frequentiùs post vlcus carnis luxuries est, aut parùm exciso vngue remanet. Quod Satis per se notum est. Si caruncula est, ab sumi debet. si tuberculi rationem habet, excidi. si quid relictum in vnguis cura est, circumcidere oportet. Quæ facilè exequi possumus, tamen timor est, si vetus caruncula est, nè absumpta redeat; si pustula, aut tuberculum, nè ferri, manusq; opus in angustiis exqui situm nouum aliquod malum excitet. Ergò excipi hamulo, & circumci di debet. hic tamen diligenter temperata manu, nè quod ex ipso abscidat: Tum exiguum linamentum respergendum est vel cadmia, vel atramento sutorio,*

inq;

inq; eum angulum, diductis palpebris, inferendum, superq; eodem modo deligandum, proximisq; diebus similiter nutriendum, tantùm vt primis aqua e gelida, vel etiam frigida foueatur; si post vlcus caro luxuriat, aut super crescit, eodem vlcere adhuc durante, commendatum est collyriũ Euelpidis, menigmenon dictum, quod habet papaueris lachrimæ, piperis albi singulorum un. 1. gummi lib. 1. æris combusti dr. 1. Præter hæc omnia, quæ reprimunt, commoda sunt, quæq; carnes excidere diximus, hac tamen animaduersione, vt in morbis oculorum semper mitiora eligantur. Victus ex alibi dictis peti potest.

De Staphilomate. Cap. X.

IN oculo interdùm summa attollitur tunica, aut rumpitur, & similis figura acino fit, vndè id malum σταφίλωμα græci vocant عنبية arabes. Fit interdum ex fluxione; interdùm ex ictu, & vlcere, siuè ruptis intùs membranis, siuè laxatis, atq; hi affecti, & nihil vident, & fædam faciem habent. si interna tunica laxatur, summa minùs attollitur; si rupta est fædissimè prominet. si parum exijt, quia musca videtur μυοκέφαλον dicitur, si plurimùm μῆλον idest malum appellatur, etenim ad pomi magnitudinem crescit. siquando occallùit τύλος hoc est clauus nominatur, ideòq; quicquid superest, demere oportet, non eò quia sanitas vlla sperari possit, nec vt rerum conspectus restituatur, quod fieri nequit, sed quò minùs fæda postea facies sit. Itàq; oportet ad ipsas staphilomatis radices per medium transuere acu duo lina ducente. Sunt, qui acũ primùm ab inferiori parte sursum eodẽ modo infigũt, indè hac ratione ab vno angulo ad alterũ

transfuũt, & manente priori acu, lini finum qua parte cõiungitur, incidũt. deindè alterius lina duo capita ex superiori parte alterius ex interiori astringunt inter se, & hæc, paulatim secãdo, id excidunt. postẽà, detracta acu, albũ oui lana excipiẽdũ, & imponẽdũ. posteaq; uapore aquæ calidæ fouẽdus oculus, & lenibus medicamẽtis vnguẽdus est, donec vnà cũ staphilomate ipsa lina excidant. Altera curatio est, qua staphiloma in sũma parte eius ad lenticulæ magnitudinem exciditur, ac postmodum eodem vapore, iisdemq; medicamentis curatur.

OFFICINAE.

Ad Staphiloma.

R. Fol. Rosarum
Poligonj
Oleastri
Rubi } ã. m. 1
Vini rubri lib. 1.
Aceti vn. ij.
M. bulliant pro fotu

vel

R. Albuminis oui hirũdinis v. ss
Amyli
Tragacanthæ } ã. ℨ 1
Cineris quo ex pur. ℨ ss
Croci scr. ss
M. & applicetur super oculo

De Polypo. Cap. XI.

Polypi nomen latini quoq; à græcis accepere. Sarcoma græcum vocabulum est, sed latiùs [illegible] arabum est. Polypus à palypode pisce nomen habet, quoniã & corporis natura, & colore, & cõsistentia eius piscis carnibus assimilatur. nàm, vt ei multæ propagines sunt, vt mollis est, & complexu suo captantes alliscitur, & appræhendit. simili modo huius mali caro mollis est, modò alba, modò rubra, modò nigricans, pluribusq; propaginibus propendet, naresq;

resq; quasi complectens apprahendit illisq: adhæret. Sarcoma verò appellatus hic morbus creditur, quia nil aliquid esse videtur, præter carnis incrementum naturæ modum excedēs. Hæmorrohis verò arabibus dicitur, fortaſſe à similitudine eius morbi, qui in ano frequens est, vbi ad ipsum os caruncula multæ oriri consueuerunt. Hinc nonnulli carunculam dixere naturæ modum excedentem. alij tumorem præter naturam, quod idem est, nisi quod illi corporis naturam, hi excessum explicant.

Hoc vitium narium proprium est, si quidem hæ carne replentur, ac intrinsecus modò ex chartilagine dependet modò circa chartilaginem, modò ex obliquo eiusdem nascitur ferè narium ossi inhæret, & modò ad labra pendens narem implet, modò verò per id foramen, quo spiritus à naribus ad fauces descendit, adeò increscit, vt post vuam conspici possit.

Fieri hoc malum à crassis, lentis, viscoq: similibus humoribus manifestum est. qui, vt vitium contraxere, ac redundarint, in nares defluunt ac lentore suo facilè adhærent, & producuntur. præsertimq: eò deducuntur humores, quando inflammatio aliqua, aut tuberculum aut aliud carnis germen intra nares constiterit, aut, postquam excisum fuerit, radices reliquerit. Vt enim facilè ob inflammationem ibi ortam humor deducitur, ità humor facilè producitur humida enim est loci illius natura, & lentos, viscoq; similes humores excipere solita, similiaq. excrementa demittere.

Itàq. non difficilè est hunc tumorem agnoscere. quia eius loci peculiare vitium est; & nares tumen., &, vt diximus, polypodis carnibus nō est dissimile. Verùm, quia, vt aliàs, ità etiam eo loco carcinodæ oriuntur, ab his polypus dixtinguendus est, quod ex colore præsertim, & carnis consistentia re-

Et è fieri potest, nam polypi caro mollis est, modò alba, modò rubra. carcinodæ nigra est, & dura. In vtroq; malo dependet ex medio cartilaginum quid tonsillis, & vuæ simile, & vbi expirat homo, foras id progreditur, vbi verò inspirat, retrocedit: ac obscurè loquitur: dumq; dormit. stertit. stertit tamen vehementius, & peiùs loquitur, & minùs spiritum reddit, & attrahit, dum carcinodas intùs homo habet, quàm dum polypum. imò spiritus transitum per nares carcinodæ prorsus intercludunt. &, quamquam caro videtur esse, dum tanguntur, strepitum edunt, tanquam lapis. ac caro alba dolorem non habet, rubra verò, & fusca dolores vehementes interdùm habet, & sanies tunc graueolens procidit. Præter hæc polypus ferè post capitis ægritudines, & humorũ effluxus oritur. Ac, si sinè sanguinis, aut alterius humoris cursu repentè incidit, postquam nares fuerint exiccatæ, finitusq; pituitæ cursus, carcinodes est. præsertim si cerebri ægritudines ab atra bile ortæ malum præcesserint, siuè tuberculum primùm eruperit ciceris figuram, ac magnitudinem non excedens, mox ad auellanæ quantitatem excrescat, ac sensim in dies augeatur, sitq; in palato durities, idq; ẽt ferè peculiare carcinodes habet, nè saniẽ ferat, neq; ad nares, neq; ad palatũ.

Indicationes. *Hinc scopi ad curam sunt, primùm caput exiccare, eiq; robur addere, mox naribus consulere. Medicamẽta propterea ex parte adstringant, necesse est, ex parte secent, ac attenuent, & ex parte discutiant, exiccent, ac densent. ac ferè commune præsidiũ est; ad polypum, & carcinodas, quæ tamen suauiùs tractãtur, ut ĩ capite de cachoete dictũ est, nè irritẽtur curatæ*

Prognosticum. *Et interdum sine cura relinquatur, maximè Austro, aut Euro flante; quo tempore strangulare hominem potest omnis polypus, tum ob nouæ materiæ cursum, tum quia carnes in*

his

his tempestatibus intumescunt, eòq: magis spiritum impedit; & nares dilatat ferè, quæ carcinodes est. Itaq; attingi nõ debet, idemq; timor ex curatione est, si polypus durus est, nares siccæ, nullusq humor incidit, si liuidus, tactui renitẽs, ac in summa talis est, qui cancri naturam induerit, ac nasi figuram vitiauerit, doloremq; extendendo inferat. Aliud genus est, quod ferro curatur, & sequitur, cum difficilis quidem eius cura est, sed aliquid tamen sanitatis medicina promittit, dum uidelicet ruber polypus est, & fetidæ saniei cursus. Verùm, si, quod intrà nares oritur, molle est & ex his humor profluit, cõpressæq nares molles apparent, nec renitẽt, & ferro, & medicamentis tolli potest. Ac interdùm adhibitis medicamentis inarescit, & etiam spatio septem dierum nares à malo liberari, auctor est Galen. ac longiori tempore absq. erosione auferri, ẽt aliorũ placitũ est. Cautus tamẽ maximè in hoc malo medicus esse debet, nã & ferrũ, & pleraq: quæ polypos exterunt, eos exacerbãt, ubi à scopis declinãt. ac præ cæteris cauẽdũ est, nè infrà scalpello cartilago lædatur, in qua difficilis curatio est. Proficere autẽ medicina certũ est, si, postquã ferro, aut medicamentis demptus fuerit polypus, spiritus & melior, & promptior sequitur. nam si ẽt graue olet, & difficilis est, intùs mali radices adhuc esse indiciũ est. In hoc malo statim ab initio, nisi quod obstiterit, sãguinis plurimũ mittẽdũ est. ferè .n. hoc malũ humorũ luxurie oritur, quod plerũq; cõmodũ est ex vena cubiti, si sarcoma simplex est: si ad carcinoma accedit, his venis adapertis, quæ in ano sũt, post cæphalicã, quæ, cũ fecẽ plurimã admixtã habeãt, minori noxa exinaniũtur. præter id à capite directè retrahũt, ac eius humoris plurimũ emittũt, ex quo facilè carcinoma gigni posset: Tum, ubi medicamenta nõ sufficiunt, si ad nares est polypus, nec deterrimi generis est, fer-

ferramento acuto in modum spathæ facto resoluere ab osse oportet; adhibita diligentia, nè infra cartilago lædatur. Vbi abscissus est, vnco ferramento est extrahendus. Tum implicitum linamentum, vel aliquod ex penicillo respergendum est medicamento, quo sanguis supprimitur, eoq. nares leniter implendæ. Sanguine supresso, linamento vulnus purgandum est eò medicamento penna illita, quo cicatrix inducitur, intus demittenda, donec ex toto id sanescat. Ab alijs homo in sedili ponitur aduersus solis radijs, & narium meatus sinistra manu explicatur, dilataturq. mox spatula ad id facta, ad myrthi foliorum similitudinem acuta, in orbem ducitur, ac polypus hoc modo, siuè caruncula dextra præciditur, illhic acie ferramenti imposita, vbi naribus coaluit; post hæc ferri manubriolo succisa caruncula eximitur. Et, si quidem hi purum narium meatum viderint effectum, ad curationem vulneris se cõuertunt si verò reliquiæ aliquæ polypi superfuerint, alterius cultelli rasorij acie acutiore cum tensione, ac agitatione valenti, si opus fuerit, abradunt, donec tota caro relicta auferatur. Si in eodem loco est polypus, verùm maligni aliquid portendit, adurendus est. indè medicamentis vti oportet, quæ ad vstionẽ accomodata habẽtur: ac vrẽdi modus hic habetur. Fistula immißa ferrãentiis tribus, aut quatuor polypus uritur, ac post vstionẽ veratrũ nigrum tritum inijcitur. ac postquam putris facta fuerit caro, & exciderit, linamenta melle illita immittantur, addito æris flore. &, vbi curatum fuerit vlcus, fistulæ plumbeæ immittuntur, donec sanus fuerit. vel nasus scalpello finditur: mox expurgatur à polypo: ac postea inuritur. quo facto, nasus rursus consuitur, & vlcus curatur eodem linamento melle illito. &, vbi cõputruit, æris flos cum melle immittitur, & curatio fit pariter fistulis plũbeis immissis.

Post

Postquam ferro, aut igne satis nobis curasse suspicamur, spongia detergere oportet, ac poscam, aut vinum intrà nares infundere. & ,si humor effusus per fauces in palatum descenderit, iàm perfectum esse indicium est, quod igne, aut scalpello exposcebatur. si humor non descendit, iàm notum est polypi reliquias his ossibus adhuc inhærere, quæ à colando ethmoides à græcis dicuntur aut saltem aliquid supremis narium partibus, quò ignis: aut ferrum non peruenit. Ergò medio criter crassum linamentum, funiculi instar siuè duorum, triũ uè digitorum longitudinis in nodos constrictum per foramen specilli duplici cuspide præditi trasmittere oportet, alterumq; linamenti caput specillo per nares inserere ad colatorios meatus, ac idem per os, & palatũ eijcere. mox vtraq; manu sursum, deorsum assiduò trahere, vt nòdi illi tanquam serra caruncula m disserent; deindè funiculari linamento meatum diductum habere, ac post triduum pastillo musæ, aut ei simili reliquias assumere, & vuà locum exiccare: postea pastillis cicatricem inducentibus vti. Hipp. chordam nerueam accipiendam esse præcepit, in qua parua ansula fiat, ac eam tenui filo obligandam. deindè alterũ caput per ansulam transmittendum, alia maiore ansa facta, postea caput illud per stanneam virgam trasmittendum, deindè ansan illam maiorem in nasum traijciendam, & specillo insecto ipsam circum polypum abducendam, & adaptandam. vbi verò circum sita fuerit, virgam in os trasmitti oportere. & arreptam ipsam trahere, eodem modo supposito specillo instar vngulæ bifido ad tonsillam. & ,postquam id extractũ fuerit, æris flore curandum esse vlcus, vt superius relatum est. Idem auctor spongiam in rotundum concisam, & veluti spiram factam lino ægiptio obuolui iubet, & duram effici, quæ sit eius

ma-

magnitudinis, quæ narium cauitatem repleat, quæ posteà quadruplici lineo filo deligetur. quorum vnumquodq; cubiti longitudinem habeat: deindè, facto vno ipsorum principio, virgam stanneam sumi oportere, quæ ad alteram sui partem foramen habeat, & transmisso per foramen principio filorum virgam inacutam in os transmitti, & attrahi, donec filorũ principium apprahendatur. postea specillo instar vngulæ bifido sub gurguliónem supponi, & nisu trahi, donec polypus extrahatur. Postquam verò is extractus est, & sanguis fluere desierit, siccum linamentum specillo inuolutum immitti, mox æris flore, & melle illiniri, & immitti; ac, vbi iam ulcus curatum fuerit, plumbum melle illitum, donec sanus fiat, contineri. Et hæc sunt, quæ manus opera præstari ab auctoribus præcipuis accepi.

Cura Pharmaca. *Medicamenta verò interdùm in leui malo sola possunt polypum remouere, interdùm hoc saltem proficiunt, dum ad cætera medicamenta adhibenda viam parant. Namq; id perpetuum esse debet in hoc malo, nè priùs ad polypi excisionem, aut absumptionẽ per medicamenta deueniamus, quàm caput per purgatum fuerit, & roboratum. neq: capitis purgationem moliamur, antequam totius corporis repletioni consultum fuerit. Itaq: ab hac purgatione curam auspicari nos oportet. Ac, si Sarcoma fuerit, ea medicamenta commoda sunt, quæ pituitam ducere creduntur, videlicet gnici semen, agaricum, & colocyntis. Si tenuis humor influit, aptissima ea radix indica est, quæ ab insula Mechioacã ad nos fertur, & smilacis radix creditur. seù ea, quæ à loco quoq; scialapium appellant. Si verò bilis atra malum fecit (quod præcipuè euenit, quando carcinoma est) sero purgandus æger est, & epythimo, & filicula. et, si hæc leuia experiuntur, etiam helleboro*

vti

vti oportet, ex quibus catapotia fiant, quæ antequàm dissoluantur, moram trahunt, & sensim à capite trahunt, quod minùs præstat serum, & ea medicamenta, quæ liquida assumuntur. Parari humores debent herba uolubili dicta, quã lupum salictarium vocant betonica, melissa, & alijs huius generis. Ex his apozemata parari possũt, ac diù ex his sumere, mox iisdẽ quæ superius dicta sunt, corpus purgare. in maiori tamen quantitate quàm a principio, quia tunc validis humorem ducere non decet, cum paratus ille non sit. A principio tamen partim purgare nullum inconueniens est in sano corpore & adeò arctis regulis obligatum non est. Si fuerit carcinoma, ea potiùs, quæ bilem atram ducunt, adhibenda sunt, eodem ordine, vt priùs toti prospiciamus postea capiti, tùm, vt humorem noxiũ detrahamus, tùm, vt illi robur addamus. illud simili, hoc purgatione fit, hoc animaduerso quascunq potiones in hoc malo dederis, butyro esse miscendas. Ex his, quæ intùs assumuntur; caput roborat conserua betonicæ. & saluiæ. si sarcoma est. extra verò prodest, emplastrum Dijthion, sic dictũ, quod salicem contineat, aut anemonites, aut barbarum, quod bitumen, & picem continet, aut ex limacijs, quod constat ex myrrhæ, ac thuris singulorum vncia, limacijs tribus, & ouorum luteis duobus. quæ contusa miscentur, deindè linteo excepta capiti deraso admouentur; quod nouem continuis diebus facere oportet. ac, si, eo detracto, praui humores adhæreant, ter, adhibeas, mutato medicamine. Tùm protinùs ad carunculam deueniendum est. si leuis est, lenibus medicamentis; si maior, acrioribus; validissimis, si duritiem quoque adiunctam habet, aut nigricat; item animaduertere oportet medicamenta, quæ externa dicũtur, Auic. l. 1. T. 2. c. 113.

alia arida insuflari, alia liquida immitti ægro supino ĩ nares, alia mediocriter consistentia inungi. Ex his arida, & liquida meliùs in sarcomate adhibentur, vtpotè quæ exiccandi maiorem uim habẽt.(sal enim, qui ex mixtis corporibus exit, etiam si liquidus sit, tamen exiccandi vim habet). Quæ liniũtur, vbi durities adest, aut carcinoma timetur, aptiora sũt. Arida per arundinem in nares inspirantur, & ex his inter leuia laudatur puluis nepetæ exiccatæ, aut cyperi, aut ocymi, aut rosæ, aut nucis cupressi, aut noctuæ iugulatæ sanguis exiccatus. Componitur etiam puluis ad hoc ex æqua portione gallarum, & mirrhæ. Item ex cornu cerui vsto, & sandaracha. valentior est puluis ex bryoniæ radice, & ex spuma nitri & ex sandaracha, & ex atramento viridi bis die insufflato. Galenus miscet veratrum nigrum aut origano, aut sandaracha, aut atramẽti sutorij partes quatuor, minij parti vnæ, Paulus puluerem componit ex corticum granatorum duabus vncijs, fellis taurini, amomi, myrrhæ, calamenti, prasij singulorum vncia croci, & hellebori albi singulorum denarijs duobus. Siuè ex malicorij vncia vna, & semisse, calcanthi denarijs de:em, calcitidis vncia, fellis taurini, amomi, myrrhæ, calamĩthæ, marrubij, veratri albi singulorum denarijs quatuor, croci denarijs duobus. Aetius conficit ex aluminis scissilis, myrrhæ, sandarachæ, gallarum media vncia, & æris vsti denario. siuè ex myrrhæ media vncia, soreos, chalcitidis torrefactæ, ammoniaci denarijs duobus, croci denario. aliud quoq; habet ex soreos, aluminis scissilis vncijs tribus, & gallarum, ac myrrhæ vncijs duabus. Valentissimis, adnumeratur flos eris, atramentum sutorium, colocynthis, arsenicũ calx, lactucæ marinæ lac, (elaterium officina appellat). Cõponitur puluis ex Antipatro vncia media æris vsti, & mi-

minij sinopici denario. ex Antonio musa pari portione atramenti sutorij, ac sandarachæ. Paulus miscet squamæ æris unciam unam, sandarachæ mediam, calchanti, & ueratri nigri denarios duos. idem quoq; Aetius habet, præter quam quod hic pro atramento sutorio æs ustum habet. aliàs miscet saluiæ, laseris, atramenti sutorij, æruginis pares portiones. At Dioscorides his omnibus utitur, saluia excepta. Idem Aetius ex Nechepsone utebatur squama ferri, & æris, & aluminis scissilis paribus portionibus. & ex Asclepiade, difrigis, calcis ustæ, sandaracæ, singulorum denarijs duobus, ac atramenti sutorij denario. Auicennas arsenico atramentum sutorium miscet, & utitur. Item atramentum sutorium, salem ammoniacum, & æris florem. Quæ omnia, etsi arida insufflari præcipiuntur, tamen quocunq; modo applicita commoda sunt: ueluti si quis ex pulpa colocyntidis turundam faceret, hoc aridum esset medicamentum, & persisteret. Item hæc omnia trita pingui aliquo excipi possunt, aut succo nepetæ, ocymi. &, iuxtà ea, quæ dicta sũt, animaduersione facta, ut in eo malo, in quo magis pulueres conuenire creduntur, aridius linimentum fiat, in eo uerò pinguius, quò durius est. Ex his leuis est succus mali punici accidi æreo uase paululum decocto, donec strigmenti consistentiam habeat, quo nares liniuntur. item albæ uiolæ flos, qui teritur ex aqua, donec mellis crassitudinem habet, & illinitur. itẽ noctuæ iugulatæ calidus sanguis, aut canis stercus ex aceto, aut cupressi buccæ ficubus exceptæ liniuntur. oleum ireos idẽ facit, & aqua mali punici cum cortice, & carne ipsius decocta, & in uase plumbeo seruata, donec arescat, inde cum usus postulat, fæces sumantur, & ex tanta mali punici quantitate terantur, qua liniri possint, quod linimentum post hos aliquot

succo mali eiusdem abstergi debet, & rursus liniri, & hæc pluriès eadem die vicissim fiant. Sed, quoniam simile medicamentum Aetius. & Alexander mirum in modum extollunt, modum ponam. Hi igitur malorum punicorum recentium par pondus excipiunt, & cum acino, carne, membranulis, & cortice contundunt validè, vt succus exprimi possit; quem lento igne decoquunt, & stanneo vase seruant. quod verò crassum ex expressione reliquum fuerat, rursus validè contundunt, & collyria efficiunt, eius crassitiei, & longitudinis, qua narium foramina repleri commodè possint. Ac, si polypus mollior fuerit, plus austeri mali punici miscere oportet; si fuerit aridior, plus acidi. Animaduertere oportet, Alexandrum in hoc ab Aetio dissentire, vt qui in hoc casu minùs acidi miscendum esse præcipit, sed ego mentem Aetij sequerer, vt pote, cui etiam Auicennas consentit. Item puluis ocymi, aut rosæ vino, aut melle misceri possunt, & illiniri. Validior his est ranunculi radix trita. Rhasis vnguentum viride a se descriptum laudat. Alij componunt ex flore æris, ærugine, sylphij succo, & olei quantùm satis est ad unguentũ conficiendum, quo quinque dierum spatio intùs nares liniunt, indè vulsella eximunt. Galenus atramentũ sutorium aceto diluit, ac illinit, aut erugine ex melle decocta. Aetius sinapi tritum aqua madefacit, ac ad glandium magnitudinem, ac figuram redigit, & vsus tempore, aceto, aut melle diluit, ac tenui inuoluit linteolo, cuius sũmitati priùs extrinsecus aliquo pingui illinit, vt, quoties libuerit, facilè eximatur, ac per diem sinit, quo medicamento polypum excidere asserit. Idem recipit chalcitidis, mysios, myrrhæ singul. den. vi. gallarũ den. iiij. aluminis scissilis den. iij. rotundi den. ij. atramẽti sutorij, thuris singul. den. i. teruntur hæc, & cribrata ex aceto misce-

miscentur, ac exiccantur in pastillos, ac, cũ opus fuerit, aceto, & melle diluuntur. & linamentũ medicamine intinctũ in nares imponitur, ac sinitur integra die. postera die remouetur, ac polypus plerũq; sequitur. si persistit, denuò medicamẽtũ inijcitur. Plura etiam alij cõponunt ex alumine, myrrha, ære vsto, aut plumbo, æris cortice, attramento sutorio, & similibus, quæ varie admixta aut vino, aut succo ocymi, aut nepetæ, aut granæ tinctorum, aut melle, aut pingui aliquo excipiuntur, ac liniũtur. Ex liquidis multa iam recensuimus, alijs admisceri, quæ per se quoq; aliquid efficiunt, leuiter quidem succus nepetæ, ocymi, mali punici, & vrina cameli, validior est ranunculi succus, ualidissimus lactucæ marinæ.

Victus rationem conferentẽ deberi, solus Alexander præcipit, ex alijs nemo, nè verbum quidem protulit. credo, quia primi auctores pauca ad hoc malum præter ferrum proposuerunt, ac cæteri ea tantùm addiderunt, quæ ferri vicem gerũt, nẽpè erodentia. tamen, vt in cæteris morbis, ità in hoc quoque victus rõnem plurimum facere crederem, si non ad curã, saltem nè curantis manũ plus humoris, aut praui eludat, si ingeratur. vndè sepiùs ex sarcomate medicamento carcinoma factũ est. et, si fælix medicamenti successus fuerit, tamẽ mala uictus rõne adhibita, põt malum redire, & innouari. Ideò crassum aerẽ, ac latas planicies effugere cõsultissimum censeo. Pariterq; crassos lentosq; cibos. assa in sarcomate meliora puto, in carcinomate elixa. uinũ tenue, & albũ in vtroq; malo. uerùm in eò austerum, in hoc sub dulce. Vigilare in sarcomate, in carcinomate plùs dormire. Ac pariter in eò se exercere. in hoc quiescere. Excrementa educi in utroq; malo est commodum. Et item animi quies. In carcinomate tamen maiori diligentia mærores, & mæstitiæ cauendæ sunt.

OFFICINAE.

Ad Polypum leniens.

R. Myrobal. chebul. } ā. ʒ i
Belliric.
Turbith.
Carthami ʒ ij
Spicæ } ā. ʒ ss
Asari
Fiat infusio in d. c. S A.
Et adde
Colaturæ Rodōellis sol. v. iiij
M. fiat potio
Præparans.
R. mellis ros simpl.
Sy. e succo acetosæ } ā. vn. ss
Luppulis
Aq. boragini, } ā. vn. i
Betonicæ
Melissæ
Luppulorum
M. pro yr. capiat per uices.
Purgans
R. pilul. assaiaret } ā. ʒ ss
Lucis min.
cochiarū cū ell
Troch. alhandal. gr ij
Gum aqua mentæ ref. pilulæ.
Puluis ad sarcoma.
R. Nepe æ } ā. ʒ i
Cyperi
Myrrhæ
Gallarum
Ocymi

Exiccata terantur in puluerem & insufflentur, in nares.
Validior,
R. malicorij vn. ss
Rad bryoniæ } ā. ʒ ij.
Fellis taurini
Myrrhæ
Amomi } ā. ʒ i
Sandaracæ
Calcithidis } ā. scr. ij
Calchanti
Veratri albi
Croci scr. i
Exiccata omnia terantur in puluerem, qui in nares insuflari debet bis die.
Validissimus
R. Calcis vstæ } ā. ʒ ij
Sandaracæ
Aluminis sciss. } ā. ʒ i
Atramenti sutorij
Veratri nigri
Squamæ æris } ā. ʒ ss
Elaterij
M. fiat puluis, & insuffletur in nares
Ad polypum lene.
R. Origani } ā. ʒ ss
Calamenthi
Saluiæ
Malicorij

Marrubij ʒ j
Spodij
Fiat omnium puluis tenuissimus, & addendo olei irini vn. ij
Ceræ vn. ss
M. pro linimento, quo intra nares polypus liniatur.

Validius

R. Gallarum
Soreos
Aluminis
Chal c t d torrefactæ } á. ʒ 1
veratri nigri
Calchanti } ã. sc ii
Olei irini ã. un. ij
Ceræ ʒ ij
M. pro linimento validissimum

R. Fl. æris
Colocynthidis
Arsenici } á. scr. 1
Calcis
Minii finopici } á. ʒ ss
veratri nigri
Salis ammoniaci } á. ʒ 1
Olei irini vn. i
Ceræ ʒ ij

M. pro linimento

vel

R. æris vsti vn. ss
Minii finopici ʒ 1
Succ mali puniciacidi q. s. vt ex instillatione succi commiscendo fiat strigmentum, quo polypus liniatur.

vel

R. Squamæ æris vn. ss
Sandaracę ʒ ij
Calchanti
Veratri nigri } á. ʒ 1
M & instillatione succi nepetę fiat strigmentum S. A.

vel

R. Saluiæ
Laseris
Atramenti sutorii
æruginis
Alumin's sciss.
Colocynthidis
veratri nigri } á. ʒ 1
M. & fiat puluis tenuissimus, quo ex instillatione succi ocymi q. s. fiat Strigmentum, S. A.

De Dentium vitijs. Cap. XII.

SOli dentes ex ossibus conspicui sunt, ideò de his solis seorsim ab alijs, dicẽdum est. Hos ossa esse latini negabant, & quod duriores osse essent, et quod medullam non habent, & quod ex neruo, qui in eos inseritur, obiectorum, & doloris sensum habent, & quod non tegantur carne, et quod quacunque ætate increscant, quæ singula ab alijs ossibus aliena sunt,

Verum

Verùm, quia Galenus hanc latinorum sententiã tanquam sine ratione prolatam, inanem quoq; esse contendit, ossa nominabimus, nè defectio à tanto viro in re minimi momenti suspectã tractandarum rerum explanationem reddat. Cæterùm non video, quare nouum nomen sit eis imponendum, cum dens appellari consueuerit. nisi enim sub ossis genere poneretur, sub eò poni posset, sub quo ossa ipsa, & lapides, & ligna continentur. Sed ad propositũ redeuntes, si quẽ is morbus apprehenderit, & faciei species, & forma deteritur: interdùm etiam oris spiritus fœdatur. Interdùm hi toti excidunt, interdùm pars eorum aut abscedit, au. absumitur: modò plùs iusto increscunt: modò quantùm satis est non attolluntur. aliquando inæquales sunt, aut rari: nonnunquam nigri, aut luridi, aut imbecilli. Interdùm alio loco nascuntur, aut alio modo, quàm decus exposcat: interdùm nidorem, aut intùs perforati habent; aut extrà ad eorum radices, tanquàm gluten adhæret.

Dentes excidũt interdùm gingiuis consumptis, interdùm locis, quibus inseruntur præ ariditate dilatatis, aut oris erosione detritis, nõnumquam etiam ex ictu. Eroduntur acris humoris influxu, qui ferè a capite profluit, aut à liene ascendit. Ideòq: lienosis prauus quidam vapor eleuari solet, quo dentes & gingiuæ corrumpantur. Interdùm etiam, quod assumitur. aut statim id facit, aut humores gignit ad id faciendum idoneos. Bilis ferè dentes absumit, præsertìm in his, qui cupidi literarum sunt, in quibus assidua, & attenta cogitatio plurimam pituitam cerebro alendo destinatam attrahit in caput: cumq; ei admixta sit bilis, qua cerebrum ali non poteſt, recidat necesse est, cumq; in os cadat dentes erodit. Lac præsertim, quæq. eius humiditatem sapiunt, & erosioni, & putrefactioni dentes obnoxios faciunt: præcipuèq;, si diù

den-

dentibus adhæserit; acidum tamen non adeò sanis dentibus obest, nisi hi fortassè à frigore infestari soleant. Calidarũ quoq: aquarum vsu dentes in erosionem proni summopere læduntur, nam sulphuris, & bituminis ui caput vehementer incalescit. aluminis vero angusti eius meatus obstruuntur, nè indè possint, nisi acres humores, descendere. Longiores dentes fieri solẽt uberiore alimento simul accedẽte, et ministerij defectu, quo mi nùs consumãtur. Crescere verò dentes in dies apparet in his, qui nullum è regione habent, quem possint offendere, dum alimenta cõminuunt. qua cõminutione consumi solẽt. Tenues, aridiq. fiunt ob inopiã alimẽti, siuè id prorsus a tabe deficiat, siuè non trasmittatur, siuè non admittatur. Inæqualitas alia est magnitudinis, & paruitatis, alia figuræ, alia loci, alia positionis. Ea, quæ magnitudinis, et prauitatis est, easdẽ superiùs dictas causas habet, præ.erquã tabis. Tabes .n. cõis omnibus est, nè possit hanc inæqualitatẽ parere. Si figura aspritudinem habet, aut aliquid adhæsit dẽti, aut aliquid ex eo defecit, quo scaber est, quorum consideratio alium locum habet. Loci declinatio, consueti præintelligitur, nisi ex natura est, ex ictu est. Natura verò vel sponte, occultauè aliqua causa locum declinat: uel in pueris, dum nouus dens subit, nec statim priorem valet expellere; interdùm supra infraue, cum se ostendit. Sin capitis os, aut malarum, aut maxilla distrahitur, ipsi quoque dentes distrahantur, necesse est. Positio easdem pænè causas habet, sed minores, maiori enim vi opus est, vt loco pellatur, quàm nè rectus exurgat. Rari dentes ex natura sunt, morbus enim, nisi aliquid ex narratis accesserit, vt excisio, erosio, aut ariditas, nullus est, qui diducat. Niger fit a calore, in quo vis quædam acuta sit, quæ, si excesserit, etiam corrũpit. Labat dens modò propter radicũ imbecillitatem, modò propter gingiuarũ arescentium uitium. Radix im-

becilla fit ob alimenti defectum, ipsa enim extenuatur, & loca, in quibus inferitur, contrahuntur. humore interdùm mollitur, aut ex ictu loca, quibus inest, aut scindit, aut pãdit, nè possit ipsa deindè firma permanere; Putor non nisi ex dente perforato prodit, interdùm etiam cibi reliquiae inter dentes remanent, quae diù detentae corrumpuntur, & spiritum oris malè olentẽ reddunt. Materia adhaerere consueuit ferè in his dentibus, quibus vti, aliqua occasione quis desierit.

Signa. *Excisus dens magnus, & paruus sensui apparent. at hic, si ex tabe imminuitur, totius corporis consumptio comes est, aut senij. &, quocunq; modo fuerint imminuti, si non ex natura parui sunt, dimouentur. Inaequalitas, raritas, nigrities facilè conspiciuntur. Si labat extenuatis radicibus, & alueolo, quo hae continentur, ariditatis sunt indicia. si ex humore, plurima ex ore pituita profluit. & ferè in somnis os ea repletur. si ex ictu, aeger ipse manifestabit. si gingiuae vitium est, idipsum apparet. si foramina, aut interpositum spatium cibi reliquijs repletur, & id apparere potest, & ex eo manifestari, quod os malè oles, nullo in eo ulcere existente, nec stomacho malè affecto. Id quoque, quod quasi gluten est, apparet intuenti.*

Indicationes. *Cui deficit, dens reddendus est. magnus imminuendus. paruus alendus inaequalis aequandus est, non utrunq: urgendo, nisi uterq. loco motus est, sed eum, qui exijt. rarus replendus est. niger dealbandus, et exiccãdus, quia humor est, qui nocet, dum corrumpitur. Qui mouetur, firmior redditur, replendo, si attenuatus est. exiccando, si madens materia radicem relaxauit. astringendo, si ex ictu, aut gingiuarum uitio labat. & si caro deficit, reddi debet. si perforatus dens est, exiccare ab influente humore opus est. si paucus*

humor

humor est in demis loco. si multus, capiti prospiciendum nè mittatur, & humori, nè eò feratur retrahendo, distrahendo diducendo. Si aliunde procedat, totius corporis cura necessaria erit. Dens verò ipse durior austeris, & acerbis reddendus est, quò minùs rednocentia admittat. neq; ad eximendum festinare protinùs necesse est, sed cum his fomentis adijciendæ quædam valentiores compositiones, quæ dolorem leuant, nè attrahat; mox denuò ad exiccantia redeundum est. cum enim dens siccissimæ naturæ sit, summè exiccantia expetit. Si quid superfluum est, auferatur. si quid adhæret, abstergatur.

Dens, qui deficit, si in puero relicta radice cecidit, sine cura redit. si exempta quoque cum eò radix est, superuacuum est medicamenta adhibere; nam redire non potest. Et, si pueris redire videntur, id est, quia tenelli dentes franguntur, & excidunt, radix tamen integra remanet, aut aliquid radici respondens, adeò, vt dens non redeat, sed increscat. Magnus dens faciliùs extenuari potest, quàm augeri paruus valeat. nam ille sine dolore scalpellum substinet, & abradi superfluum permittit; hunc alere difficillimum est. qui enim tenues alimenti inopia sunt, curam non habent. Inæqualis, dum crescit, æquari facilè potest, quia tener est, cum verò auctus, & confirmatus fuerit, non operæ precium est eius curam aggredi. Rarus quoque curationem non admittit. Niger, si humor influens demitur, facilè dealbatur. qui verò iam corruptus est, fucari quidem potest; sed eidem color reddi non potest. si perforatus quoque dens est, ad naturalem quidem habitum reduci non potest, sisti tamen caries potest, nè in integrum serpat. Ideò festinare ad eximendum, nisi res coegit, non est necesse. Hærens enim cum summo periculo Prognosticum:

euellitur, ac nonnumquam maxilla loco mouetur. idque etiam maiori periculo in superioribus dentibus fit, quia potest tempora, aut etiam oculos concutere, maiusq: periculum est in dentibus breuibus, quia ferè longiores radices habent. sæpè enim forfex, cum dentem compræhendere non possit, aut frustrà comprahendat, os gengiuæ præhendit, & frangit; quod indè, nisi extrahitur, statim indurescit extrinsecus maxilla, vt is hiare non possit. nonnunquam etiam eo læso, fistula fit. Mobilis dens, si aliàs integer est, facilè firmatur, præterquam, qui ex inopia alimenti aruit, vt dictum est, nam humor discuti potest, & gingiua reddi. Pueris quoque materia retenta facilè potest eximi, & bonus spiritus restitui. Ità quoque materia, quæ adhæret, frequentissimè tollitur.

Præseruatio. *Cum pleriq: maiores dentium morbi frustra tractentur, antequam ad curam ueniam, aliqua proponere decreui, quibus hi morbi præuenire possint. Præstat enim potiùs quædã frustra agere, antequam morbus inuadat, & aliquid inane admittere, quando post eius inuasionem omnia inania habentur. Ergò, nè erodantur, aut excidant, bonum est nihil ex his assumere, quæ facilè vitiantur: cuius generis lac est, sunt minuti pisces, & ex muria, caseus vetus, omnia acida, acria, ac porrus infestissimus dentibus est. ideòq; nè uomat quidem, si vomitu acida deijciuntur; aut, si vomitum impedire non conuenit, protinùs os abluere oportet a vomitu. si debilitas timetur, nec dura dẽtibus confringere conuenit, ut nuces præcipue græcas, & auellanas, nec lenta diù mandere, aut quæ ex melle conficiuntur, aut mellis naturam sapiunt, ut ficus aridæ, neq:, quæ stuporem inducunt. Frigus, & calorem vitare, si modum excesserint, vtrunq: enim per se noxium est, pernicio-*

sissimum

fissimum tamen fit alterutrum, si alterum alteri succedat. Sæpè os abluere oportet, sic tamen, nè caro lædatur, neq; dens compellatur. Surculi, quibus dentium intercapedines abstergantur, amari, ac stipici esse debent. ideòq; ex gingidio omniũ commendatissimi sunt, & laminulæ ex auro, aut ex argento vsu sunt. Confert etiam ante somnum eos inungere. si refrigerandum est, rosa, postquam melle ex canna, quod saccaron vocant, illinieris. si calefaciendum, oleo ex ben, atque ex nereiden, vbi melle illinieris. Præseruare etiam eosdem dicitur collutio oris bis mense vino, in quo lactucæ marinæ radix, titimalon græci vocant, decocta fuerit, fricenturq; dentes, capite leporis adusto. Sal quoque melle exceptus, & exustus magis valet. Hic linteolo excipitur; quo fricantur dentes. Idem farina ex lupinis facit. & alumen, aut cum myrrha, aut adustum cum aceto. idq; , vbi dens fluxioni obnoxius est, fiat, & sæpè foueatur os stipticorum decoctione.

Postquam malum appræhendit, si dens exemptus est, decus redditur, & linguæ ministerium, si ex ebore, aut ex cæra nouus pro eo, qui deficit, substituitur, qui auro his, qui iuxtà integri sunt, alligandus est. sed eo cibos conficere non oportet. posset .n. ea vis cibi, qua necessariò urgetur fictus dens, vt qui radices non habet, etiam sibi alligatos labefactare. Si exesus dens fuerit, ferro ad id idoneo candente locus adurendus est, nè malum increscat. si incommodus locus est, & foramen amplũ, cum foramine excidatur. Foramen vel linamento, uel benè accomodato plumbo replendũ est, nè subforfice confringatur. recta verò forfex ducenda est, nè, inflexis radicibus, os carũ, cui dens inhæret, parte aliqua frangatur. Si os gingiuæ frangatur, specillo conquirenda est testa, quæ recessit, & vulsella protrahenda est. si non sequitur, incidi gingiua debet, Curatio.

donec

donec labans offis testa recipiatur: sed imponendum calidum ex farina, & fico cataplasma est, donec ibi pus moueatur. tum incidi gingiua debet. Quotiescunq;, dente exempto, radix relicta est, protinùs ea quoque, ad id facta forfice, quam rixam graeci vocat, eximenda est. Dens longior lima est abradendus, cautè tamen, & priùs digitis eodem apprahenso, nè radix cōcutiatur. Meliùs tamen esset, si fieri poßet, plurimùm ex ea parte comedere. assiduò enim vsu facilè extenuari posset. Dens autem scaber, qua parte niger est, radendus est, illinendusque, rosæ flore contrito, cui gallæ quarta pars, & altera mirrhæ sit adiecta, continendumq; ore vinum merarum. Si ex ictu, vel alio casu aliqui labāt dentes, auro his, qui benè hærent, vinciendi sunt: continendaq; ore reprimentia, vt vinum, in quo malicorium decoctum, aut in quo galla candens coniecta sit. Si vitio gingiuarum mouentur, candens ferramentum gingiuis admouere oportet, vt leuiter attingat, non vt insidat. Adustæ gingiuæ melle illinendæ, & mulso eluendæ sunt. Vt plura vlcera eße cæperunt; arida medicamenta infricanda sunt ex his, quæ reprimunt. Si quando etiam pueris alter dens nascitur ante, quàm prior excidat, is, qui cadere debuit, circum purgandus, & euellendus est. Is, qui natus est in locum prioris, quotidiè digito adurgendus, donec ad iustam magnitudinem perueniat.

Innumera penè sunt medicamenta, quæ dentibus præsto sunt, dolori præsertìm. Credo, quod is, vt infestissimus homini est, ità crebra medicamenta adhiberi, omnia quæcunq. salutaria habentur subindè exposcat, plurimaq: fuisse tentata, sub quibus, si quando dolor etiam per se finitur, quod sors tulit, medicamenti vi tribuitur, seruaturq. illud medicamen-

tum

tum in posterum, tanquam expertum. quod, cum sæpiùs accidat, plurima etiam medicamenta habentur ad id commendata.

Ego magis decantata proponam, quæ ex simplicibus ad erosionem sunt, alumen scissile, quod in id foramen contectum dimitti commodum est, quia, dente seruato, dolorem leuat. idem præstat atramentum insufflatum, quo ultrò serpere erosionem prohibetur. Item cedria, quæ in aceto, aut vini fæce efferbuerit. aut eodem modo cedri folia laudantur, et lac ficus, & succus ex ramis, qui non adhuc frondescere cæperint. Vt cedriam, ità, & gallam, & malicorium in aceto decoquere bonum est. foliaq; & nux tamarisci, & myrrha, & sumach, & stellionis hepar, galbanum quoque erosionem sistit, & oleum ex eloastri fructu, si dens linitur, aut os colluitur. opoponacum idem præstat, & suffumigium denti factum, ex porri semine, & pice nauali, vermes enim hoc medicamentum enecare dicitur. Si eximendus est (deturpare enim interdùm magis potest malus dens, quàm nullus) corallo contuso dentis cauitas repleatur, qui præterquam quod euocat dentem, etiam gingiuas firmat. Item piperis semen cortice liberatum, & eodem modo, iam matura bacca hederæ cõiecta in id foramen dentem findit, isq; fortè stans excidet, si dolor eximi eum cogit. Plani quoque piscis, quem latini pastinacam, Trigonim græci vocant, aculeus torretur, deinde conteritur, resinaq. excipitur, quæ dents circumdata hunc soluit. lactucæ marinæ lac, si in dentem instilletur, dentem corrosum extrahit, & eò efficaciùs, si cum pice nauali admisceatur. Denigratos eadem iuuant, quæ corrosis opitulantur. labantes confirmare dicitur ablutio oris ex asinæ lacte, aut oleo ex oliuis syluestribus, aut mirrha, aut decoctione

ctione radicis mori, aut balaustij, quo præcipuè dentes motos firmari fertur; si gingiua mollior facta fuerit, sal gemma hanc roborare dicitur. Tùm demùm, si eos abstergere oportuerit, cancer marinus aduritur, eiusq; cinere dentes confricantur. si is non est, capilli idem præstabunt eodem modo adusti. Præstans quoque medicamentum creditur nonnullis aristolochia rotunda quæ sordes adimere, & colorem meliorem reddere dicitur, quod etiam spuma maris faciet, si ea dentes confricentur.

Plurima etiam ad hæc miscentur. primùmq;, ut dentes præseruentur, iuniperi baccas paruas, & cupressi folia, singulorum tantùmdem excipiunt & cum gallæ momento terunt, melleq; cocto excipiunt, pastillosq; conficiunt manducandos. mox vino adorato os colluunt. Alij nitri, testæ sepiæ, myrrhæ, singulorum unciam unam miscent, & tritis his dentes fricant. Nonnulli aluminis scissi P. xvi. mostiches unciam unam, comæ rosarum denarios iij. iridis denarios iiij. terunt, ac eodem modo utuntur. mox tepida colluunt. Medicamentum a Democrate inscriptum ex Galeno habet cornu cerui usti tres uncias, et salis libram, quo ad fricandos dentès vtitur. Item plura miscere apparet in eò, quod habet piperis albi unciam unam, salis, malobatri, singulorum uncias duas, costi, iunci albi singulorum quadrantem, cornu cerui selibram, amoniaci sicci, alicæ, mastiches, singulorum pondo, quibus benè tritis dentes fricentur, & mox os abluatur vespere quidem vino diluto, manè uerò aceto mulso. Laudatissimum est ad hoc id, quod habet tragorigani P. xij. hysopi, piperis, singulorum P. xiv. perdicij melle, et sale tenui sub actæ, & in olla exustæ quadrantem. quibus in puluerem redactis vtuntur, qui dentes ab omni noxa præseruare cupiũt.

Ne

Ne vltrò serpat erosio, prohibet medicamentum, quod habet piperis albi, chalbani singulorum P. xi. succi papaueris, myrrhæ, stiracis singulorum P. xij. hæc in puluerem redacta passo excipiuntur, & fiunt catapotia, quæ & denti circumponuntur, & his foramen repletur. Alij miscent piperis, & succi syriaci P. xi. succi hyusquiami, mirrhæ papaueris lachrymæ, galbani, stracis, zingiberis singulorum P. xij. quæ passo pariter excipiunt, & eodem modo vtuntur. Si hæc, aut his similia parum proficiunt; vt propterea eximi dens corrosus postulet, hæc misceto ciceris, aut erui farinam P. xij. succo lactucæ marinæ excipe, & supra dentem impone, ac hederæ folio coopertũ per horã sinito. sed caue, cara uicinos præmunire, nè illi quoque in frustula excidant. Idq; non in hoc solùm, sed etiam quandocunq; dentibus aliquid admouetur, quod eos corrumpere possit, faciendum est. Vel soreos, gallæ immaturæ, vuæ taminiæ, aluminis scissilis, sulphuris ignem non experti, piperis longi singulorum parem modum cedria excipe, & supra dentem illine cum priùs circùm dentem mundaueris. sic enim digitis etiam appræhensus dens facile sequitur. Si solùm niger dens est, fortasse dealbari potest: si pulegij, & salis pares portiones melle excipiantur, ac in testa adurantur, donec in carbonem transierint. Indè & post hoc dentifricim & post similia ad idem adhibita medicamenta, os colluere oportet vino odorato, in quo per plurimum temporis spatium iris sicca maceratæ fuerit. Labantes dentes firmat id medicamentum, quod habet veratri nigri quantum manu appræhendi potest, radicis & mandragoræ, & albi hyusquiami amborum par pondus: quæ postea in vas fictile conyciuntur, & vini quam opti-

ni hemina tres super infunduntur, coquunturq: ad prunas, donec media pars remanserit, qui,liquor,remanet,ore continere oportet vel quod habet gallarum, croci, myrrhæ singulorum P.xi balausti, & fructuum terebinthi torrefactorum singulorum P. xij. aluminis scissi usti P. xvij. his tritis dentes perfricātur, atq. eadem, quæ conseruare dentes possunt, & dealbare, abstergere quoq. valent. Et, si rarò, quandoq: tamen etiam vermis intrà dentem nascitur, qui sic eximitur. Sumitur seminis cæpæ P.xij.& semis, seminis iusquiami albi, & porri amborum P.xiv. quæ detrita caprino adipe excipiuntur, fiuntq. pilulæ vnius denarij pondere, quarum vna in ignem conijcitur, ac fumus operto capite cum traiectorijo assumitur.

Victus ratio in eo maximè consistit, nè, qui dentibus laborat, illis cibis vtatur, quos dentes vitiare diximus, dum causas exposuimus. Videlicet oportet, abstineat is, cui labāt, à pane percocto, nam dentes frangit, à subcinericio, & lento; hic enim multo labore conficitur, & si non findit, tamen eximit dentes. Ex eodem genere sunt omnia dulcia glutinosa, vt ficus aridæ, & omnia ex melle cōdita. omnia, quæ lac recipiunt, aut ex lacte fiunt, dentes corrumpunt. Ac si interdùm lac sumitur, colluere os postea oportet primùm melicrato, dein vino austero subastringente. ad quæ nulli dubium est, cibum debere esse pleniorem, si ex india, aut alimenti inopia dens, aut os, in quē is inseritur, contrahitur. Si dentes labant, neq: digitis adurgere oportet, neq: lingua, neq. clamare, neq: cibis validæ materiæ vti, aut saltem non solidis, sed sorbitionibus plurimum, eisq: non acribus. Expedit etiam eos, quibus dentes erodunt ur frequenti balneo potabilis aquæ fouere, quo non solum calido vapores à capite euocare possumus,

sed

sed etiam malo capitis ipsius temperamento consulere. Vbi dens scaber est, velandum caput est, ambulare multùm oportet, fricareq; caput.

OFFICINAE.

Ad Præseruandos dentes.

Denti fricium,
℞. Farinæ lupin vn. i
Capitis leporis adusti vn. ss
Mirrhæ
Aluminis
Salis ā. ʒ ij.
Mellis q.s. vt fiat pasta ex qua fiant pilulę, & his tenui lino inuolutis dens fricetur.

vel

℞. Sandal. rubri vn. ss
Cort. cappar. vn. ij
M. fiat puluis, quo dentes fricentur.

indè

℞. Olei rosati
Violati ā. vn. ss
M. & fricentur dentes post cænam hora somni,

vel

℞. Cornu cerui usti ʒ ij
Farinę hordei vn. ss
Seri lactis caprini q. s. vt fiat pasta pro denti fricio
Ad firmandos dentes labantes.
℞ Myrrhæ
Aloes
Mastiches
Balausti ā. ʒ i
Rutæ siccæ
Spicæ
Cyperi
Salis gemmæ ā. ʒ ss
Croci scr. i
Syr. e rosis siccis vn. iij
M. & hoc dentes liniantur

vel

℞. Atramenti sutorij ʒ ij
Terantur ex oleo, quod lana exceptum denti applicetur.

vel

℞. corticis vlmi vn. i
Vini aromatici ℥ viij
Decoque ad cons. partis quar. & ore contineatur decoctio;

vel

℞. Corall. rubrorum vn. ss
Mastiches ʒ ß
M. & horum puluere dentes asperge.
Vt sponte dens decidat.
℞. pulu. cucum. agrest. s ʒ i
Pingued. ranarũ virid. ʒ ij
M. & pone super dentem excauandum.
Ad stuporem dentium

R. micaullam panis aqua infusam: & mande.

vel

R. portulacæ virid. vn. ss
Salis com. scr. i
Contundantur, & ponantur super dente.

vel

R. lactis ouilli recentis vn. i
Tragacanthæ ʒ ij
M. & abluantur dentes

vel

R. olei amygd. d. vn. i
Amurcę vn. ss
M. in æneo vase ad ignem donec mellis consisten- tiam receperint,

Ad detergendos dentes,

R. marmoris vsti
Ossium dactilorum
Pumicis
Terræ lemniæ
Salis } ã. ʒ
M. fiat puluis tenuis, quo tenui lineo incluso dentes fricentur.

Ad dentes inæquales,

R. grana lauri
Aluminis
Aristolochiæ longæ } ã. ʒ i
M. fiat puluis, & postquam dens longior lima fuerit æquatus; fricetur hoc puluere.

Ad dealbandos dentes,

R. farinæ hordei vn. ss
Aluminis
Salis } ã. ʒ i
Mellis parum
M. & dens fricetur.

vel

R. rad. harund. vstæ
Aristoloch: rot. } ã. ʒ i
M. & liniātur dentes,

vel

R. Mentastri
Piperis
Costi
Spodij } ã. ʒ ij
M. fricentur dentes,

vel

R. pumicis
Sepiæ
Tartari albi
Corall. alborum
Carbonis iligni } ã. ʒ i
M. fiat puluis tenuissimus, & ex oleo ros. fricentur dentes

Ad erosionem dentium,

R. zingiberis
Nucis mosch.
Mastiches } ã. ʒ i
Pyrethri. Maior.
Hyssopi Mentæ
Ros mar.
Saluiæ
Salis } ã. scr. ij
M. & bulliant in uino aromatico ad cons. med. vini, & colatura os abluę. vel si à materia calida eroditur.

R. sandal. rub.
Corallorum
Lycij } ã. ʒ iij
Aq. Plantag
Violarum } ã. vn. iij
Contusa bulliant post infusionem vnius diei, & decoctione os colluatur

vel

R:

R rad. rumicis vn. ss
Olei amygd. d. vn. i
Bulliant, & liniantur dentes,

Ad vermes dentium,

R. sem hyusquiami albi ā. vn ss
Porri
Capæ ʒ ij ss
Adipis caprini vn. i
Contundantur omnia simul, & fiant pilulę p. 32 ex quarum vna fiat suffumigium denti.

Ad gingiuarum putredinem

R. consolidæ maior. ʒ ij
Cinamomi ʒ i
M. fiat puluis & prius ex muria confricentur gingiuæ, indè ex uino, in quo cinamomum fit decoctum, & postea hoc puluere inspergantur gingiuæ.

Ad gingiuas sanguinolentas,

R. corall. rubr.
Margaritarum
Sang. dracon.
Thuris
Cort. cancr. fluu. ā. ʒ ij
Terantur omnia simul, & puluere inspergantur gingiuæ,

vel

R. aluminis vsti ʒ ij
Rosarum
Lentium
Myrthi
Sumac ā. ʒ i. ss
Sqninanthi ʒ iij
M. fiat puluis, quo gingiuę inspergantur

Ad oris spuitionem,

R. fructus tamarisci
Aluminis ā. ʒ iij
Fol. ligustri
Rosarum
Sumach. ā. ʒ ij
Spicæ
Squinanthi ā ʒ i ss
Aceti scyll. vn. viij
Bulliant ad cons. med. & decoctione gingiuæ abluantur.

Ad oris fætorem

R. Hordei lib. ss
Salis vn. i
Vini mulsi vn ji
Charthæ vn. ss
Terantur omnia simul, & comburantur & indè leuigatis gingiuæ fricentur,

vel

R. Chalcbanti
Aluminis
Malicorii ā vn. ss
His leuigatis gingiuæ fricentur, indè vino abluantur.

De Brochoceole. Cap. XIII.

Grecum nomen brochoceole à latinis acceptum videtur, cum nullum aliud huic malo peculiare hi habeāt. Arabes di-

dixere a similitudine eius tumoris, qui in scroto attollitur, quem latini hirneam appellarunt, nonnulli barbarorum botium dixere, fortasse nostro corrupto vocabulo. Nos enim, quia gutturis affectio est, ità penè appellamus.

Est igitur iuguli tumor. Iugulum enim appellat, Valla anteriorem colli partem, quam latini anteriorem ceruicem nominabant. quod animaduertere oportet, quia Celsus hunc tumorem inter ceruicem, & asperam arteriam nasci protulit, & quoniam plurimi ex Valla credunt ceruicem propriè posteriorem colli partem dici, ideò errasse Celsum, qui crediderit hoc malum increscere sub aspera arteria circa vertebras, quod falsum est, nam Celsi tempore potiùs anterior, quàm posterior colli pars ceruix appellabatur. Enim verò Catonis, & Ciceronis temporibus tàm antica quàm postica colli pars ceruix appellabatur, & ideò, cum colli mentionem faciunt, ferè totum collum ceruices plurali nomine dixere. Neminē verò ante Hortensium ceruicem singulari nomine appellasse falsò dixit Valla ex Celsi textu. Iugulum verò ab vtroq; latere ceruicis nominabatur, vndè iugulare dictum est, quando à latere ad latus collum transfigebatur. Tumet igitur interdùm ipsa arteria, quemadmodum in varice vena: interdū aliquid super arteriam in anteriorem partem excrescit, idq; interdùm ipsissimā carnis rationem habet, & modò ea hebes est, modò velut musculus, & officula continet uiuentia, & cartilagine conexa. interdùm aut duritiem habet carcinomatis in modum, aut sinu aliquo, & folliculo pilos, aut humorē pulti, melli, aquæ, aut pinguedini similem. quem tumorem in alia corporis parte, si melli similem humorem habet, meliceridem, si pulti, atheroma, si pinguèdini, steatoma appellant Qui morbi, cum eandem curationem, cum hoc habeāt & hic

hic formæ maxime infensus sit, de illis hic distulimus dicere. Hoc malum ferè incomprabensibiles occasiones ab origine habet, aquæ tamen graues plurimùm damnantur, & cibi crassi, aerq. frigidus. Credo magis aquis, nam montanis fræquentior est hoc malum, siuè frigida, siuè calida regione fuerint.

Si aspera arteria expansa est, tactui durities quædam, ueluti lapidis, apparet: ægro vox aut grauis admodum est, si pectus est amplum, aut sinè sono raucedo. Si caro est ex colore cognoscitur, & quod æger nullam aliam læsionem habet, præterquam formæ. Num hebes caro sit, sensu percipitur, nam hæc tangentis manum vix agnoscit. Si officula intus habet, durities maior tumoris est, quàm si sola caro fuerit, præterea ferè, vbi inflammatio accesserit, officulum aliquod emoritur, & excidit. Carcinoma sua signa habet. pili vt plurimum officulos sequuntur, Puls, mel, aqua, pinguedo ferè tactu non dixtinguntur, nec alio sensu, nisi, dum effunduntur, oculis innotescant. Ganglia ferè renituntur, steathoma totam cutem superpositam resolui., sic vt ea labet, cum in cæteris sit astrictior. Signa.

Si arteria dilatata est, aut caro est, nullam curam admittit, nisi ad id, nè increscat. Carcinoma quomodo curetur supra dictum est. Quod velamento includitur, excidi debet, abiecto simul folliculo, nè rursus redeat. Indicationes.

Et hoc solum malum est, quod curam admittat, cæterum cura superuacua est, præter quam à principio, nè maior fiat tumor, Prognosticum.

Qui igitur hoc malum timuerit, aerem fugiat intensè frigidum, & aquas, quæ à ferreis lapidibus profundantur, & è glacie, nec vnquam frigidam bibat. A cibis crassis abstineat, vt ferè sunt feræ grandes, ceruus, onager, & inter domesticas, Cura.

ſticas bos antiquus, & bubalus. Plurimùmq; exerceatur.

Exhiberi primùm debent, quæ humores craſſos educunt, ac attenuāt, pituitam uidelicet, & bilem atram. Poſteà, peracta purgatione, quæ toti proſpiciat, peculiare aliquod medicamentum aſſumendum eſt, quod ei malo commodum habeatur, quale eſſe dicitur, decoctio radicis nucis iuglandis. hæc admixto pipere decoquitur ex vino, quouſq; vini media pars euanuerit, poſtea ſummo manè potio ad ſemi pondium exhibeatur. Alij ciclaminum, verbaſcum maius, filiculam, betonicam, radices branchæ vrſinæ conterunt, & ex vino coquunt, ac vinum potu exhibent. quod, quia vrinam mouet, etiam humores craſſos attenuare creditur. Sed ego potiùs laudarem, quæ medicamenta magis è propinquo euacuant, vt ſunt gargariſmata, & cætera quæ in ore continentur. Quorumdam fidem ſequor, qui ſe hoc expertos prædicant. ſumpſiſſe radicum bryoniæ albæ, & nigræ, cyclamini, filiculæ, ruſci, aſparagi, ariſtolochiæ rotundæ, cucumeris ſylueſtris, ari, verbaſci partem vnam: ſpongiæ marinæ quinq; partes, & marinæ paleæ tantumdem. Spōgia, & palea comburitur. radices exiccatæ conteruntur. & omnium puluis melle excipitur, & ad fabæ magnitudinem exibetur, veſpere quando quis dormitum ire parauerit.

Si manus adhibere oportet, vt in his euenit, quæ tunica includuntur, omnia per medium incidere oportet, ac ſteathomatis tunica quoq; qua humor continetur, ſecanda eſt, vt effundatur quicquid intus coit, quia non facilè à cute, ſubiectaq; carne ea ſepararetur. In cæteris ipſa tunica inuiolata ſeruanda eſt. Protinus autem alba, & intenta ſe oſtendit, tum ſcalpelli manubriolo diducenda à cute, & à carne eſt, eyciendaq; cum eo, quod intus tenet. Si quando tamen ab inferiori parte

te tunicæ musculus inhæsit, nè is lædatur, superior pars illius decidenda, alia ibidem relinquenda est. Vbi tota exempta est, committendæ oræ, fibulaq; his iniicienda, & super medi camentum glutinans dandum est. Vbi vel tota tunica, vel aliquid ex ea relictum est, pus mouentia sunt adhibenda. Postquam vitiosus sinus ab integro corpore digito separatus est, totusq; cum velamento suo exemptus: tùm aceto, cui vel salē, uel nitrū aliquis adiecit, eluitur. ac, postquā oræ sutura iunctæ sunt, cætera eadem, quæ in alijs suturis super iniiciuntur. Si verò scalpellum quis animo substinere non possit, adurentia medicamenta sunt adhibenda, quibus sum ma cutis cum superiecta tunica exeratur. quo facto, siuè humor est, quod profluit siuè quid densius, digitis educitur. tùm vlcus sub linamentis sanescit. Sed scalpelli curatio breuior est. Post omnia exacta ligandum vulnus est; si in capite tu mor est, cuius ferè peculiare est hoc morbi genus, arctè; si in ceruice, leniter deligatur, nè fauces vrgeat.

De Gibbo Cap. XIV.

Gibbus ἐπίκυρτον græcis, vel κυρτώσις, arabibus الحدبة est vertebrarum spinæ propriè ad posteriora vergentium tumor. Etsi etiam quæcunq; vertebrarum emotio gibbū facit, & formā hominis deturpat. Est igitur ma gnus corporis tumor à mala uertebrarū cōpositione pēdēs. Has autē dimouere tam internæ, quā externæ causæ potuere. Internæ causæ esse possūt distēsio, & resolutio neruorū, quarū prior à siccitate, secūda ab humore fieri solet. uerū ut plurimū tu berculū circa uertebras distēdit neruos, urgēdo potiùs, quā pōdere. Non est. eius pōderis tumor ibi oriri credibile est, quo

inflecti spina possit, potest tamen urgeri neruus, quo vertebræ alligantur, & neruum vertebræ sequantur necesse est. Tuberculi rationem quoq; habet, quicquid in ea parte colligitur, siuè lenta materia sit, & mollis, qua ligamenta resoluantur, seù salsa, & ariditatem inducens, qua contrahantur. Urgeri etiã creduntur Auicennæ hæc ligamenta à spiritu crasso intùs genito, & eò transmisso, hunc tamen nisi membrana aliqua exceperit, intùs quam fluctuet, spiritus ille non videtur alio modo posse ossi valido vim facere, ut incuruetur. nisi fortasse spiritus hic, seù vapor non impellat neruos, sed irritet, ità vt hi læsi, tanquam læsionem fugientes, distrahantur sponte sua. qua distractione aliquam vertebrarum euulsionem facere possint. Qua ratione etiam à dolore gibbum posse fieri Hip. Auctor est. Atq; præ siccitate non præ pondere incuruari senum dorsum indè facilè colligi potest: quod hi tractu temporis, eam curuitatem aßequuntur, quam in iuuentute, non nisi cum labore continere possent. modò, si pondus id efficeret, nihil laboraret iuuenis in ea incuruatione, sed satis ei eßet nihil inniti, vt rectitudinem seruet, sed membra dilabi permitteret. Externis causis adnumerari potest quicunq; error in nõ naturalibus, vt aëris crassi inspiratiõ, ac frigidi valdè, quo pulmones rigere, & vertebræ possunt. Vnde fit, vt, cum resoluuntur, in aliquam partem curuæ euadant. Cibi etiam crassi, quibus crassus spiritus, crassiq; humores gigni possint, ac etiam sinè regula assumpti, vti accidere pueris, qui intempestiuè cibãtur, retulit Auic. Item potus aquæ frigidæ, præcipuè ex niue, aut glacie, cuius subito rigore neruorum aliquã conuersio ex oriri potest. coeteriq; errores, qui craßos humores gignere possunt, aut siccitatem inducere. vt somnus, & quies humectãdo, vigiliæ, et labor exiccando. Sed plurimi hìc

momenti est exercitatio, non laboris tantũ gratia, sed modus eius id facere consueuit in corporibus ad id dispositis. veluti si quis curuus exerceatur, quẽadmodũ fœminæ faciũt, quarũ in vsum acus est, hæ enim semper inflexæ permanent, quo fit, vt humor irruens in spinam rigorem aliquem neruis inducat, & figuram eam seruare inuitas cogat, quam sponte susceperant. Sed præ cæteris causis externis casus est, & percussio, à quibus sæpè quidem gibbus oritur, plerunq; tamen, si homo aut in costas innitatur, ac impellat, aut in humeros cadat. si enim subitam vim non patiatur spina, ferè incuruatur, ac cedit ob ictum; quo fit, vt facilè redeat in pristinam figuram, vbi morbus ab ictu procedens conquieuerit. & ob eandem causam spinalis medulla similes distorsiones facilè sustinet, eò quod illi circularis distorio contingat, non ad latera.

Differre autem gibbum videtur primùm morbi ratione: deinde causa postea causæ, & morbi loco: demùm symptomatibus & figura. Ratione gibbus à gibbo differt, nam, & si communis ratio omnium est praua compositio, tamen solus spinæ tumor quibusdam fit, nonnullis etiam caro enascitur: vt ratio eius sit mala spinæ figura, & costarum; huius aliquid præter naturam auctum. A causa quoq; differt: nàm interdùm tuberculum causa est, interdùm intemperies sicca, aut humida: modò ictu quassatio incidit. Dein causæ, & morbi locus diuersas gibbi species parit, sed morbi præcipuè; nam, & si varius causæ, ac morbi, diuersusq; locus vnà esse possit, vt interdùm tuberculum in posteriori loco situm anteriorem gibbum efficiat, ac in anteriori posteriorem. interdùm in parte morbus efficitur, vbi tuberculum est, (si enim à morbo vertebræ attrahuntur, non idem locus morbi, & causæ est, sed diuersus: si resoluuntur, idem locus est morbi, & causæ eius,) Differẽtiæ

tamen, quia causa plerunq; occulta est, sumuntur potiùs differentiæ à morbi loco, quàm causæ: iuxtà quam etiam diuersum nomen habet gibber. Namq;, si in posteriorem partem vergit, quia hoc vitium frequentius cæteris est, nomen generis plerunq; retinet, atq; achyphosis appellatur. apud nonnullos tamen hoc vitij genus quandoq proprium nomen habet opisthochyphosis, quia retrò uergit. Quùm uerò ad anteriorem partem conuertitur, lordosis appellatur: qùm ad latus aliquod inclinat, scoliosis. Nec tantùm positione, vt dictum est, morbi locus distinguitur, sed etiam interuallo aliquo: plurimum enim interest sub septo nè transuerso morbus sit, an super illud. Sympotomata quoq: diuersa exoriri solent, non tantùm circa consentientium membrorum figuram, & passiones. Alij enim erecta ceruice ambulant, alij depressa, alij spirandi difficultate vexantur, alijs vox adimitur, aut saltem imminuitur, alij alia patiuntur. A figura verò modica differentia est, parum enim interest, rotundus nè tumor sit, an acutus, an aliqua parte extuberans, an altera concauus. Hoc interest, si maior, aut minor tumor est. Alius à senio oritur, alius à dolore, alius à spiritu.

Signa. *Hoc malum in communi facilè dignoscitur, neq, fortassè peius quidquam in se continet, quàm quòd facilè dignoscitur, & quò minus apparet, eò minus malum habetur.*

Signa differentiarum hæ sunt. Si tantùm vertebrarũ vitio malum est, tangenti summa durities tumoris apparet, si caro quoque super nata est, tanta durities non est. præsertim si càro hebes est. Tuberculi indicium est, præsertim spirandi difficultas; &, si calor aliquis in tuberculo est, dolor pungitiuus, & febris, quæ in his facillimè accenditur. Item, si à contusione malum est, quamcunq, figuram seruat æger, semper

idem

idem tumor permanent, ut neq: compressus cedat. At resolutæ vertebræ facilè impelluntur, præsertim ab initio. nam post temporis spatium id comune est in omni resolutione, fieri malum distentioni simile; nam cum nerui, qui membrum attrahunt, oppositis resolutis, amplius non reuertantur, mora facta rigescunt, & rursus moueri inepti fiunt. Et idem fore censendum est, si tumor in anteriorem, aut posteriorem partem extuberet, ac si ad latus. Intemperies, seù humoris effluxus dignoscitur, quia non statim contrahuntur membra, vti, dum tuberculum est. non enim momento distendere, aut resoluere oa membra humoris influxus potest, nisi multus sit, (tunc enim tuberculi, aut abscessus rationem habet.) Item siccitas, aut salsus humor ex aliqua, punctura dignoscitur, & ex patientis corporis habitu, item quia, iniecto oleo, breui exiccatur. Dum humor est, nullus dolor est. &, si partem inunxeris, diù permanet linimentum. Ictus, aut casus manifesti sunt. &, si improuisus aliquis accesserit, & æger torpeat; si non vulnus; liuor saltem in dorsi aliqua parte rem prodit. Locus sibi ipse nota est. & morbi locus causæ quoq: locum patefaciet, si, quæ iam dictæ sunt, notas adiunxeris. In eo, quæ supra septum transuersum sui causam habet, spirandi difficultas maior est, & partes infernæ ab vmbilico eodem modo crescunt, vti in sanis. & item brachia: at pectus nihil augetur, neq: latiùs fit, sed acutius; is enim tumor augumentum non est, sed figuræ mutatio; qua, qùm à rotunditate declinet, etiã minoris spatij figuram cauitatis fieri necesse est, vndè spiritus densus procedit, & stridulã fauciũ asperitatẽ habent. ceruices his prominẽt, nec facilè eas inflectũt ità affecti, & frequẽtia tubercula circa pulmões dura, ac cruda patiũtur. Cõtra uerò, cui gibbus infrà septũ trãsuersũ est, morbi renũ frequentiores sũt.

His

His quoq; abſceſſus ad ſuppurationem, & circa laterum mollitudines, & inguina diuturni, & ægre curabiles fiunt, & neutri horum gibbum ſoluunt. coxæ quoq; his magis ex carnes fiunt. ſpina vniuerſa his longior eſt. pubes, & barba tardior. & ſterilitas frequentior, quàm his, qui ſuprà ſeptum tranſuerſum gibbum habent. Synptomatis ſigna nulla ſunt recenſenda, nam alterius nota ipſum ſynptoma eſt. Num à ſenio proceſſerit malum, ipſe annorum numerus poteſt oſtendere; ſed præſertim, ſi vnà totius aridas adeſſe cognoſcatur, ac procerum fuerit corpus, dum iuuenis erat. Si à dolore morbus ſit, & item ſi à ſpiritu denſo, eaſdem notas habet, quas tuberculi eſſe diximus, & ſalſæ pituitæ influxus. Quippe ſpiritus, tuberculi de more, membra propè vertebras ſita extendit; dolor verò, ſi cauſam habet, non niſi aliquid erodens eſſe poterit, aut extendens.

Indicatio

Communis indicatio eſt gibbi vertebras reſtituere, aut carnem abſumere, ſi ea eſt, quæ gibberem pariat.

Prognoſticum.

Omnium morborum penè, qui moram trahunt, maior ſpes eſt ab initio, ità ſi caro, aut dolor, aut ſpiritus eſt, id attendi debet. Tamen commune iudicium gibbi eſt, ſi ante pubertatem acceſſit plura incommoda afferre, poſt pubertatem pauciora. & ratio eſt, quia homini iam confirmato tantùm nocet, dum influit: creſcenti verò etiam naturæ opera peruertit. ſenioribus quippe morbus ferè conſeneſcit, præſertim ſi pingues hi fuerint, & carnoſi, tamen neutri 60. annum pertranſire ſolent, multi etiam ante pereunt. Item ſuperuacuum eſt eorum curam aggredi, qui aut à patre gibbo tales oriuntur, aut in vtero tales efformati, aut ſenio incuruātur. Hæc enim à natura ſunt, aut quaſi à natura, nec vllo modo ſuperari poſſunt. Si verò malum à tuberculo fiat, quod plerunq; accidit.

dit. si tuberculum durum est, vt spatium aliquod habebit, morbus: ità spem quoq; in spatio. si verò inflammatio adiuncta est, qua distentio neruorum fiat, raro quidem insenescit, sed statim occidit. Ità & intemperies sicca ob eandem causam praua est, humida spem aliquam habet. Si ex ictu gibbus fit, curari non potest, præsertim si in anteriora. In posteriora verò aliquando in principio curam admittit. Neq; in eo tantum, qui ab ictu fit, sed in quocunq; gibbo spes adimitur. si ad interiora vertatur. Ideoq; dixit Hipp. si ante pubertatem gibbus fiat cum spirandi difficultate, ac tussi, ante pubertatē homo perirt. Est enim indicium spirandi difficultas, ac tussis ad interna conuersam esse spinam, & ea pulmones comprimi. quare legendum credidi, cū non ex spirandi difficultate. &c. Tussis enim non causa est praui gibbi, sed indicium. Ac, si ad latus vergat, difficili quidem negocio vrgeri poterunt vertebræ: faciliùs tamen, quàm dum in anteriora compulsæ sunt. Ac demum raro curam admittit gibbus, qui supra septum est transuersum, vbi moram traxerit. At sub septo, etiam si antiquus fuerit, interdum sanitatem recipit, & in aliud malum commutatur. si quidem varix in crure aduenerit, aut ad inguina, ac præsertim in poplite, aut dysenteria accidens diù permanserit, morbum solet absumere. Si verò morbi renum fiunt, aut vessicæ, aut abscessus ad laterum mollitudinem, & inguina, conuersio morbi non fit, sed appositio si quidem & hi morbi ægrè curantur, ac diuturni sunt, & gibbum non tollunt. Cæterùm quod ad nos attinet, scire licet, quorum gibbus infrà septum est infecundiores esse his, quibus suprà illud enatus fuerit.

Victus ratio exiccans esse debet. si resolutio est. aut tuberculū diuturnum, quod augeri cognoscatur. item si ex ictu accide-

rit,

rit, detrahere cibi aliquid oportet. Si in puero cibi suprà cibum additio gibbum facit, & minùs exibere, & ordinatim oportet. Vbi dolor adest, & inflammatio suspecta est, non oportet moueri. Si torpor membri est, & humor influit, non oportet quiescere. Caeterùm victus ratio huic morbo peculiaris statui non potest.

Cura Pharmaceutica.

Medicamentā, quae humores parant, ac educunt, communia sunt, & medici, qui curae praeest, iudicio praescribenda. horū enim certa regula statui non potest in hoc malo, in quo humores parum, aut nihil concurrunt. his verò, quae exterius applicari possunt, Auicennas hìc duo tantùm considerat, videlicet humorem influentem, ac spiritum; ac partis robur. Ideò resoluentia proponit, ac adstringantia cum aliquo calore. Adstringentia quidem necessaria esse ait, vt robur addatur vertebris; calor medicamenti, vt innatus calor vnà foueatur; resoluens, nè inclusus humor ad aliam partem, hac roborata, transmittatur; vt fieri solet, dum ad pedes humor descendit, eosq; aut resolutos, aut alio morbo vexatos relinquit. Tria haec interdùm simplici medicamento includūtur, veluti in cupressi baccis, & folijs, folijs lauri, calamo aromatico, enula. In his enim calor est, adstrictio, & resolutio. Interdum admixtione eorum, quae singulares facultates habēt, componitur medicamentum his tribus facultatibus pollens, veluti, si quis rosae, acaciae, & balaustis lauri baccas, castoreum, & acorū admisceat. Itaq;, si humor est, oleum cupressi, & rutaceum, aut è castoreo, pyretro, & euphorbio; quod sic conficiendum est. Tere piper, castoreum, pyretrum, colocyntidae medullam, & euphorbium, & pro oīum singulis vncijs libram unam olei rutacei admisce, & coque. Postea sub Sole omnia haec admixta incalescant diebus 15. post quos coletur

letur oleum, ac denuò in illud ea medicamenta infundantur, eodem modo coquantur, & sub sole calefiant, saltem tribus vicibus. Postea vtere. Nam hoc medicamentum roborat, ac resoluit humorem, crassumq; spiritum. Simile huic medicamento, & iisdem facultatibus praeditum est emplastrum, quod constat ex paribus portionibus sauinae, myrthi, nucum cupressi, pyrethri, sampsuci, cordumeni, squinanti, casiae. Haec omnia decoquuntur ex aqua, deinde tantùm olei adiicitur, quantùm aquae reliquum est ex decoctione. & iterùm, atq; iterum idem fiat, vt dictum est; demùm superiniiciantur castoreum, euphorbium, & sauina contrita. Si solus spiritus gibbum facit, optimum est medicamentum, quod constat ex styracis liquidae, costi, calami aromatici, sauinae, singulorum vncia, euphorbii denario, olei rutacei q. s. Si tumor est curandus, quae ad pertinacissimos tumores commoda recensuimus, sunt adhibenda.

Ex manus opera requiritur: vt, si quis ex alto ceciderit, aut aliàs ex ictu laborauerit, statim sanguis mittantur. ac, postquam resoluentia medicamenta frustrà adhiberi apparent: si humor adhuc remanet, aut influit, brachia inurere, & ipsum dorsum oportet, vt humor effluat, & locus induretur. Interea ad restituendas vertebras plures modos Hippocrates tradidit. Primus in scala fit; quem, & si non laudat, tamen proponit, vel quia plurimum eius temporibus vsu erat, vel quia aliquando profectum aliquem allaturum credidit. In scala igitur hominis situs uel in pedes esse debet, uel in caput. In pedes, si iuxtà ceruices uertebra diuulsa est. In caput si prope sacrum os. Et ratio situs est, quia pondere opus est, quo luxatae partes retrauntur, concussione adhibita Chirurgica.

Si igitur concutiendus homo est, scala amplior hominis corpore ponenda est. ac eius, quantum humani corporis spatium est, puluinis cooperiendum est. Ac, si in caput concutere necesse est, pedes non diducti, sed molli vinculo alligandi sunt scalæ, propè talos. item duplici ligatura vinciri debēt suprà, & infrà genu. tùm circà coxas, nec non circà ilia, & pectus. Verùm ilia, & pectus lata admodum fascia contineri debent, & non arctè, nè concussio à ligatura prohibeatur. Brachia etiam vinciri debent sed corpori concutiendo, non scalæ, alligari conuenit. Tùm scala, vnàq; homo scalæ alligatus ad turris, vel domus culmen attollenda est. Indè, fune per trochleam concessa, sinere oportet impetu quodam in pauimentū cadat. etenim impetu concussum corpus spinæ diuulsam partem attrahit: & corporis rectitudine seruata, necesse est, dùm ex concussione redit, rectà redeat, &, quæ diducta pars erat, alteram offendat, & hoc modo diductæ partes committantur. Non tamen scalæ cadenti quilibet funem concedere aptus est, sed peritia, ac dexteritas necessaria est; vt scala tùm repentè, tùm ab vtraq; parte æqualis prolabatur, & recta in pauimentum cadat. Qui verò in pedes concutiendus est, uinciri frontem debet, & scalæ alligari, mox ceruices (sed latæ admodum fascia, & laxa, nè fauces vrgeat.) & sub alis rectæ scalæ alligandus homo est. Brachia pectori alliganda, non scalæ. reliquum corpus solutum esse debet, aut tantùm latis, laxisq; facijs circuendum, nè hàc, illac moueatur. ac pedes quoq; & crura non ad scalam, sed inuicem vincienda. At hunc modum reducendi euulsas vertebras proponit quidem Hipp. non tamen laudat, quia inferiora valido vinculo appræhendi non possunt iuxtà os sacrum. cauitas enim ibi nulla est sed ab eo osse per totam coxam corpus imminuitur. ac

fa-

facilè vinculum dilaberetur, si homo depresso capite contorqueretur. Si verò iuxtà ceruicem auulsio vertebræ fit, posset quidem stabili vinculo ad ceruices apprahendi; at, & indecorum est, &, dimoto vinculo, posset homo concussus strangulari. Aliam itaq; vertebras restituendi rationem habet laudatissimam. Haberi iubet lignum firmum, ac latum: vel pro ligno parietem à terra cubito, aut, quantùm satis est, eleuatum. Quicquid est, in longitudinem foditur, ac excauatur. dein veluti quadrata columna querna transuersa adhibetur; quæ à pariete eatenùs recedat, vt aliquis inter utrũq; vbi opus sit, transire queat. Sternitur columna hæc vel tunicis, vel quapiam re molli, sed non admodum cedat. Homo fouendus est, aut multa calida lauandus, & obligandus, atq; distendendus, & vrgendus quomodo Hipp. proponit. Cæterùm cauendum est ab his, quæ assiduo, longoq; tempore ossa adurgent. Sunt enim, qui ferreis machinamentis crescentem gibberem repellere credunt, & sistere, qùm ijsdem potiùs augeant, ossa in curuando, & naturæ operationibus renitentes; quod apprimè noxium est in hoc malo, quia ad ossium structuram natura attentissima est: & non nisi coacta ea peruerti sinit: ideòq. omnis cura illi comictenda est, ne videamur cum Macrobio in Sole gibbos friare, vt adagio fertur, neque pro gibbere officinæ esse creduntur.

De Vmbilici prominentia. Cap. XV.

VMbilici prominentiam exomphalon græci vocant, arabes ... Fit hoc malum dum interna membrana sub vmbilico dirumpitur, aut dilatatur, quo irruenti corpori locum cadat. Est itaq; tumor præter naturam vmbilici

procedens à subiniecto corpore. Umbilici tumor dicitur; quia interdùm prominet in hydrope: tamen tumor ille non umbilici propriè dici potest, sed pars tumoris totius corporis. dicitur quoq; fieri à subiniecto corpore. nā, si quando (ut pueris sæpè accidit) ex inflammatione intumuit, nihil cōmune habet inflammatio cum hoc malo, de quo loquimur, in quo non diffusus est humor per omne umbilici corpus, sed, sub eo continetur, quicquid est.

Causę *Plures huius morbi causæ assignantur. Irrumpit enim interdùm intestinum; interdùm humor influit; modò omentum, modò caro adnascitur. eaq; uel integra esse potest, uel hebes, uel dura, ac carcinomati similis. Aspiritu quandoque prominet umbilicus. raròq; accidit simplicem esse causam ex assignatis, præterquam carnis. Cætera causæ ut plurimùm miscentur. Et præcipuè commisceri solent intestina omento, humori, & spiritui. Humorem uoco non tantùm aquæ similem, sed etiam sanguinem, tàm eum, qui ex uenis, quàm, qui ex arterijs erumpere solet.*

Differentię *Ex his igitur causis, non à loco, aut alia quapiam re, differentiæ sumuntur huius morbi. iuxtà quas etiam diuersa nomina recepit. Exomphalos comune nomen omnibus est. At ēteromphalos appellatur, quādo irruūt intestina. Si omētū, oepiplomphalō. Si humor, hydromphalō Sarcomphalō ei nomē est, si caro subnascitur. siuè ea ītegra, siuè carcinōa sit, Quāquā carcinomati poromphalon peculiare nomen esse nonnulli arbitrentur. Pneumomphalon dicitur, dum spiritus irruit. Si sanguis colligitur, aut id ex inflammatione est, & ab ea nomen habet; aut, si ex arteria exijt, & integer eo sinu continetur, adeò, ut indè in arteriam referri possit, aneurisma appellant.*

Vbi

Vbi intestinum prolapsum est, tumor neq: durus, neq: mollis est; omni frigore comminuitur, & non solum sub omni calore: sed etiam retento spiritu crescit. Sonat interdùm, & murmure quodam fluctuat, atq., vbi resupinatus est aliquis, delapso intestino, ipse tumor desidit; ac, vbi est, tumor ferè inaequalis est, & digitis admotis cadit, certumq: e indicium est, si fomentis calidis adhibitis, vt nonnulli ad flatus discutiendos solent, nihil proficitur, sed magis increscit. Vbi verò omentum est, caetera similia sunt, tumor mollior & ab ima parte latus, extenuatus in verticem; si quis apprahendit, elabitur: circa vmbilicum tumor concolor, & sine dolore est, etiam si comprimatur. quod intestino non succedit. At caro durior est, sẽperq. etiam resupinato corpore, tumet praementiq. non cedit; etiam si integra caro est, tamen quandã liuorem habet:. si uitiosa est, summa durities, & liuor est. ac prorsus easdem notas habet, quas in carcinõate proposui. Humor, si praemitur, circũ fluit, vt non quidem augeatur, sed neq. concedat, neq. decrescat. At spiritus pressus cadit, sed protinus redit, resupinato quoq. corpore tumorem in eadem figura tenet: tumor pariter mollis est, & percussus sonitum quandam edit. Signa.

Intestina repellenda sunt, omentum, & caro demenda, aqua euocanda, & spiritus discutiendus. Indicatiões

Ex his id, quod ex spiritu vitium est medicamentum nõ admittit ex manu, sed ex medicamentis discutientibus. Caro quoq. sana excidi potest: at carcinomati similis cum periculo tractatur. ac tutius est eius curam ommittere. Omentum quoq exciditur. Et humor effunditur. Et intestina in suum locum compelluntur, Quamquàm nulla operatio ex his periculo vacet. Curationi neq. infans, neq, aut robustus annis, aut senex aptus est; sed à Progoosticum.

se-

septimo ferè anno ad quartum decimum. De inde ei corpus idoneum est, quod integrum est. At quod mali habitus est, quodq; papulas, impetigines, similianq; habet, idoneum non est. Leuibus quoq; tumoribus facilè subuenitur. At in eorum curatione, qui magni sunt, periculum est. Tempus autẽ anni, & autumnale, & hybernum vitandum est. Ver idoneum maximè est. ac prima æstas non aliena est.

Perpurgato corpore, & ducta aluo, vt decet, iuxtà humoris vitium. Nè, si fieri potest, manu, ferroq; sit vtendum, antè tentandum est. Imponatur super vmbilicum id, quod ex his constat, cycutæ, fuliginis, singulorum P. xi. cerussæ elotæ P. xiiij. plumbi eloti P. xviij. ouis duobus, quibus etiam solani succus adijcitur. Hoc dilutiùs impositum esse oportet. & interim conquiescere hominem. cibo modico vti sic vt vitentur omnia inflantia.

Summa cura ex manu est. Resupinandum corpus esse res ipsa testatur. vt in vterum, hoc est in cauum locum, siuè intestinum, siuè omentum est, dilabatur. Sinus verò vmbilici tùm vacuus à quibusdam duobus regulis exceptus est, vehementerq; earum capitibus deligatis, ibi emoritur. A quibusdam ad imum acu traiectatur duo lina ducente; dein vtriusq; lini duobus capitibus diuersæ partes astringuntur, quod in vua quoq; oculi fit; nam sic id, quod supra vinculom est, emouitur. Adiecerunt quidam, vt, antequam vincirent, summum vna linea inciderent, exciderentq; quò faciliùs, digito demisso, quod illùc irrupissent, depellerent. tùm deindè vinxerunt. Sed abundè est, iubere, spiritum continere, vt tumor, quantus maximus esse potest, se ostendat, tùm, imam basim eius atramento notare, resupinatoq; homine digitis tumorem eum premere: vt, si quid delapsum non est, manu co-

ga-

gatur Post hæc vmbilicum attrahere, & qua nota atramenti est, lino, aut neruo vehementer astringere. Deinde partem superiorem aut medicamentis, aut ferro adurere, donec emoriatur. atque vt cætera vsta vlcus nutrire. Idq; non solum vbi intestinum, vel omentum, vel vtrumq; est, sed etiam vbi humor optime proficit. Sed ante quædam visenda sunt, ne quod ex vinculo periculum sit. Hæc Celsus. Paulus quoq; fere eadem curandi ratione vtitur; verum postquam lino astrinxerit; tumorem iuxta ceruicem scalpello incidit, iubetq; diligenter tentari, digito immisso, num intestini implexus, aut pars omenti simul fuerit constricta. Ac, si quidem intestinum fuerit relictum, laxata lini ansula, id introrsum pelli si vero omentum sit, eo retracto, quod superuacuum est, amputari, vase, quod (vt verisimile est) coincidit, lino deligato. Mox accipientes duas acus simplex linum ducentes, iuxta hiatum per incisionem cutis factam traiectari, & ansulis lineis præcisis, & quatuor capitibus constrictionem moliri. Atq; ex eodem Paulo, vbi corpora lino deuincta computruerint, exciderintq;, medicamentis in linteola illitis curatio absoluatur. si cauam magis cicatricem fieri semper cupiamus. Hæc quidem ad omenti, aut intestina affectū pertinent. At si caro, aut humor, aut sanguis tumorem fecit. tumoris medio circulatim præciso, deinde, eo, quod incūbit, iuxta peritoneū sublato, curationem, quæ carni generandæ commoda est, moliemur. Porro, si vmbilicus emineat aut ex vasorum dilatatione, aut spiritu intercluso, attingi ferro non debet. Non, quod hi morbi minus ferrum sustineant, sed quia id auxilij genus parum proficit in his, & non minus alia adhibita medicamenta operantur. Ideo Auicennas in his quoq; incidi, & consui iubet. Nos, & in his ferrum uitabimus, & in umbilici

bilici prominentia, quæ pueris accidit quacunq; de causa ea continetur, vbi enim caro mollis est, satis proficere creduntur medicamenta, quæ Aetius proponit.

De interiori parte abdominis rupta. Cap. XVI.

RAro vmbilici prominentiam incidere Celsus arbitrabatur. Ego tamen non semel etiam in adultis malum illud tractaui, in quibus rarius credā. Quia tamē hoc morbo intenta cutis indecora intumescere dicitur à Celso. Quæ ille profert, hoc loco transcribam. In hoc igitur malo interdum interior abdominis membrana, superiori cute integra, rumpitur, fitq. præcipuè circà ilia vel ex ictu aliquo, vel retento diutius spiritu, vel sub graui fasce, & fæminis quoq. ex vtero euenire consueuit. sequitur autem cum superior caro mollis sit, vt non satis intestina contineat, atq; id quoque aliter ab alijs curatur. Quidam enim per acum duobus linis ad imam basim immissis, sic vtrinq; deuinciunt, quemadmodum, & in vmbilico, & in vua positum est; vt quicquid super vinculum est, emoriatur. Quidam medium tumorem excidunt ad similitudinem myrtacei folij. quod semper eodem modo seruandum esse iam posui. & tùm oras sutura iungunt. Est autem commodissimum, resupinato corpore, experiri manu, qua parte is tumor maximè cedat, quia ne esse est ea parte rupta membrana sit. quaq; integra est, magis obnitatur. Tùm, quà rupta videbitur, immittendæ scalpello duæ lineæ sunt, vt, exciso medio, interior membrana vtrinq. recentem plagam habeat. quia, quod vetus est, sutura non coit. Loco patefacto, si, qua parte membrana non nouam plagam, sed veterem habet te-

tenuis excidenda habena est, quæ tantùm ora eius exulceret. Cætera, quæ ad futuram reliquam curationem pertinet, supra comprahensa sunt.

De Elephanto. Cap. XVII.


NOnnulli restant tumores exponendi, curandiq; qui quia circa putenda solent incidere, peculiarem sibi tractatiõnē requirunt ea ratiõe, potius, qua sine medios ēine obsunt, quā ea, qua formam adimunt. Ideòq. ad pedes descendam. Elephas latinis, & elephantia barbaris, arabibus داء الفيل hoc malum dicitur, quia pedes hominum similes pedibus elephantum efficit. Est igitur elephas pedis totius tumor ab humore craßo procedens: carcinomatis naturam habet, verùm hoc peculiare habet, quod in solos pedes deuenit, neq: in his, tumorum in morem, vna parte colligitur: sed æquè omnem partem occupat, vt eum tumorem videatur facere non incursu, sed nutritione. Ideò dicitur tumor pedis totius. Dicitur fieri ab humore craßo, quia non tantùm ab atra bile fieri consueuit, vt Galenus proposuit, sed etiam à pituita craßa, ac interdùm ab ipso sanguine, si plurimus in pedes descenderit, etiam si integer fuerit: nam talis etiam fieri potest, vt incalescat, & hoc modo in alimentum digeri impotens euadat, ac eo modo, quo varices generãtur, ea caro increscat. Quod malum peculiare quibusdam regionibus fatentur medici, ac præcipuè in Aegypto nasci. Lucretius iuxta flumen Nilum frequentißimum esse testatur, credo, quia ibi ea vbertas soli inesse creditur, qualis nusquam terrarum narratur, vt facilè propterea, ex craßo aere, & pingui humorum copia exuberet, à qua hunc morbum gigni diximus.



INDEX

RERVM,

QVARVM VIDERI POTEST, POTIOR QVÆSTIO.



Abdominis rupti cura fac. 376
Academici cur nihil affirmare consueuerint. 28 & 29
Aehiphosis quid sit. 364
Actio est prior natura, quàm passio sed simul tempore. 56
Acores tineæ species. 206
Acorum cura vide curam tineæ. 218
Adulatio cur portior rusticitate haberi debet. 87
Aephelides vide Ephelides. 20
Aeris transmutatio in ignem, & aquam. 20
Aere nihil sensu tenuius apparet 124
Aetiopes quomodo credantur ab Aegiptijs geniti. 49
Agnationes quomodo dicantur ab Ar. partes superuacuæ. 74
Albuginis cura. 213
Alcibiades cur laudat animalium cædem. 23
Alcibiadis sententia cum sententia Pythagoræ conciliata. 23

Alimenta validæ materiæ optima esse. 79
Alopeciæ ethymologia 119 causæ, & signa 120 cura 121 122 123
Alphos 139 causæ 140 signa 141 prognosticum 142 cura 144. & 148
Amicitia pro forma fac 1 pro re composita 46
Amicitia propter comodum ex Aristotele. 22
Amicitia patris & filij omnium validissima. 2
Amicitiam in omnibus esse. 5
Amicitiæ hominum 9
Amicitiæ vtilitates. 10
Amicitiæ vinculo inopem diuiti, imbecillum forti copulari. 12
Amicitia omnia vnit, & etiam contraria connectit. 5 66
Amicitiam esse a natura, & non propter ibecillitatem. 5
Amicitia causa congregationis. 6
Amicitiæ comparandæ ratio. 12
Amicitia iuxtorum. 8
Amicitiam hominum conciliare potissimum quid est inter ciuilia officia. 9
Amicitia omnia gubernari. 11
Amicitiam ortum habere a Deo. 9
Amicum primo aspectu agnoscere munus Dei esse 88
Amicus sibi est, qui omnibus amicus est. 10
Amicitia omnia conseruari. 46
Amicitia, vt homines, sic alia omnia congregat in Vniuerso 6 & 6
Amicitia quid sit. 46 & 47
Amicitia Cæli 7 elementorum 8
Amicitia, quæ a simili est, ferè placida, & suauis est. 87
Amicus vsque ad aram. 11
Amicitia ex contrarijs quomodo firmior sit. 86
Amor omnia vincit, quomodo debeat intelligi. 7 16
Amor vndequaque persusus 10
Amor, qui libide prius est, in odium degenerat. 13
Amor pulchra expetit 14 & ad pulchra conuertitur. 85
Amor omnia vnum facit. 16
Amor propensio ad amicitiam 46
Amor conubialis. 83
Amor est propensio ad amicitiam, & causa vt res fiant. 46
Amor res disiunctas sic mouet, vt iungantur ibidem

procedens à subiniecto corpore. Umbilici tumor dicitur; quia interdùm prominet in hydrope: tamen tumor ille non umbilici propriè dici potest, sed pars tumoris totius corporis. dicitur quoq; fieri à subiniecto corpore. nã, si quando (ut pueris sæpè accidit) ex inflammatione intumuit, nihil cõmune habet inflammatio cum hoc malo, de quo loquimur, in quo non diffusus est humor per omne umbilici corpus, sed, sub eo continetur, quicquid est.

Causę *Plures huius morbi causæ assignantur. Irrumpit enim interdùm intestinum; interdùm humor influit; modò omentum, modò caro adnascitur. eaq: uel integra esse potest, uel hebes, uel dura, ac carcinomati similis. A spiritu quandoque prominet umbilicus. raròq: accidit simplicem esse causam ex assignatis, præterquam carnis. Cæteræ causæ ut plurimùm miscentur. Et præcipuè commisceri solent intestina omento, humori, & spiritui. Humorem uoco non tantùm aquæ similem, sed etiam sanguinem, tàm eum, qui ex venis, quàm, qui ex arterijs erumpere solet.*

Differentię *Ex his igitur causis, non à loco, aut alia quapiam re, differentiæ sumuntur huius morbi. iuxtà quas etiam diuersa nomina recepit. Exomphalos comune nomen omnibus est. At ẽteromphalos appellatur, quãdo irruũt intestina. Si omẽtũ, oepiplomphalõ. Si humor, hydromphalõ Sarcomphalõ ei nomẽ est, si caro subnascitur. siuè ea ĩtegra, siuè carcinõa sit. Quãquã carcinomati poromphalon peculiare nomen esse nonnulli arbitrentur. Pneumomphalon dicitur, dum spiritus irruit. Si sanguis colligitur, aut id ex inflammatione est, & ab ea nomen habet; aut, si ex arteria exijt, & integer eo sinu continetur, adeò, ut indè in arteriam referri possit, aneurisma appellant.*

Vbi

Vbi inteſtinum prolapſum eſt, tumor neq: durus, neq: mol lis eſt; omni frigore comminuitur, & non ſolum ſub omni ca lore: ſed etiam retento ſpiritu creſcit. Sonat interdùm, & mur mure quodam fluctuat, atq., vbi reſupinatus eſt aliquis, delapſo inteſtino, ipſe tumor deſidit; ac, vbi eſt, tumor ferè inæqualis eſt, & digitis admotis cædit, certumq: e indicium eſt, ſi fomentis calidis adhibitis, vt nonnulli ad flatus diſcutiendos ſolent, nihil proficitur, ſed magis increſcit. Vbi verò omẽ tum eſt, cætera ſimilia ſunt, tumor mollior & ab ima parte la tus, extenuatus in verticem; ſi quis appræhendit, elabitur: cir ca vmbilicum tumor concolor, & ſine dolore eſt, etiam ſi com primatur. quod inteſtino non ſuccedit. At caro durior eſt, ſẽperq. etiam reſupinato corpore, tumet præmentiq. non cedit; etiam ſi integra caro eſt, tamen quandã liuorem habet: ſi uitioſa eſt, ſumma durities, & liuor eſt. ac prorſus eaſdem notas habet, quas in carcinõate propoſui. Humor ſi præmitur, circũ fluit, vt non quidem augeatur, ſed neq. concedat, neq. decreſcat. At ſpiritus preſſus cædit, ſed protinus redit, reſupinato quoq. corpore tumorem in eadem figura tenet: tumor pariter mollis eſt, & percuſſus ſonitum quendam edit. Signa.

Inteſtina repellenda ſunt, omentum, & caro demenda, aqua euocanda, & ſpiritus diſcutiendus. Indicatiões

Ex his id, quod ex ſpiritu vitium eſt medicamentum nõ admittit ex manu, ſed ex medicamentis diſcutientibus. Caro quoq. ſana excidi poteſt; at carcinomati ſimilis cum periculo tractatur. ac tutius eſt eius curam ommittere. Omentum quoq exciditur. Et humor effunditur. Et inteſtina in ſuum locum compelluntur, Quamquàm nulla operatio ex his periculo vacet. Curationi neq. infans, neq, aut robuſtus annis, aut ſenex aptus eſt; ſed à Progoosti cum.

ſe-

septimo ferè anno ad quartum decimum. Deinde ei corpus idoneum est, quod integrum est. At quod mali habitus est, quodq; papulas, impetigines, similianq: habet, idoneum non est. Leuibus quoq: tumoribus facilè subuenitur. At in eorum curatione, qui magni sunt, periculum est. Tempus autẽ anni, & autumnale, & hybernum vitandum est. Ver idoneum maximè est. ac prima æstas non aliena est.

Perpurgato corpore, & ducta aluo, vt decet, iuxtà humoris vitium. Nè, si fieri potest, manu, ferroq: sit vtendum, antè tentandum est. Imponatur super vmbilicum id, quod ex his constat, cycutæ, fuliginis, singulorum P. xi. cerussæ elotæ P. xiiij. plumbi eloti P. xviij. ouis duobus, quibus etiam solani succus adijcitur. Hoc dilutiùs impositum esse oportet. & interim conquiescere hominem. cibo modico vti sic vt vitentur omnia inflantia.

Summa cura ex manu est. Resupinandum corpus esse res ipsa testatur. vt in vterum, hoc est in cauum locum, siuè intestinum, siuè omentum est, dilabatur. Sinus verò vmbilici tùm vacuus à quibusdam duobus regulis exceptus est, vehementerq; earum capitibus deligatis, ibi emoritur. A quibusdam ad imum acu traiectatur duo lina ducente; dein vtriusq; lini duobus capitibus diuersæ partes astringuntur, quod in vua quoq: oculi fit; nam sic id, quod supra vinculom est, emouitur. Adiecerunt quidam, vt, antequam vincirent, summum vna linea inciderent, excideréntq: quò faciliùs, digito demisso, quod illùc irrupissent, depellerent. tùm deindè vinxerunt. Sed abundè est, iubere, spiritum continere, vt tumor, quantus maximus esse potest, se ostendat, tùm, imam basim eius atramento notare, resupinatoq; homine digitis tumorem eum premere: vt, si quid delapsum non est, manu co-

ga-

gatur Post hæc umbilicum attrahere, & quà nota atramenti est, lino, aut neruo uehementer astringere. Deindè partem superiorem aut medicamentis, aut ferro adurere, donec emoriatur. atque ut cætera usta ulcus nutrire. Idq; non solum ubi intestinum, uel omentum, uel utrumq; est, sed etiam ubi humor, optimè proficit. Sed ante quædam uisenda sunt, nè quod ex uinculo periculum sit. Hæc Celsus. Paulus quoq; ferè eadem curandi ratione utitur; uerùm postquàm lino astrinxerit, tumorem iuxta ceruicem scalpello incidit, iubetq; diligenter tentari, digito immisso, nùm intestini implexus, aut pars omenti simul fuerit constricta. Ac, si quidem intestinum fuerit relictum, laxata lini ansula, id introrsum pelli si uerò omentum sit, eo retracto, quod superuacuum est, amputari, uase, quod (ut uerisimile est) coincidit, lino deligato. Mox accipientes duas acus simplex linum ducentes, iuxtà hiatum per incisionem cutis factam traiectari, & ansulis lineis præcisis, & quatuor capitibus constrictionem moliri. Atq ex eodem Paulo, ubi corpora lino deuincta computruerint, exciderintq;, medicamentis in linteola illitis curatio absoluatur. si cauam magis cicatricem fieri semper cupiamus. Hæc quidem ad omenti, aut intestina affectũ pertinent. At si caro, aut humor, aut sanguis tumorem fecit. tumoris medio circulatim præciso, deindè, eo, quod incũbit, iuxtà peritoneũ sublato, curationem, quæ carni generandæ commoda est, moliemur. Porro, si umbilicus emineat aut ex uasorum dilatatione, aut spiritu intercluso, attingi ferro non debet. Non, quod hi morbi minùs ferrum subsbineant sed quia id auxilij genus parùm proficit in his, & non minùs alia adhibita medicamenta operantur. Ideò Auicennas in his quoq; incidi, & consui iubet. Nos, & in his ferrum uitabimus, & in umbilici

bilici prominentia, quæ pueris accidit quacunq; de causa ea continetur, ubi enim caro mollis est, satis proficere creduntur medicamenta, quæ Aetius proponit.

De interiori parte abdominis rupta. Cap. XVI.

RAro umbilici prominentiam incidere Celsus arbitrabatur. Ego tamen non semel etiam in adultis malum illud tractaui, in quibus rarius credã Quia tamẽ hoc morbo intenta cutis indecora intumescere dicitur à Celso Quæ ille profert, hoc loco transcribam. In hoc igitur malo interdũm interior abdominis membrana, superiori cute integra, rumpitur, fitq. præcipuè circà ilia vel ex ictu aliquo, vel retento diutius spiritu, vel sub graui fasce, & fæminis quoq; ex utero eueniri consueuit. sequitur autem cum superior caro mollis sit, ut non satis intestina contineat, atq; id quoque aliter ab alijs curatur. Quidam enim per acum duobus linis ad imam basim immissis, sic utrinq; deuinciunt, quemadmodum, & in umbilico, & in uua positum est, ut quicquid super uinculum est, emoriatur. Quidam medium tumorem excidunt ad similitudinem myrtacei folij, quod semper eodem modo seruandum esse iam posui. & tùm oras sutura iungunt. Est autem commodissimum, resupinato corpore, experiri manu, qua parte is tumor maximè cedat, quia ne esse est ea parte rupta membrana sit, quaq; integra est, magis obnitatur. Tùm, quà rupta videbitur, immittendæ scalpello duæ lineæ sunt, ut, exciso medio, interior membrana utrinq, recentem plagam habeat. quia, quod vetus est, sutura non coit Loco patefacto, si, qua parte membrana non nouam plagam, sed veterem habet

te-

tenuis excidenda habena est, quæ tantùm ora eius exulceret. Cætera, quæ ad suturæ reliquam curationem pertinet, supra comprahensa sunt.


De Elephanto. Cap. XVII.

NOnnulli restant tumores exponendi, curandiq;, qui quia circa putenda solent incidere, peculiarem sibi tractatio nē requirunt ea ratiōe, potius, qua sine medio sēine obsunt, quā ea, qua formam adimunt. Ideòq, ad pedes descendam. Elephas latinis, & elephantia barbaris, arabibus الفيل *hoc malum dicitur, quia pedes hominum similes pedibus elephantum efficit. Est igitur elephas pedis totius tumor ab humore crasso procedens: carcinomatis naturam habet, verùm hoc peculiare habet, quod in solos pedes deuenit, neq: in his, tumorum in morem, vna parte colligitur: sed æquè omnem partem occupat, vt eum tumorem videatur facere non incursu, sed nutritione. Ideò dicitur tumor pedis totius. Dicitur fieri ab humore crasso, quia non tantùm ab atra bile fieri consueuit, vt Galenus proposuit, sed etiam à pituita crassa, ac interdùm ab ipso sanguine, si plurimus in pedes descenderit, etiam si integer fuerit: nam talis etiam fieri potest, vt incalescat, & hoc modo in alimentum digeri impotens euadat, ac eo modo, quo varices generātur, ea caro increscat. Quod malum peculiare quibusdam regionibus fatentur medici, ac præcipuè in Aegypto nasci. Lucretius iuxta flumen Nilum frequentissimum esse testatur, credo, quia ibi ea vbertas soli inesse creditur, qualis nusquam terrarum narratur, vt facilè propterea, ex crasso aere, & pingui humorum copia exuberet, à qua hunc morbum gigni diximus.*

& similibus exercitationibus mouere. Aluum sæpè ducere & omnem animi mæstitiam amouere.

Crassos humores primò mouere. indè, more solito, parare aē sæpè ducere. Posteà super pedem adstringentia imponi debent Dum parantur humores secta vena larga incisione plurimũ sanguinis educatur, præsertim si à sanguine ortum habere suspicabimur. si atra bilis elephantem fecit, hirudinibus uenæ quæ it ano sunt, aperiuntur.

FINIS.



INDEX

RERVM,

QVARVM VIDERI POTEST, POTIOR QVÆSTIO.



Bdominis rupti cura fac. 376
Academici cur nihil affirmare consueuerint. 28 & 29
Aehiphosis quid sit. 364
Actio est prior natura, quàm passio sed simul tempore. 56
Acores tineæ species. 206
Acorum cura vide curam tineæ. 218
Adulatio cur portior rusticitate haberi debet. 87
Aephelides vide Ephelides. 20
Aeris transmutatio in ignem, & aquam. 20
Aere nihil sensu tenuius apparet 124
Aetiopes quomodo credantur ab Aegiptijs geniti. 49
Agnationes quomodo dicantur ab Ar. partes superuacuæ. 74
Albuginis cura. 215
Alcibiades cur laudat animalium cædem. 25
Alcibiadis sententia cum sententia Pythagoræ conciliata. 25

Ali-

Alimenta validæ materiæ optima esse. 79
Alopeciæ ethymologia 119 causæ, & signa 120 cura 121 122 123
Alphos 139 causæ 140 signa 141 prognosticum 142 cura 144. & 148
Amicitia pro forma fac. 1 pro re composita. 46
Amicitia propter comodum ex Aristotele. 22
Amicitia patris & filij omnium validissima. 2
Amicitiam in omnibus esse. 5
Amicitiæ hominum 9
Amicitię vtilitates. 10
Amicitiæ vinculo inopem diuiti, imbecillum forti copulari. 12
Amicitia omnia vnit, & etiam contraria connectit. 5 66
Amicitiam esse a natura, & non propter ibecillitatem. 5
Amicitia causa congregationis. 6
Amicitiæ comparandæ ratio. 12
Amicitia iuxtorum. 8
Amicitiam hominum conciliare potissimum quid est inter ciuilia officia. 9
Amicitia omnia gubernari. 11
Amicitiam ortum habere a Deo. 9
Amicum primo aspectu agnoscere munus Dei esse 88
Amicus sibi est, qui omnibus amicus est. 10
Amicitia omnia conseruari. 46
Amicitia, vt homines, sic alia omnia congregat in Vniuerso 6 & 6
Amicitia quid sit. 46 & 47
Amicitia Cæli 7 elementorum 8
Amicitia, quæ a simili est, ferè placida, & suauis est. 89
Amicus vsque ad aram. 11
Amicitia ex contrarijs quomodo firmior fit. 86
Amor omnia vincit, quomodo debeat intelligi. 7 16
Amor vndequaque persusus 10
Amor, qui libido prius est, in odium degenerat. 13
Amor pulchra expetit 14 & ad pulchra conuertitur. 85
Amor omnia vnum facit. 16
Amor propensio ad amicitiam 46
Amor conubialis. 83
Amor est propensio ad amicitiam, & causa vt res fiant. 46
Amor res disiunctas sic mouet, vt iugantur. ibidem

Amor si ex rebus iungendis vnam tantum mouet, perpetuus motus oritur. ibidem
Amor othan hoc est impellens dictus. 47
Anacharsis, & Epicuri opiniones conciliatæ. 38
Anaxagoræ & Aristotelis rerum elementa, & contrariarum eorũ opinionum conciliatio. 24 & 25 eiusdem de hominis imperfectione opinio, & cum Senecę opinione conciliatio 42
Anaximandri opinio de Vniuerso interminato; & cum Parmenidis opinione conciliatio. 17
Anaximenis, & Hesiodi contrariarum opinionum conciliatio. 24
Animal promiscuum ex Platone a Luna genitum. 55
Animal a multa exputri generari 56. 62
Animalium alia ex ouo, alia ex verme. 90
Animal nullum est quod interiori motu non vigeat. 30 62
Animalia inrationalia solo nutu inuicem loqui. 42
Animal irrationale quare nullum iniust m dici possit. 44
Animum omnia fieri 25 & quomodo omnia fit. 26. 27
Animus, vt dominetur, necessario debet esse immixtus. 17
Animus magnus etiam molesta capit. 35
Animi vexatio quid proficiat. ibidem
Animus dormientis maximè diuinitatem suam declarat. 41
Animus vigilat, dormiente corpore. 80
Animi mors quæ dicatur. 40
Animi motum plurimum semini addere, aut demere. 85
Animus indies mutatur. 87
Animus alteratus vnà corporis formam alterat. 91
Apthę 206 eorum cura 221
Appetendi, & refugiendi, omniumq; rerum gerendarum initium a voluptate proficisci. 37
Appetitus semper rei absentis est. 22
Aquam omnia fieri. 21
Aristippi opinio quomodo sit intelligenda circa humanam felicitatem. 40
Aristippi, & Solonis contrariarum opinionum conciliatio. 39
Aristippus hanc vitam appellasse mortis imaginem.
Aristoteles Empedoclis laudator. 1
Aristotelis opinio conciliata cum opinione Anaxagoræ circa Vniuersi elementa. 25
Aristotelis sensus circa principia. 6
Aristotelis materia, & compositum, 19

Aristotelis sensus de mundi æternitate 20
Aristotelis sensus cum Democriti sensu omnia animum esse. 25
Aristoteles declarat exemplo, quomodo sit intelligenda Dicæarchi opinio, nullum esse animum 26
Aristoteles cur hominem omnium animalium iniustissimum dixerit. 42
Artem ex consuetudine esse.
Asinini, & equini seminis antipthia. 58
Atheniensis opinio, aliqua stare, aliqua fluere, & eius conciliatio cum Clinia, & Heracliti opinione. 17
Atheromatis notę. 205 prognosticum. 210 cura. 217 & 225
Aurium species. 92
Auro, & gemmis perpetuam audientiam dari. 16
BAlbum quæ faciant. 159 cura balbi. 160
Beatitudinis imperfecta est, quæ depulsione mali est, & non adeptio e boni. 40
Bellum, & pax per tempora, & vices. 35
Belluas Dijs similes videtur Aristoteles dixisse. 42
Bias nihil possidere dixit fœlicem facere. 12. 33
Bianus & Hyripinlę contrariarum opinionum conciliatio. 32
Boni summam esse delectationem, & voluptatem. 37
Boni seminis generatio vnde petenda. 78
Boni ratio diuersa. 91
Brachiorum species. 94
Brochoceoles quid sit. 358 eius cura 360
CAnis cur inter omnia animantia frequentissimè ægrotet. 42
Canchri causę. 203 in vesica signa 204 cura 209
Cęci a natiuitate an caluescant. 117
Cachoetes quid sit 253 subiectum eius 254 causæ, & signa 255 indicationes, & prognosticum 256 cura 258. Vlceris cachetes signa 2
Callippus, & Pamphilus hijsdem argumentis accusabant quibus defendebant. 1
Calidi, & frigidi concursus. 9
Calorem, & frigus æquè corpora exiccare. 100
Caluicies quid sit 115 causæ 116 & 117 indicationes, prognosticum, & cura 118 & 119.
Canicies quid sit 125 causæ 126 & 127 signa eius 128 indicationes, prognosticum, & cura 229. 230. 131
Capillis signari corporis temperaturam. 105

Capillorum differentiæ. 106
Capillorum crassorum causæ & cura 106 & 107
Capillis leniendis officinæ 108 indurandis 109 producendis. 111
Capillorum breuitatis causæ. 106
Capillorum rectitudo vnde procedat. 111
Capillos crispantia medicamenta 112 officinæ. 113
Capilli qua parte prius canescant. 128
Capillos nigros faciens medicamentum 132 flauos, ac rubros 138
Carcinomatis vlceris 203 signa 204 cura 215 officinæ 215
Centauros non hominum genus, sed monstra esse. 7
Chalaxiorum cura. 320
Chaos ab Hesiodo dici priuationem. 7
Chymosis 203 signa 206 cura 218. officinæ. 226
Chironium vlcus 203 eius signa 205 cura 217 officinæ 225
Cicatrix an, quæ in patre erat, recognoscatur in filio 75 eius 150 signa 142 cura 247
Cicero formam quasi qualitatem appellat. 19
Claui causæ 266 signa 267 cura 269
Cliniæ, & Heracliti contrariæ opiniones conciliatæ. 18
Colores oculis grati 9
Coloris ratio. 72
Color fuscus & pallidus a quo humore fiant 134
Collum speciosum. 94
Comitatis effectus. 86
Contentio nisi esset in rebus, omnia vnum essent. 6
Concubitus importunus abortum potiùs, quam monstra efficit. 74
Concubitus frequentis noxæ. 73
Contagionis progressus vnde ortum duxerit. 291
Cornua quid sint 279 quomodo tollantur. 277
Cratillus nihil sciri arbitrabatur. 12 & 27
Cratilli, & Lycophronis conciliatio. 29
Crus speciosum. 95
Crites cura. 320
Cutis color qualis laudabilis sit. 134
Cutis graueolentiæ causæ. 151. cura 155. 156. 157. 158.
Cutis duritiei, e aspritudinis, & crassitiei causæ 162 cura 163 & 164
DEcorationem conferre ad amicitias comparandas. 97
Deformes etiam improbos, & rusticanos mores habere. 90
Dei scientia maximè simplex, & vna. 28
Deus solus distinctam entis rationem habet. 30

Democriti, & Dicearchi contrariarum sententiarum conciliatio, & Heracliti. 33
Denigrari homines sub Sole. 48
Dentes non esse inter ossa numerandos. 343.
Dentium excisorum causæ. 344.
Dentium erosionis causæ 344. cura 353. officinæ. 359.
Dentium longiorum causæ attenuatorum inæqualium rariorum nigrorum labantium } 345. signa, & indicatio. 146 prognosticum 147. præseruatio 148. curatio 149.
Dentium graueolentium causæ. 346
Dentium doloris cura 350 & 351
Denti fricia. 355
Dentes labantes firmans medicamentum. 355
Dens vt sponte decidat medicamentum. 355
Dentium stuporis cura. 356
Dentibus detergendis. 356
Dentes detergens medicamentum. 356
Dentium vermes enecans 357
Desiderium respondere priuationi. 46
Deucalionis & Pyrræ fabula vnde orta sit. 54
Dicearchi opinio cum Democriti opinione conciliata. 25
Dimidium esse plus, quam totum, quomodo ex sententia Hesiodi possit intelligi. 64
Diogenis, & Melissi contrariæ sententiæ conciliatæ. 16
Disparia quę sunt, firmiùs connecti. 15
Disparitatem personarum conducere ad humani generis concordiam. 15
Diuitias à Deo esse. 85.
Dolores non semper malos esse. 35
Domini, & serui eandem esse viam. 15
Dextera pars hominis calidior. 67
Duræ cutis causę 162 cura 163 & 164
ELephas morbus qui fit. 380
Elephantia lepræ genus. 194
Ægiptijs circa Astrologiam plurimam fidem tribnere Aristotelem. 51
Elementorum amicitia. 8

Elementum purum, & maximè simplex apud Peripateticos non dari. 25
Elèmentum ex Arist. est, in quod existens dissoluitur.
Eluuiones in vniuerso fuisse, & futuras esse. 50.
Eluuionis transactæ vnde Egiptij opinionem sumserint. 53
Empedoclem, & Euripidem solo verbo dissentire. 21.
Empedoclis opinio simile appetere sibi simile. 12: 12
Enchantis quid sit. 323
Ephelis macula] quæ sit 139 causę 140 signa 141 prognosticum 143 ad Ephelidem linimenta 147 & 149.
Epicuri, & Anacharsis diuersæ sententiæ conciliatæ. 35
Epynictis quid sit. 182.
Eriphilæ, & Biantis contrariarum opinionum conciliatio.
Erodoti, & Pomponij Melæ opinio de Aethiopum nigritie. 154
Eudoxi, & Platonis contrarię sententiæ conciliatæ. 36
Eudoxus voluptatem bonum non appellat, nisi sit honestati coniuncta. 37
Euripidis & Empedoclis contrariæ opiniones conciliatæ. 21
Exercitatio, quæ conferat ad fæcunditatem. 61

FAciei species. 93
Feminam esse animal, quod gignit ab alio. 55
Fæminam ad generationem concurrere patiendo. 56
Fæminas viro debiliores esse. 67
Fæminam in sinistra vteri parte procreari. 67
Fælices ab Arist: spe dici. 2
Fælicitas in diuitijs ex Eriphile, in paupertate ex Biante 32 viuentium ex Aristippo, & Cicerone: mortuorum ex Solone 68 in scientia ex Herillo in ignorantia ex Philebo. 30
Fide nihil iucundius posse in coniugijs contingere. 64
Filij cur interdum patri, interdum similes matri oriantur
Finitum quomodo ab Aristotele accipiatur. 17
Fistula quid sit. 227
Fistularum differentiæ 228 prognosticum 230 cura 232 & 237
Forma quid sit 7 esse formam totam rei rationem 27 forma apud latinos, quid sit 82 & 90
Forma pręfefert mores probos, faciles, ac suaues. 90
Formam ex magnitudine, & ordine consurgere. 92
Fortuna semper in aduersis habet leuamen ex lachrijmis. 34
Frons speciosa qualis dicat. 92
Furfur capitis vnde oriatur 164 quomodo curetur. 165

Fuci effectus malus: 136

GAnglia strumarum genus qua ratione distinguantur 267 243 excisione curari 224 sine periculo esse 245 eorum cura chyrurgica 246 pharmaceutica 249 & 251

Gaudia esse admittenda. 36

Gemelli quare raro gignantur in homine. 68

Generationem esse in contraria, & ex contrarijs. 6

Generationem opus diuinum esse. 56

Generandi vis an sit a toto. 75

Generatio an sine fœmina expleri possit 56

Generandi principium, & vim omnem in masculo esse. 58

Generatio quid sit. 60

Gibber quid sit 361 eius differentiæ 353 signa differentiarum 365 prognosticum 366 cura phrmaceutica 368 chirurgica 369

Gigantes, unde potuerint generari 48 & 53

Glaucoma, quid sit 312 eius signa 317 cura chirurgica 319 cura pharmaceutica 323

Gorgiæ, & Protagoræ contrariarum sententiarum conciliatio 2

Gracilitatis causæ 102 cura 103

Gratia quid sit. 87

Gratiam etiam rusticanos, & rudes homines cognoscere. 88

Gratię notas nunquam decipere. 89

Grauitas, quæ alibi est, domi seueritatem dici. 87

HÆgemonis, & Sophoclis contrariarũ sententiarum conciliatio 36

Hærmotimus intellectum esse causam Vniuersi arbitrabatur. 13

Harmoniam ex contrarijs oriri, nempe ex acuto, & graui. 9

Heraclitum solam litem omnium rerum originem credidisse. 1

Heraclitus omnia fluere arbitrabatur. 12

Heracliti, & Clinię contrariarum sententiarum conciliatio. 33

Heracliti & Democriti contrariarum sententiarum conciliatio. 33

Herilli, & Philebi contriararum sententiarum conciliatio. 30

Heromata quæ sint. 241

Hesiodi & Hippocratis sentetiarum coniliatio. 19

Herpes, quid sit. 202

Hesiodi, & Anaximenis contrariorum sententiarum conciliatio. 24

Hippasi, & Thaletis contrirarum sententiarum conciliatio 20

Homeri, & Simonidis contrariarum sententiarum conciliatio. 29

Homo omnium rerum mensura est. 2

Homo inter animantia societatis studiosissimus. 9
Hominem homini esse infensissimum. 11
Hominem solum inter animantia se ipsum occidere, 13
Hominum genus vnum tantummodo esse. 47
Hominem prius quàm semen fuisse, 23
Hominem omnia membra habere geminata, 66
Homogenea, quæ dicantur. 24
Homo cur testamento post se futuris prospiciat, 45
Hydrops quid sit in vlcere. 209
Hyems magna ab Aristotele proposita 53
Hyenam alternis annis iniri & inire. 56
Hyposphagma quid sit. 288
Hypersarcosis quid sit 203 eius signa. 205
IGnem nihil absumere. 6
Ignem omnia facere. 21
Ignis sacer, quid sit 186 causæ 187 cura 188
Ignotum nihil ex sui natura est, 28
Ignorantia, quomodo sit fœlicitatis causa. 31
Immobile ex Aristotele esse quod multo tempore vix mouetur 17.
Infiniti acceptio ex antiquis philosophis, & ex Aristotele 17, quid sit. 22
Imbres oriri ex temporum varietate, 52
Inimicitijs nullum terminum esse datum. 11
Iniustitiam esse obstare legum decretis. 44
Impetiginis causę 191 prognosticum 192 cura 193
Insanos etiam sapere- 30
Insecta generare, sed non sibi simile, 62
Intellectus dicitur forma formarum. 27
LAbia quibus rubificentur medicamentis. 138
Lachryma simil is est humori titillationem inducenti- 54
Lachrymas in magnis doloribus non sequi. 34
Lachrymari etiam hominem ex gaudio. 34
Lachrymas, & risum easdem causas habere. 35
Lætari nunquam velle immanitatem esse, non virtutem 36
Leges de bello gratia pacis esse conditas. 15
Lenticula, quæ nam macula sit 139 eius causæ 140 signa 141 cura 143
Lentigines tollens 143
Lepra, quid sit 144 eius causæ 195 prognosticum 195 cura 167 168

198. 199.
Lepræ cura. 145
Leucippi, & Xenophanis contrariarum sententiarum conciliatio. 15
Lippitudo quid sit 139 eius causæ 140 signa 142 prognosticum 143 cura 145
Lucem non delectare oculos nisi refracta sit. 9
Lycophronis, & Cratilli contrariarum sententiarum conciliatio 27.
MAcrobij sententia de felicitate post mortem, 8
Macularum species 138 macularum causæ 140 signa 141 & prognosticum 142 cura 144
Magneticam vim in coctione ostendi 22 & 23
Materiam esse ingenerabilem 19
Mas quomodo generetur. 65
Mas, & Fœmina in quo differant. 55
Mas principium generationis infert. 56
Mares in dextera vteri parte generari. 67
Marcus Crassus quare nunquam riserit. 42
Melissi & Diogenis contrariarum sententiarum conciliatio. 16
Mela, & Erodotus quare arbitraretur Solem bis iam occidisse, unde nunc oritur. 52
Menstruum sanguinem esse lac nasci turi. 71
Meliceridis cura. 245
Mixtorum amicitia. 8
Montes indies imminui. 50
Molem corporis esse ab alimento. 68
Monstrum quid sit. 73
Monstra cur in paruis animalibus frequentiora sint. 94
Mortem non esse timendam. 15 & 40
Mortem non esse lucis terminum, sed mutationem. 41
Motus omnes ex amore esse. 46
Motus est omnium euidentissima passio. 18
Mulierem in conceptione, & partu terram imitari. 56
Mulieres validas, & vigiles plerunque steriles esse. 81
Mulieres viro validiores fere mares concipere. 68
Mulierem prorsus sanam a nemine sano credi. 85
Mulierem, spadonem & puerum non caluescere. 116
Mulum septennem implere posse. 57
Mulum equæ coniunctum hynnum procreare. 57

Mulam generare quare rarissimè eueniat. 58
NAturam esse mixtionem, & phædus mixtorum 5
Naturam plerumque incomprehensibilem esse. 59
Naturas oppositas in coniugiis interdum conuenire. 86
Naturam omnem a proditione abhorrere. 87
Naturam ciues coniungere, non leges. 9
Naturę ordine hõini negatũ esse corporeis iuoluto cęlũ ascẽdere.
Naturam hominis simplicem non esse. 36
Naturam consulto rebus necessariis voluptatem miscere. 38
Natura amicitia, & amore expletur. 46
Nigredo interdum in cute laudabilis. 134
Nicocaris, & Hægemonis contrariarnm sententiarum conciliatio. 36. & 39.
Nihil se ipsum appetere. 22
Nobilitatem, & educationem bonorum morum indicia esse. 15
Nutricis electionem maximi esse momenti. 70
OCium esse animæ somnum. 80
Oculus qualis sit laudatissimus. 93
Oculi magnitudo quæ culpanda sit 283
Oculi magnitudo quo differt a staphilomate. 283
Oculi tunicæ interiores quot sint. 216
Odorem ex corpore odorato late, & diu ferri. 75
Odoris praui causæ 151 in capite, in nare, in ore, alarum 152 in inpudendis & pedum 153 signa; & cura 154 155 159
Omnia esse in omnibus. 8. appetunt id quo augeri possint. 22
Opimi cura. 99
Ophiasis quo differt ab alopecia. 123
Ophiasis cura. 124
Opinionis certæ vi ad fælicitatem quilibet vocatur. 12
Opinio certa tutissimum remedium in maximis difficultatibus. 12
Opido est id, quod ex pluribus vnum facit. 92
Os speciosum quale esse debeat. 95
Oui album, & vitellum esse a fæmina. 56
PAlloris causæ 234 signa differantiarum 135 cura 136
Palpebrarum peculiares affectiones. 236
Pamphilus, & Callippus iisdem argumentis defendebant quibus accusabant. 1
Papula quid sit 179 causæ 180 differentiæ papularum 181 & cura 183
Parentum similitudo vnde nam proueniat in filiis. 69

Parmenidis sententia omnia vnum esse, & omnia esse in omnibus. 5
Parmenidis, & Anaximandri contrariarum sententiarum conciliatio 17
Parothis quid sit 278 prognostica parhothidis 279 cura 280
Parodonthides quomodo curentur. 220
Partus animalium sine feminæ, & maris congressu ex natura non esse. 56
Pausonis, & Polygnoti sententiarum conciliatio. 39
Pectus speciosum quale esse debeat. 94
Pediculorum causæ 167 cura 168
Perdices ex voce, & aura concipere retulisse Aristotelem 63
Perturbationem mentis in ipsa conceptione monstrum gignere.
Perfectum vndequaq; in rerum natura nihil esse. 23
Phędoni Vniuersum esse causam intellectus. 12
Phædonis, & Hermothimi contrariarum sententiarum conciliatio. 29
Philebi, & Herilli contrariarum sententiarum conciliatio. 30
Philosophi cur crediderint mundum æterno tempore durasse, & duraturum 54
Phymatis cura 241 245 252
Phymosis quid sit. 287
Pisces quomodo sine fæmina generentur. 55
Pilos cutis rationem sequi ex Hippocrate. 106
Pilosus homo cur libidinosior sit 109
Pili crassities vnde oriatur, & quomodo curetur. 107
Pilorum tenuitatem timidum virum significare 108 quomodo tenuitas auferatur. 109
Pilos crispandi modus. 112
Pili importuni qui sint. 114
Pilos demens medicamentum, quod spylotrum vocant. 115
Pili quomodo generetur. 116
Pinguedo, & adeps quomodo generentur. 98
Pinguedinis nimiæ cura. 100
Plato cęlum concordi amicitia complecti dixit. 7
Platonem omnem hominis vim societati tribuisse. 9
Plato cur cęlum mutationi obnoxium dixerit. 10
Plato quamnam causam doloris ferat 35 & quam lætitiæ. 35
Plato dum voluptatem esse bonum negat, de ea intelligit, quam necessario dolor sequitur. 38

Plato inter scientiam, & ignorantiam medium posuit, rectè opinari. 32
Plato nos nunc mortuos esse ait, & nostrum corpus nobis sepulcrum esse. 40
Platonis & Eudoxi contrariæ sententiæ conciliatæ 36
Platonis sententia circa eluuiones. 54
Plantas per traduces sine fœmina generari 56
Plinius aliud vniuersum videri, & aliud esse credens. 17
Polignoti, & Pausonis contrariarum sententiarum conciliatio. 39
Polypus quid sit 330 eius causæ & signa 331 indicationes, prognosticum, & cura 332
Pomilio quo differt a Pigmeo 104 eius causæ. 105
Possessio nulla sine socio iucunda. 10
Potum gratiorem sitis facit. 35
Principiorum amicitia. 7
Principij varia acceptio. 16
Priuatio pro lite posita. 1
Priuationem Hesiodus Chaos appellasse 7
Prolem laudabilem ex bonis parentibus sequi. 85
Propagatio quid sit. 47
Proptosis quid sit, subiectum, & causæ 283 signa, indicationes, & Prognosticum 284 cura 285 & 286
Protagoræ, & Gorgiæ contrariarum sententiarum conciliatio 29
Prudentia in quibus consistat. 44
Prudentia quid sit. 85
Prudentiores, & lenioribus moribus præditi qui sint. 92
Psittacum, & picam quare admiremur. 15
Psorophtalmia quid sit. 287
Pterigium quibus medicamentis tollatur. 222
Puella quando incipiat concipere & quando desinat. 78
Puellas, & pueros, quo citius concumbunt, & pariunt, eò citius desinere 78
Puer infirmus quando edatur. 74
Pueros ab animo effingi, & fabricari 69
Pueros, & senes canescere ab eandem causam 126
Pus in vlcere quod melius sit. 208
Pulchrum vnicuiq; videri, quod sibi simile est. 83
Pulchrum formæ græcorum respondere. 46
Pulchra pulchro pulchra fieri. 89


Pul-

Pulchrum ex Aristotele esse quicquid diuinis consonum est 89.
Pygmæi an sint. 48
Pytagoræ, & Alcibiadis contrariarum sententiarum conciliatio 23
QVietem esse ex amicitia. 46
Quietis species est laboris mutatio. 36
RAgadum cura. 222
Raucedinis cura. 119
Rerum diuersitatem ex coucursu esse, non ex naturæ. 5
Rerum species per oculos in vniuersum corpus transfundi. 73
Res a semine esse, ab alimento crescere. 71
Res nulla semper tristis, aut suauis semper est. 36
Rhithmus vnde procedat. 9
Ridentem prauas imagines ex mente discutere. 44
Ridentem cum quodam dolore delectari. 34
Risus in quo consistat. 33 & 34
Risus esse eandem rationem in anima, quæ pruritus, & titillationis in corpore. 34
Risus quare sit propria affectio generis humani. 44
Rubri capilli quomodo fiant. 133
Rubra cutis quomodo fiat. 137
Rubificans labia medicamentum 138
SAnies in vlceribus qualis laudabilis sit. 103
Sapientē vere non esse, qui cupit aliena. 85
Sapientem etiam in tormentis beatum seruari. 35
Sapientem suæ fortunę fabrum esse. 44
Scabies quid sit 172 eius causæ 173 cura 174 & 175
Scientia in quem finem sit inuenta: 39 78
Scientiarum varietates non facere in Deo Scientiam multiplicem 29
Scientiam perfectam soli Deo competere. 30
Scientia ex Socrate bonum esse præ ceteris mortalibus expetibile. 81
Scipio amicitiæ imago. 22
Scire quid sit 47
Scissura quid sit 170 cura 171
Sclerophtalmia quid sit. 312
Scoliosis quid sit 364
Salomonis, & Zenonis contrariarum sententiarum conciliatio.

34
Seminis boni nota 57 & 65 66 78
Semen hominis quid sit. 59
Seminis vim ex natura non posse comprehendi. 60
Semen eodē modo emitti, quo cætera excremēta. 61
Semen nasci, sed causam seminis nonnasci. 63
Semen fœminę necessarium esse ad generatione. 64
Seminis fęcunditas quo experimento cognoscatur. 66
Semen ex Hipp. tam in viro, quàm in fœmina, & fœmineum & masculinum esse. 67
Semen viri vbiq; facultatem, sed pubulum non, nisi in vtero, habet. 68
Semen ex toto procedere. 76
Semen ebrij infęcundum esse. 80
Semen vt optimum emittatur animaduersiones. 81
semen esse necessarium. 62
Semen generans marem quale sit. 69
Senecæ, & Anaxagoræ contrariarum sententiarum conciliatio. 42
Senū gibbositas vnde procedat. 362
Sensus a cælo vim suam recipere. 8
Sensus eodem modo progredi in sua sensatione, quo intellectus in intellectione. 29
Sensus duplex ratio., & qua agit & qua patitur. 29
Simonidis, & Homeri contrariarum sententiarum conciliatio. 29
Similitudo filiorum vnde procedat 69
Similitudinem esse omniū rerū ablectamentū. 21 83
Simplex ex Aristotole esse quod rationem vnius habet. 25
Socrates nnllo discrimine separat vera a falsis. 13
Solis circulum quot annis integram suam reuolutionem perficiat 54
Solonis, & Aristippi contrariarum sententiarum conciliatio. 39
Sophochlis, & Hægemonis contrariarum sententiarum conciliatio. 39
Somnum esse viuendi, & non viuendi medium. 41
Somnum concoquere. 81
Staphiloma quid sit 328 cura 330
Stetomatis cura. 25

Struma quid sit 239 causæ 240 & 41 signa 243 indicationes & prognostica 244 & 245 cura 249 vsq; 290
Suffusio quid sit: 311
Suffusio quo differat a glaucomate, & cicatrice oculi 312 signa 314 & 315 indicationes, & prognostica 317 cura 318 vsq; 325
Supercilia recta quid significent. 92
Suauitas ex dulci est, & amaro. 9
TAraxis quid sit. 287
Taraxin quæ subsequantur mala. 291
Terra cur nobis corruptibilis apparet. 20
Terram modò arescere, modò mergi: & diù sub vndis extitisse 50
Thales ex aqua dixit constare omnia 12 20
Thaletē dixisse etiā lapides animā habere. 27
Ta etis, & Hippasi contrariarum seutentiarum conciliatio. 20
Thophus quid sit 267 cura 254
Thymion vnde producatur. 294
Tinea quid sit 218 cura ibidem
Totum ex necessitate manere ex Aristotele. 49
Totum concluditur perfectione, & est, quod nihil excludit 17
Totius esse eandem rationem, quæ partium est. 18
Tranquillitas integra in coniugijs vnde criatur. 83
Tronchum se ipsum inire. 59
Tumorum formæ aduersorum quot genera sint. 238
Tumor glandularum quando phyma euadat. 243
Turpe id ex Aristotele esse, quod diuinis dissonum est. 89
VArix qnid sit 270 eius causæ, signa, indicationes, prognostica 272 cura 273 274 & 275
Venas angustiores esse in viris pinguioribus, 99
Venus cur dicatur e spuma genita 61
Veritatem quærere esse aues persequi. 12
Veritatis perceptæ nullum certum indicium esse. 27
Veritatem ex se ipsa mentem ingredi. 28
Veri cognitione ab omni genere molestiæ liberari. 40
Vermis quid sit. 60
Verruca quid sit 262 quo differt ab acrochordone, thymio, & myrmecio 263 indicationes, & prognostica 264 & 265
Vesica palpebræ quid sit, signa, indicationes, & prognosticum 326 cura 328

Victo. tam pugnantis esse. 16
Vitam sine perturbatione transactam integram non esse. 35
Vitæ melioris eò plus nos habere, quò plus præsentis transegimus. 40
Vitæ bonum qui intelligunt, etiam eo fruuntur: 41
Viri gracilioris & hebetis, qu oberuatio esse debeat in cócubitu. 81
Viuere neminé dici posse sine amicitia. 9
Vitiligo quid sit 159 species 138 causæ 140 signa differentiarum & quo differt a canicie 141 prognosticum 142 & 143 cura 144 vsq: ad 227
Vlcus quid sit 201 differentiæ 202 signa 203 cura à 207 vsq: ad 227
Vmbram esse partem nostri potiorem. 41
Vmbilici prominentia quid sit 371 causæ & differentiæ 372 indicationes 373 cura 308
Vnguis oculi quid sit 307 cura 308
Vniuersum cur mundus dicatur 6 siue ornatus
Vocis aspritudo quid sit 158 cura raucedinis. 161
Volatica quid sit. 157
Voluptas dolori mixta est & in lachrymis, & in risu. 34
Voluptates cauendas esse, non fugiendas. 36
Voluptatis noxæ. 37
Voluptates Interdum esse repudiandas. 35
Voluptas in emissione seminis vnde procedat. 75
Vterum vitiatum prauum alimentum fætui tribuere 73
Vterum distortum fætus figuram euertere. 74
Vxoris lectio. 85
XEnophanis, & Leucippi contrariarum sententiarum conciliatio. 15
Xirophthalmia quid sit. 287
Xenion quid sit. 136
ZEnonis, & Salomonis contrariarum sententiarum conciliatio.



F I N I S.

SERIES LITTERARVM.

†† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo
Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz, Aaa Bbb Ccc
Ddd.

Omnes ſunt duerniones.



SENIS, APVD HERCVLEM DE GORIS 1647.
Superiorum Permiſſu.